Supposito ergo quod dicitur art. 2 restat videamus de modo quo etiam sensibile fit actu cognoscibile et eius species in mente receptata dicitur in intellectu agente et potentia et intellectus munera. modo

Notandum est i° quod de 4 actu ex quibus oportet considerare differentias. Sed de actu illa

+ subordinatio qua intellectus agens informatur fantasmatibus, producit speciem intelligibilem. 2° de actu illa qua intellectus possibilis informatur specie impressa producit speciem expressam seu verbum. 3° de actu illa qua intellectus possibilis separat naturam seu cogitationem in ordine ad sua inferiora in quo est. 4° de actu illa qua intellectus possibilis naturam in ordine ad sua inferiora cognitam affirmat de illis in quo est et ita dicitur potentia

2° notandum est quod vita est aliud vita mentis aliud vita corporis

actu intellectus agentis
et ex quo dicitur actu
intellectus possibilis
abstrahit simpliciter ordine
parat

[illegible] præcise est [illegible] apt. [illegible] nam forte dicunt
[illegible] possunt fundari [illegible] in re, et [illegible] mat. pr. [illegible]
[illegible] nihil aliud est quam posse intelligi sine sing. seu esse
intelligibilem [illegible] talis est [illegible] quorum non est [illegible]
[illegible] est sing. vel non [illegible] sine sing.
[illegible]

[illegible] hoc [illegible]
[illegible] in intellectu sic [illegible] falsum et
[illegible] ad. [illegible] pr. seq. [illegible] sing.
sic [illegible] ea [illegible] in intellectu [illegible]
et [illegible] repugnat illi supponere pro pluribus [illegible]. Ex hoc [illegible] fundari
angelica est [illegible] et illa.

[illegible] quod [illegible] fundamentum [illegible] non [illegible]
[illegible] distinct. [illegible] non admittit aliqua
[illegible] fundamentum ad sing. [illegible] gradum gen. et [illegible] quod in [illegible]
[illegible] in angelis et sic [illegible].
[illegible] ex [illegible] non posse [illegible]

1 2 2

1 0 0 4

3 0 0

7 0 4

R 8

6/11 a

11

5 6 0 1444

3 0

1 6 8 0

5 6 0

1 6 8

7 4 8

Este libro tiene por su Autor al

M. F. Pe Salzedo. Assi lo juzgam

os en este tribun.l del Indice

en 15 de Julio de 1703

5	5	0
1	6	5
7	1	5

Fr. Vicente Gomez
Secret. del indice

6 . . 0
1
1

Fr. Juan Brito
Secr. del Indice

Fr. Salvador Bermejo
Secret. del indice.

7	8	0	0
2	4	0	0
5	4	0	0
	8	0	0
6	2		

Thesauri Noui (VT VVLGO VOCATVR) Sermones Quadragesimales, nunc demùm à docto quodam Theologo ita recogniti, vt & confossa ac sublata sint quæ passim in his lectori occurrebant mendorum portenta, & mutilata truncataque pristinæ integritati restituta.



PARISIIS,
Apud Ambrosium Girault, via Iacobæa, sub signo Pelicani.
1546.

¶CHALCOGRAPHVS pio lectori S. D.

Habet hoc pulcherrimus eccleſiaſticæ ordo diſciplinæ,candide lector , non ceu recens inuectam alicuius vel prouinciæ vel priuati hominis conſtitutionem, ſed velut olim acceptã à ſanctis patribus cõſuetudinẽ,vt quo tẽpore per vniuerſam catholicã eccleſiam ſacro quadrageſimali ieiunio aduerſus carnis petulantiam cõmune bellum geritur , multò cũ crebrius tum diligentius formandis conſolãdiſq; fideliũ mentibus ſpirituale pabulũ,id eſt, verbũ Dei ſacro pulpito promat eccleſiaſtes euangelicus. Quid enim rationi rectæ tam cõſentaneũ,quàm dum luxuriãtis corporis noxia deſideria ſalubri inedia nitimur amputare,ſimul & vigorem ſpiritus (ſiqua fortaſſis parte ad inferiora procliuior propenderet)ſurrigere ac expedire ſtudeamus? Quemadmodum nanque animum alioqui felicem ac docilem facilè à virtutum ſcala ad imas vitiorum ſordes deiicit ſaginandi corporis cura immodica : ita ferè nullum excolendi prouehẽdique ad vtiliora animi tempus videtur opportunius, quàm quod reſecandis contagioſæ carnis excremẽtis cõmuni Chriſtianorum decreto neſcitur eſſe deſtinatũ. Nam ſi caro concupiſcit aduerſus carnem(vt eſt apoſtoli Pauli veriſſima ſententia) quis dubitet in ea pugna atque certamine tunc proniorem certiorémque fore ſpiritui victoriam,ſiue virtutibus exornandus,ſiue cognoſcendæ veritatis ſtudiis imbuendus,quum caro quæ ſanioribus cõſiliis atque conatibus ſemper obſiſtit,per abſtinentiã refrænata fuerit atque afflicta? Nos itaque qui huc omnem noſtrã operã referimus,vt publicis ſtudiis maximè veró theologicis conſulamus , ſuperiore anno formulis noſtris excudere curauimus ſermones(vt vocãt) Theſauri Noui de tempore & de ſanctis eruditi cuiuſdã nec pœnitendæ cenſuræ theologi . Quos quia verbi diuini miniſtris placere non leui coniectura ſed præſentibus argumentis cognouimus,viſum eſt eiuſdem authoris ſermones quadrageſima-

les prelo nostro submittere, & in cõmunem concionatorũ vtilitatem in lucem emittere, certo nobis certius persuadentes, fore, vt qui eos semotis affectibus, syncero iudicio secũ expenderint, & nobis gratiam sint habituri qui suppeditauimus, & suæ commoditati atque compendio gratulaturi, quòd magna consueti laboris parte, hac ratione se sentient diminutos. An verò magni negotij res sit, quid circa cuiusque diei epistolam & euangelium doctis pariter & indoctis auditoribus declamare expediat, vel suapte industria configere, vel è diuersis authoribus summo cum studio atque iudicio instar apum colligere? Neque enim cuiquam probari existimo eos concionatores, (si tamẽ dignos arbitrabimur qui hoc nomine cẽseantur cùm sint meri blaterones, inepta tantùm garrulitate vulgo conspicui) qui nudum duntaxat vel epistolæ vel euãgelij contextum ineruditæ plebeculæ auribus ceu crudam betam famelicis obtrudunt, nihil præterea vel eruditionis vel explanationis gratia admiscentes, multò minus eos qui somniis suis vel congestis in quoslibet conuitiis arbitrantur se strenuè Christi euangelium illustrare. Atqui in his sermonibus omnia accuratè ac studiosè collecta reperies, siue quę ad cuiusque diei epistolæ explicationem spectant, siue quę ad euangelij enodationem pro auditorij instructione videbuntur pertinere. Bene valeto, & laborem nostrum ingẽtus animisque iuxta iuuandis susceptum boni consulito.

Syllabus ſermonum

QVADRAGESIMALIVM Theſauri Noui, cuius indicio in próptu eſt inuenire quemlibet, ſimúlque manifeſtum qui & quot, quibus vel dominicis vel feriis ſint accommodandi.

¶In die cinerum.

FINIS.

THESAVRI NOVI, DOCTI CVIVSdam Theologi acri iudicio summaq; diligẽtia a superuacaneis & mendis repurgati, Pars Quadragesimalis.

¶ In die cinerum Sermo.I. de Epistola.

COnuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra & nõ vestimẽta vestra. Scribitur Iohel.2.cap. & legitur hodierna die pro epistolari officio. ¶ Thema: Videmus vbi rex vel princeps vult inire bellũ contra inimicos suos, ille solet facere vnam proclamationẽ per nuncios suos promittens seruis & militibus suis larga stipendia, illis scilicet qui legitime certauerint. Spiritualiter: sic rex regum dominus dominantiũ vult contra hostes suos certare scilicet patestates dæmonum ideo præmittit nuncium, scilicet Iohelem prophetam qui proclamat curiã & litigiũ, vt omnes ad eum properemus: promittens larga stipendia, scilicet dei misericordiam & gloriam. Figuratur.1. Reg.17 Saul promisit largiflua dona ei & eripi domũ illius a tributo qui vellet duellare contra Goliad. Spiritualiter sic dominus Deus promisit quod velit nos eripere a tributo peccati, & stipendium pium scilicet misericordiæ. Vt pugnemus contra diabolum & eius suggestiones. De quo stipendio largo dicitur in introitu missæ, Misereris omnium domine & nihil odisti eorum quę fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitẽtiam: Sapien.11. & vt istam militiã & pugnam salubriter incipere valeamus & finire: inuocat ecclesia diuinum auxilium in collecta dicens; Præsta quæsumus

domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solennia & congrua pietate suscipiant & pia deuotione percurrāt, Ideo propheta Iohel tanquam domini precursor in epistola inuitat nos omnes in personna dei ad curiam, pœnitentiæ dicēs Cōuertimini ad me vt supra. Et post hec subdit rationē dicens. Et cōuertimini ad dominum deum vestrum, quia benignus & misericors est. ☞ Concordantia inter epist. & euangel. Nam epistola docet vt per ieiunium conuertamur ad deum euangelium vero docet mundum ieiunādi quod nō quæramus nostrā gloriam sed de. ☞ In summa epistolæ propheta Iohel duo innuit. Primo hortatur peccatores ad pœnitentiam ibi, Conuertimini. Secundo promittit pœnitentibus indulgentiam, ibi. Cōuertimini ad dominum deum vestrum quonia be. &c, De primo nota hic quatuor. Primo ad quem debemus conuerti. Secundo qualiter, tertio quare, quarto in quibus. De primo. s. ad quem debemus conuerti loquitur dominus dicens, Conuertimini ad me. Hie. 4. Si reuertaris Israel ait dominus ad me conuertere. Nam multi cōuertuntur de vno peccato ad aliud. de quibus Hier. 9. De malo ad malū egressi sunt & me non cognouerunt di. dominus: Ratio, quia peccatū est auersio a deo. Aug. spreto bono incōmutabili commutabili bono in hæret e. Modo est immutabilis. Mala, 3. Ego Deus & non mutor. Mundus est mutabilis, 1. Ioh. 2. Transit mundus & concupiscentia eius. Caro etiam. Psal: Mane sicut herba transea, &c. Incorruptibile bonum est spirituale. Gala. 5. Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis. Bonum incommutabile est gloria dei, cōmutale mūdi gloria: 1. Pet. 1. Omnis caro vt fœnum & omnis gloria tanquā flos fœni. In nullo horū satietas nisi in deo ☞ Debemus autem ad dominum conuerti sicut ramus flexus ad locū suum Locus noster est ipse dominus. Vnde Aug. Fecisti nos dominus ad te, & inquietū est cor nostrū donec quiescat in te. A quiete rectitudinis huius flexerat nos manus diaboli inclinando nos ad tēporalia & caduca. ☞ Itē debemus cōuerti ad dominum sicut pullus perdicis ad genitricē suam quando audit vocē illius. Natura huius auis est quod alterius alteri furatur oua & fouet ea. Sed post quā egredium pulli, quadā industria naturali mox vt audiūt vocē illius quæ oua generauit, dimittūt nutricē sequentes genitricē. Ita diabolus furatus est animas fideliū. sed nunc quando audiūt

vocem creatoris debent redire ad illum. Hie. 17. Perdix fouit quę non peperit. ¶ Item conuerti debemus ad dominū sicut pullus aquilę ad solē. Natura aquilę est vt omnes pullos suos sol. exponat, & eos quos viderit ad solū cōuerti & irreuerberatis luminibus suos radios intueri vicin⁹ fouet & nutrit, alios vero tanquā degeneres de nido proiicit, Sic & pater cœlestis faciet nobis nisi ad solē iustitiæ cōuertamur, Ad hunc solē facies Mosi glorificata fuit, ita quod filii Israel non possunt intēdere in eum præ claritate. Exod. 34. Glos. Item conuerti debem⁹ sicut nisus ad manū domini sui quādo ostendit ei cibum. s. fructum carnium. Hoc modo dominus nos ad se vocat ostendendo nobis carnem cruentatam & immolatā pro nobis in cruce. Vnde dixit Isai. 44. Reuertere ad me, quoniā ego redemi te. Nō dicit quia creaui, vel quia nutriui, sed solum beneficium redemptionis ad mentē reducit, Ideo Isai. 46. Redite præuaricatores ad cor, s. meditando opus redemptionis, Ideo Zac. 1. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Qualiter autē cōuerti debem⁹ nota cū dicitur, in toto corde vestro non dimidiato, sicut illi qui vnam partem peccatorum deserunt, & aliam patrē retinere volunt. Eccles. 1. Ne accesseris ad deū duplici corde. Quia dicitur Eccles. 2. Vę duplici corde & labiis scelestis et manibus male facientibus & peccatori terram ingredienti duabus viis, Nam mens diuisa nō impetrat. Ose. 10. Diuisū est cor eorū nunc interibunt, Propterea conuerti debem⁹ ī toto corde. i. per omnes vires cordis. ¶ Nota beat⁹ Bernard. ponit quatuor affectus cordis. s. timorem: amorem, gaudiū, et tristitiā, Et his affectionibus cōuerti debem⁹ ad dominū Primo timorem nostrū a seculo auertamus & in deū totū proiiciam⁹. Lucæ. 12. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus, nec habent amplius quod faciāt Sed potius timete eum qui postquā occiderit corpus potestatē habet animā mittere in gehennā, Et Eccle. 9. Nihil melius quam timor domini. Rationē ponit Eccle. 1. Timor domini expellit peccatū. Et ibidē. Timor domini est gloria & corona exultationis. Et Eccl. 2. Qui timēt dominū pparabunt corda. Item ibid. 30. Timēti deū nō occurrēt mala, sed in tentatione illum conseruabit deus & liberabit a malis, Item. 92. Qui timet deum accipiet doctrinā eius. Ibid. Qui timēt deū inueniēt iustum iudicium, Item. 34. Timētis deū

beata est anima eius. Secundo vt nostrum amorem a mūdo retrahamus. & in deum proiiciamus. 1. Ioh. 2. Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mūdo sunt. Sed diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos: quia sine dilectione nihil est bonum, & cum dilectione nihil est malum. Greg. Antiquus hostis castitatem in nobis si sine charitate fuerit non timet, quia ipse carne non pręmitur: nec mēs eius luxuria dissoluitur. Abstinentiam non timet: quia ipse cibo nō vtitur ergo soli dilectione vincitur, Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum, ¶ Tertio, gaudiū nostrum a mūdo retrahamus & in deum proiiciamus. quia gaudium huius seculi semper est mixtum: & tristitia cōsequitur ipsum Prouer. 4, Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat, Ideo ad Philip. 4. Gaudete in domino semper quia gaudiū de deo est purū. Isai. 61. Gaudēs gaudebo in domino & exultabit anima mea in deo meo. ¶ Quarta, nostram tristitiam a mundo auertamus. De nulla enī re perdita tristari debemus nisi de amissione gratię tēporis & gloriæ & de his in quibus offendimus deū. Ecci. 30. Tristitiam longe repellet. scilicet tristitiā mundi. Ratio, quia multos occidit & non est vtilitas in illa. Sed quę secundū deum est tristitia pœnitentiā in salutē stabilem operatur. 2. Cor. 7 Tunc subdit in quibus debemus conuerti dicens. In ieiunio & fletu & planctu in ieiunio quo ad carnis macerationem Nam homo triplici concupiscētia peccauit, Vnde. 1. Ioan. 2 Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia vite. Contra concupiscentiam carnis debem⁹ habere ieiuniū. Ecci. 30. Equus indomit⁹ euadet durus & filius remissus euadet præceps, scilicet a regimine animæ. Bernardus. Ieiunium nō solum delet peccata præterita que commisimus. sed reppellit futura que committere poterimus. Contra concupiscentiam oculorum debemus habere, fletum. Hier. 9. Deducant oculi mei lachrymas, & palpebræ meæ defluant aquis. &c. Sic fleuit David contra cōcupiscentiæ peccatū. Psal. 118. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei. quia, &c. Ideo. Bern, Purgatur lachrymis oculus sorte caligās & acuitur visus vt intēdere possit in serenissimi luminis claritatē. Contra superbiam vitę dicit, Et planctu. ¶ Nota homo assueuit quatuor de causis flere & plāgere. Primo ꝓpter mortē patris aut spōsi. Talis pater aut spōsus

est Iesus Christus qui tunc moritur animæ cum per peccatũ mortale recedit ab anima, Iohe.1. Plange quasi mulier amicta sacco super virum paupertatis tue. Vir istæ, scilicet Christus despõsatus est animæ in sua pubertate scilicet in baptismo. Super hunc virũ debet flere anima quasi mulier quæ facilius plorat & vberius quã vir. O quantũ plorat mulier virum suũ & amarissima lamenta profert & suspiria, quanto magis flendũ est super illum qui est dulcior quã mel & fauus. Ad hunc fletum inuitantur animæ. 2. Reg.1. Filie Sion super Saul flere qui vestiebat vos coccino in deliciis. Spiritualiter filiæ Sion id est animæ speculantes æternã beatitudinem. Saul expetitus interpretatur & significat Christum quem sancti expetebant suis precibus. ¶ Secũdo pro amissione alicuius magni thesauri flendum est. Thesaurus est vita æterna. De quo. Mat.13. Simile est regnũ cœlorum Thesauro abscõdito in agro. &c. Sed hũc thesaurum preciosum amittit anima peccando. Et ideo flendũ est iuxta illud Isa.32. Plãgite super regione desiderabili super vinea fertili. Regio desiderabilis paradisus est. Vnde Psal.73. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ cõcupiscit quia desiderabilis, & deficit anima mea. scilicet in istis carnalibus Hac est regio de qua. Matt.2. Per aliam regionẽ vel viã reuersi sunt in regionẽ suã. De isto paradiso siue regione eiicitur homo per peccatum sicut Adam Gene.3. Sic etiam Lucifer Ezec.28. O cherub peccasti & eiecit te de mõte sãcto dei &c. Hæc autẽ scripta sunt ad correctionem nostram vt intelligamus ꝙ ille amittit cœlestem beatitudinẽ qui peccat. Et ideo flendũ est. O quantum plorat mulier pro amissione anuli vel pepli, sed multo plus pro veste preciosa de mane vsq; ad vesperam plorabit. Insuper ille amisit qui porcellũ aut añã aut bouem vel equũ. nõne facit precoȝinari per totã terrã vt si qs inueniat restituat. & precium aliquot promittit restituenti. Ex his omnibus cõsidera quãtũ plorare debet anima quæ thesaurum indefficientem perdidit & sanctorum societatem quæ desinatur in vinea fertili. Ideo. 1. Re.30. Leuauerat Dauid & populus qui cum eo erat vocem & fleuerũt donec in eis deficerent lachrimæ. Iste fletus fuit pro amissione vxorũ & filiorum & aliarum rerum quas perdiderant auferẽtib' amalechitis. videtur ergo quod multi chariores habẽt porcellos quam animas. ¶ Tertio flet homo pro contumelia

verborum & operũ. Sicut legitur Tho. 3. Zara cũ lachrymis deprecabatur dominũ vt ab isto improperio liberaret eam. Simili modo anima flere debet propter improperiũ dæmonum. Nonne magnum improperiũ est funem collo portare quod facit qui præ verecũdia nõ vult cõfiteri. Vnde Thre. 5. Ceruicib⁹ nostris minabamur non dabatur lassis requies. Sicut etiam Iudas fecit. Matt. 27. Abiens laqueo se suspendit. Sic multi post peccatum laqueo verecundię suspendunt collum. Nonne improperium est magnus ligatas habere: sicut vsurarii quibus diabolus ligauit magnus ne restituãt aliena. Ose. 4. Ligauit eum spiritus in allis suis, & confundetur a sacrificiis suis. Et Thre. 1. Abierunt vsque fortitudine ante faciem subsequentis. Sic miseri vadunt ne resistere possunt diabolo qui ligauit eis manus. Quarto flet homo prę nimia lætitia. Sic Gen. 56. Ioseph irruit super collum patris & inter amplexus fleuit. Debet enim plorare non solum pro malis amouendis sed & dulces lachrymas fundere pro bonis sibi datis, considerando vnde deus eruit eum & quid illi concessit. s. gratiam & quid ei dimisit. s. debita multa. Sic fleuit Maria Madaglena dum enim staret ad monumentũ foris fleuit. Ioh. 10. Et consolata est per Iesum. Sic anna fleuit. 1. Reg. & datus est ei Samuel Spiritualiter sic gratia dei datur animę fleti, & thesaurus amissus pe[r] fletũ recuperantur Ideo dicit. Conuertimini ad me in fletu & plan[ct]u, & cę. Et tunc subdit: Scindite corda vestra & non vestimenta vestra Scindatur cor doloris gladio vt virus peccati exeat & tũc diuina lex homini appareat. In cuius figura velum tẽpli scissum est. Luc. 24. præ dolore petrę scissæ sunt in passione domini vt habetur. Mat. 27. Sic peccatorum corda secũdũ sanctum. Greg. Duriora sunt saxis quę scindi per pœnitentiam nolunt. ℭ Nota super illo verbo. in ieiunio quod triplex est ieiunium: Primum corporis a cibo, Secundum afflictionis a [gau]dio temporali, Tertium voluptatis a peccato mortali de [qu]o Eccle. 37. Qui abstinens est adiiciet vitam & in mul[tis] [illegible] infirmitas. De secundo ieiunio loquebatur Zara [illegible] seruaui animam meam ab omni concupi[scentia] [nu]nquam cum ludentibus miscui. neque cum his q[ui] [illegible] participẽ me prebui & sic ieiunabat q[uasi] [illegible] consolari. 1. Pet. 2. Obsecro vos tanquam ad[uenas] [et] peregrinos abstinere vos a carnalib⁹ desideriis De

tertio dicit Hiero. Tunc preclarat est apud deum abstinētia corporis cum animus ieiunat a vitiis. Ibid. Qui a cibis absti nent, & praue agunt dæmones imitātur quibus esca nō est & nequitia semper est. ¶ Sciēdū quod ieiunium dominus instituit in paradiso sed postea sanctificauit ipsemet cu ieiunauit quadraginta diebus a quadraginta noctibus. Math. 4 & Luc. 4. ¶ Queritur vtrū ieiunare sit semper laudabile. vel quādo Respondeo secundū sanctū Tho. in 4. dist. 12. tribus casibus nō est laudabile ieiuniū neque etiam licitū, Nam quidā per ieiunium primo subtrahūt quod necessariū est vitę hoc non licet sicut nec seipsum interficere. sed hoc est valde rarū quia natura modicis cōtenta est vt dicit Boetius in de consolatione philosophiæ. Secūdo nec licet subtrahere quod est necessarium secundū ea quę incumbunt facienda ex officio vel societate eorum ad quos quis conuiuit. Hoc enim esset de rapina hostiā offerre Tertio nec licet esse tātā abstinentiā quod homo ab vtilioribus operibus impediatur. Sed abstinentiam seu ieiunium laudabile est quando per ipsū caro diminuitur a suo robore: ita quod facilius spiritui subdatus. ¶ Item quæritur vtrū ieiuniū cadat sub præcepto Respondetur secundum sanctum Tho. in 2.2. q. 147. articulo tertio, Dicendum quod ieiunium in quantum pertinet ad necessitatem cohibitionis peccati vel satis factionis in pœnitentia vel ad eleuationem mētis ad spiritualia, sic cadit sub præcepto legis naturę. Sed determinatio tēporis & modi ieiunādi cadit sub præcepto iuris positiui quod a prelatis ecclesię sic est institutū & hoc est ieiunium ecclesiæ, aliud naturæ Nec tamen quilibet transgrediens peccat mortaliter sed qui transgreditur contemnendo statutū legislatoris vel si quod impediatur finis quem intendit legislator. Sed qui ex causa rationabili frangit ieiunium nō peccat mortaliter. Nota de diuersis intentionibus ieiunantium. Vnde versus Abstinet eger egens cupidus gula simia virtus. Abstinet eger qui nō potest comedere vel propter medecinā Egēs qui nō habet quod comedat cupidus ne expendat. Gula, id est, gulosus vt postea auidius comedat. Simia, id est, hypocrita vt laudetur, Virtus vt mereatur. Et sic nos debemus ieiunare. Quia Propheta proponit nobis magnitudinem diuinæ clemētiæ ¶ Dixi secūdo promittit dominus pœnitētibus indulgentia dicens conuertimini ad dominum deum vestrum quoniam

benignus est pœnitentiam inspirando: & misericors offensam: remittẽdo: patiens sententiam differẽdo, & multæ misericordiæ veniam condonando, & præstabilis sup malitia pœnam debitam relaxando, Malitia autem hic non sumitur pro culpa, sed pro pœna. vt habetur Math. 9. in fine: Sufficit die malitia sua Hieron. in originali. Præstabilis est deus id est patiens super malitia quia pœnam debitam non infligit pœnitentibus, sed eam relaxat, si tantum gerimus pœnitentiam super peccatis. Hierem. 18. Si egerit gens pœnitentiam super malitia sua: agam & ego pœnitẽtiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Sequitur autẽ diuina clementia, Quis scit si conuertatur, scilicet Deus ab ira ad misericordiam, quasi diceret nullus par certam scientiam. ad Rom. 11. Quis cognouit sensum domini aut consiliarius ei⁹ fuit: aut qs prior dedit illi & retribuetur ei. quoniã ex ipso & p ipsum & in ipso sũt omnia, &c. Ezec. 18. dicitur Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est: & custodierit omnia pcepta mea & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet non morietur, omnium iniqtatum quas operatus est non recordabor. Et sequitur ibidem: Non qd voluntatis mee est mors impii dicit domin⁹ & nõ magis conuertatur a viis suis & viuat. Sed sequitur cũ contra dicitur quod hoc possit sciri ex dictis Zach. i. vbi dicit Cõuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Respõdetur verum est quod deus cõuertitur ad eum qui se pfectæ conuertit ad ipsum, Sed quod aliquis seipsum conuertat ad deum certitudinaliter sciri tu potest ni fuerit alicui reuelatũ. Sequitur. Et ignoscat, scilicet deus in d ulgendo sibi culpam quasi diceret: Scire non potest: quia nõ fit remissio culpæ sine infusione gratiæ, Nemo autẽ scit se esse in gratia dei Eccle. 6. Nescit homo vtrũ amore an odio dignus sit. Sequitur: Et relinquat post se id est post flagellum vltionis benedictioné. i. remissionem culpæ & relaxationem pœne. q. d. Scire non potest quia aliquando incipit Deus flagellare peccatores necessat vsq. in sempiternũ sicut in Pharaone Anthiocho & Herode Item per benedictionem intelligitur bonorum temporalium abundantia. Isa. 1. ca. Si audieritis me bona terræ comedetis. Sequitur plenitudo placationis piæ, ibi sacrificium & libamen domino deo nostro, quasi diceret Non solum opportet vos corpora scindere, sed singuli

bus suspiriis & ieiuniis corpus affligere: & vt perfecti possitis domino Deo seruire vel placere, oportet vos offerte sacrificium & libamen. Sacrificiũ fiebat de solidis vt de pane & sic de aliis: Libamen de liquidis. vt de oleo & vino.
¶ Nota quod peccator debet deum placare quadruplici sacrificio. Primum est mentale quod est contritio. Psalm. 50. Sacrificium deo spiritus cõtribulatus. Secundum sacrificiũ est vocale, & dicitur oratio & dei laudatio. Psalm. 49, Immola deo sacrificium laudis, Tertium sacrificium est reale quod est eleemosynarum largitio, Math. 9. Misericordiam volo & non sacrificium, Quartum sacrificium est corporale, quod est carnis afflictio Ad Rom. 14. Obsecro vos fratres exibeatis corpora vestra hostiam viuentem, &c. Sequitur postquam dominus per se suasit pœnitentiam peccatoribus: hoc idem fecit per prælatos suos cum dicit. Canite tuba, id est, apperte p̄dicate vt vos audiãt: & præparẽtur homines. ¶ Nota quod prædicatio comparatur tubæ, quia tuba est terribilis in præliis. & consolatiua in nuptiis. Sic verbum dei terret homines quãdo est de dei iustitia, & animat, quando est de spirituali pugna & ipsos consolatur quã do est de dei clementia delectat quando est de æterna gloria Item tuba est stricta in vna parte: & lata in alia. Si prædicatio exigit vt prædicator sit austerus circa vitã suã & circa alios benignus, vt dicit Chrysostom⁹: Et dicite in Siõ. Sion est mons eminens toti ciuitati Hierusalem vbi erat domus regia iuxta quam erat templum domini, & significat ecclesiam extra quam non prædicatur conueniẽter verbum dei, vt dicitur Isaiæ secundo. De Sion exibit lex & verbun domini de Hierusalem. Sequitur: Sanctificate ieiunium. quia sanctum ieiunium est animæ languentis medicina. ¶ Notandum adhoc quod ieiunium sanctum sit multa concurrũt Primum est cordis mundi tia. Christus enim prius fuit baptizatus antequã ieiunauit. Secundum est intentatio recta vt scilicet ieiunetur sola in tentatione placendi deo Vnde Christus fuit ductus ad ieiunium a spiritu sancto & non habuit aliud motiuum. ¶ Tertium est perfecta abstinentia & non solum os a cibis abstineat sed lingua a verbis inutilibus, oculus a vanis aspectibus, manus ab impudicis tactibus & sic de aliis. ¶ Quartum est victoria hostis Christus enim post ieiunium tentationem vicit: Et certe tempo

re ieiunii. homo debet se armare spiritualiter cõtra hostes inuisibiles. Sequitur: Congregate populum vocate cœtum. Per cœtum intelliguntur maiores: de quibus fiebat congregatio. Vnde in lege dicebatur solemnitas cœtus. In mense enim septimo congregabantur maiores, vt congregarēt & ordinarēt de collecta pauperibus facienda, vt habetur Leuiti. 3. & Deutero. 19. Et certe isti sunt vocandi ad audiendum verbum dei: quia forsitā plus indigent quam alii Per populum intelliguntur minores: quia etiam deberent vocari ad verbum dei, vt patet. 1. Esd. 4. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus, & tunc Esdra exposuit legem Auditores ergo verbi dei sunt omnes generaliter, qui sunt ex deo, vt habetur Ioan. 8. cap. Qui ex deo est verba dei audit. Sequitur Sanctificate ecclesiam, id est, indicite sanctitatem ecclesię, vel facite vestris sermonibus vt sāctificetur. De Mose enim dicitur Exod. 19. quod descendit de monte & sāctificauit populū. Et quia sancta mater ecclesia multas personas continet, ideo additur. Coadunate senes. Dicit glosa tam ætate quam sapiētia. Vnde dicitur Iob. 12. In antiquis est sapiētia, & in multo tempore prudētia. Et Sapien. 4. Aetas senectutis vita immaculata. Sequitur: Congregate paruulos & suggētes vbera, id est, illos qui nō habent annos discretionis, sicut sunt lactentes. Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, & cet. Sequitur in litera: Egrediatur sponsus de cubili suo, & spōsa de thalamo suo, &c. Vnde Ambrosius loquens de coniugatis sic dicit: Frustra enim agit pœnitentiam, qui non seruat castitatem, Sed videtur quod pueri & qui non habent vsū liberi arbitrii non debent vocari ad istam sanctificationem Dicit Ambrosius quod ideo vocantur quia eorū innocentia placet domino, ac quod per ipsos alii magis excitantur. Vnde, 2. Par. 20. dicitur quod omnis Iuda stabat coram domino cū puulis & vxoribus & liberis suis. per paruulos aūt hic continentes & innocentes. Per sponsum & sponsā cōiugati intelliguntur. ☞ Sequitur prædicationem oratio. Inter vestibulū & altare, id est inter duo altaria scilicet holocaustorū quod erat extra templum & incensorum quod erat interius. erat quedā porticus, & in quadam pte illius erat quidam locus vbi sacerdotes induebantur & exuebātur. Et erat loc⁹ secretus vbi sacerdotes orabant: Sequitur.

Plorabunt sacerdotes & leuite pro suis & pro populi crimi nibus. vt scilicet suo exemplo populum ad plorandum prouocent & dicent. Parce domine parce populo tuo Dicit bis parce. Pri no nobis sacerdotibus. & secundo. Parce populo tuo. Et ne des hereditatem tuam, id est, populum Israel quē, quasi hæreditatem tuam tibi appropriasti in opprobrium, id est, in captionem hostium & seruitutem. Et ne dominētur eis nationes, id est, Chaldæi & Persæ & Medi. deinde monet proheta allegare exauditionis causam vt sic dicatur domino. Quare dicunt in populis, id est, quare dicunt nationes istę prædictæ de filiis Iudas, & beniamin. Vbi est deus eorum de quo se tanto iactabat in quo cōfidebāt, videtur quod sit impotes ad liberandum populum suum. Tunc sequitur, zelatus est domino terram, id est, populum suum zelo amoris qui semper pungit Iuxa illud psalmistę Psalm. 48. zel. do. tuæ comedit me, Et pepercit populo suo vbi ponit signum indulgentiæ. Et respondit dominus. Non morbo sed facto: vt dixit. Ecce mittam vobis frementum vinum & oleū & replebimini in eis. Quod potest intelligi non solū de abundantia bonorum temporalium, sed etiam spiritualium. Per frumentum intelligitur fides qua viuit anima & sustētatur corpus & habetur Abacuc. 2. Iustus ex fide viuit. Per vinum autem spes intelligitur quia sicut vinum lætificat cor hominis, sit illa animam. Apostolus ad Romanos. 12. Spe gaudentes. Per oleum vero intelligitur charitas. 1. ad Corinthiorum tredecimo. Maior horum charitas. Sequitur, Et non dabo vos vltra in opprobrium gentibus, id est, non tradā vos vlterius in captiuitatem & seruitutem ostium vestrorum.

¶ De eodem sermo. II
De euangelio.

VM ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes. Matth. 6. ☞ Thema. Cupiens inimicum
8 fugare & a se repellere destruit illi receptaculum. Exemplum de lupo & aliis feris quarum foueæ si vastatæ fuerint procul fugiunt reclinatorio non inuento. Spiritualiter receptaculum diaboli est humana caro. vnde Ambrosius in quadem epistola. Quicunq; se deliciis temporalib⁹ dederit in diaboli seruitute manebit Debem⁹ igitur per abstinētiā & ieiuniā corp⁹ mor

tificare, vt Diabolus citius a spiritu superetur corporis presidio destituto. Figuratur. Dani. 14. vbi legitur quod ipse Daniel qui in abstinentia vixit destruxit idolum nomine Beel qui interpretatur ventus & post modum occidit draconē q latitabat sub idolo. Spiritualiter. Per Beel qui interpretatur ventus subaudi corp⁹ humanum. Iob. 7. ventus est vita mea Per Danielem subaudi spiritum deo coniunctum qui debet semper impleri cœlestibus desideriis. Qui igitur vult spiritualem draconem occidere & a se procul repellere: corpus prius mortificet ieiuniis & abstinentia. vnde Hieronymus: Ardentes inquit dyaboli sagittæ ieiuniorum & vigiliarū frigore restringendæ sunt sed quale debet esse ieiunium vt animæ, & corpori prosit, ostendit saluator dicens. Cum ieiunatis nolite fieri, & cetera, Aliud thema. Exterminant enim facies suas. Matthæi. 6. Medicina non debet cōtinere aliquid quod roborat infirmitatem. Sic ieiunium est medicina data contra morbum gule quo primus homo detentus vetitum pomum comedit, Gregorius ad te medicinæ contraria cōtrariis curantur. Sicut igitur a gaudiis paradisi cecidim⁹ per gulā: Ita secundum gregorium reuocamur per ieiunium vnde in epistola Iohelis secundo. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio fletu & planctu. Ecce medicina non sicca, sed madida debet esse cum fletus Albertus libro. 24. de animalibus. Aues nihil fluuiis non tacent gemētes dū illaqueantur. Sic tu non debes cessare a gemitu. Iob. 5 Nascitur homo ad laborem sicut auis ad volandum, Iohelis secundo. Egrediatur sponsus de cubili suo & sponsa de thalamo suo, & cetera. Et si hoc fecerimus dicet nobis dominus. Ecce mittam vobis frumentum. ecce sacramentum. scilicet corporis Christi, vinum scilicet sanguinis & oleum, scilicet misericordiæ. De quo introitus: Misereris omnium domine & nihil odisti. & cæt. ¶ Nota tres plāctus scilicet vnigeniti draconis, & struthionis. Quia peccator perdit primo animam. Ideo, Ieremie sexto. Luctum vnigeniti fac tibi plānctum amarum. Secundo deum, & sic planctu draconis. Miche. i. Faciem planctum velut draconum. Quia legitur quod elephas draconem inueniens semitas cum plantis conterit: & sic diabolus deum alienat. Tertio perdit omnia merita Mic. 1. Faciam luctum quasi struthionum q amperdit oua.
¶ In summa euangelii innuitur tria. Primo docet cauere si

ctam simulationem ibi. Cum ieiunatis. Secundo docet nos habere rectam intētationem ibi. Tu cum ieiunas. Tertio docet cauere periculosam acquisitionem ibi. Nolite thesaurizare: &c. De primo dicitur. In illo tempore, scilicet cum dominus prædicauit in mōte Thabor dixit discipulis suis. Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes. Chrysostomus: Sciebat dominus Vanam gloriam ex omni bono opere procedere. igitur prohibet spinam vanę gloriæ. & eradicat eā cum dicit. Nolite fieri & cæ. Et non dicit esse, quia aliud est esse et aliud fieri, quia tristē est esse hoc est naturale ī ieiunio se fieri hoc est in apparētia ostendere ac si esset ieiunans & tamen non est. Et sic hypocrita dicitur ab hypos quod est sub et crysis aurum, quasi sub oro bonæ apparentiæ gerēs plumbum falsitatis. Ideo subdit. Exterminent enim facies suas, id est, quandam tristitiam aliis demōstrant vt religiosiores præ cęteris appareāt. Grego. Simulata æqtas duplex est iniquitas, Aug. Iactantia eo periculosior est quo nomine est religiosior. Ideo subdit, Amen dico vobis receperūt mercedē suam. Chrysostom. O hypocrita. quid a deo recipies cū deo nihil dedisti. quod propter deum fit deo datur quod propter homines in ventum spargitur & nil inde speratur. Melius est nō facere quam propter homines facere. quia perdit laborem & præmiū. In scholastica historia dicitur quod poma sunt in arboribus iuxta mare mortuū, quę crescūt qua si lucida. interius autē sunt vermibus plena, Nam hypocrita habet se vt ouis portans vellera non sibi: sed aliis et sic ipse in conuersatione. Item est sicut apis mellificans & non gustans, & sic hypocrita prædicādo laborat sed fructū prędicationis non gustat, Item hypocrita habet, se, vt aratrū quod arat & pro fructu laborat, sed non comedit, & sic hypocrita in ieiunio & afflictiōe sua nō accipit pręmiū a deo sed ab hominibus quia hypocritæ apparent hominibus ieiunantes. ideo eorū pręmium vanum & quasi nihil est. Vnde Chrysosto. Qui est laus hominum nisi verborum transeuntium sonus, cessant homines perdit hypocrita mercedem.
¶ Dixi secundo docet dominus nos habere rectam intētionem, cum dicit. Tu autem cum ieiunas scilicet rationabiliter, vnde caput tuum, id est, exhibe te festiuum & hilarem, & faciem tuam laua, id est, signa lætitiæ prætendente. Nota hic innuuntur duo quæ sunt nobis necessaria in vo

lumus,quod ieiunium quadragesimale nobis proficiat: scilicet vngere caput mentis & faciem lauare scilicet animæ. ¶ De primo nota quod quatuor genera hominum legũtur vncti & sunt vngendi. Primo infirmi vt sanitatem perciãt De quo iacobi.5. infirmatur quis ex vobis inducat presbyteros ecclesię & orẽt super eum vngentes cum oleo in nomine domini. Et sic spiritualiter nũc sacerdotes debẽt vngere populum oleo pœnitentiæ. Hec oleum pœnitentiæ debet conffici ex amaris herbis, scilicet contritionis et doloris, scilicet considerando maculas animæ, vulnera cordis & tẽpus male expensum, deum offensum & pęnam æternam, Figuratur. Tho.11. Sic Thobiam angelus instruxit, Vnge oculos, patris felle piscis & sanabitur. Et sic tu vngere oleo pœnitentiæ & sanaberis. O quod sunt hodie imbecilles & infirmi qui nõ curantur nisi vnguãtur oleo pœnitẽtię. Isaię primo. Vultus liuor & plaga tumens non est circumligata neque fota oleo scilicet contritionis vel pœnitentiæ, ideo fœtent talia vulnera, Et sic peccatum superbiæ sine ligatura, humilitatis, luxuria sine fascia castitatis, & sic de aliis Ideo præcepit Ioseph. Gene.1. seruis suis vt conderẽt corp⁹ patris ne putresceret. & sic Christus prædicauit oleum pœnitentiæ contritionis. Hoc oleo hodie omnes deberemus inungi, ne contingat nobis sicut fatuis virginibus. Mat.25 quæ oleo caruerunt scilicet pænitentiæ, ideo non intrauerunt in cœlestes nuptias, sed clausa est ianua. ¶ Queritur cur hodie scilicet feria quarta incipimus ieiunium, & non alio die. Respondetur primo quia feria quarta Christus fuit venditus ad Mortem, ad innuendum, quod per pœnitẽtiam eminus Christum & regnum eius. Matth, quarta. Pœnitentiam agitæ, appropinquabit enim regnum cęlorum Secundo, quia feria quarta sol & luna & cætera luminaria creata sunt. A principio enim deus quando nubeculam lucidam fecit, cum ait Genes.1. Fiat lux & facta est lux, scilicet tenuis quemadmodum diluculo fieri solet, sed quarta feria sequenti fecit duo luminaris magna, Sic per pœnitentiam nos peruenimus est lucem eternam & eripimur a tenebris & dicitur Ephesior.5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in domino. Et ideo tempus pœnitentiæ incipitur feria quarta.

¶ Secundo vngitur pugil ad pugnandum, & sic nos pu-

griare debemus cum diabolo. Ergo necessaria est nobis vnctio, scilicet robur spiritusancti. Hanc vnctionem non habuit Saul. .2. Regum.1: Abiectus est clypeus Saul quasi non esset vnctus. Et sic peccator non habens gratiam spiritussancti non potest vincere inimicos pugnando. Ergo cum Christus deberet pugnare cum diabolo ductus fuit in desertum a spiritu scilicet sancto. Matthe.4. Vnde Isai.61. Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me. Si homo hac vnctione vnctus fuerit secure poterit praeliari. Et sic beat⁹ Stephanus plenus spiritu sancto. Act.7, vicit inimicos videns coelos apertos, & Iesum stantem a dextris, scilicet sibi in adiutorium. ¶ Tertio vnguntur nobiles dominae ad decorem Vnde Iudith lauit corpus suum & vnxit se myrtho optimo Iudith.10. Et sic anima cum feruore orationis carnis desideria interficit vt myrrhum. Et sic Susanna Daniel.13. Afferte oleum & smigmata. & ostia pomerii claudite vt lauer. Spiritualiter, sic anima deuota dicat. O vos sancti angeli afferte: id est, impetrate oleum deuotae orationis vt placeā saluatori. Sed heu aliqui vngunt corpus non animam. Quod cōqueritur Benard. Cadit asina & est qui subleuat. i. corpus perit anima & non est qui recogitat. ☞ Quarto vnguntur reges & sic nos vngi debemus oleo laetitiae ad regnandum cū deo. Psalm. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae consor. tu. Psal,54. Figuratur. 1. Reg,16. vbi dicitur quod Samuel tulit cornu olei & vnxit Dauid in medio fratrum in regem. Spiritualiter, Sic Christus poenitentem vnxit oleo laetitiae in regno dei. Psal.88. Inueni

☞ Dauid seruum meum. i. poenitentem, & oleo sancto meo vnxit eum. Tunc sequitur. Et faciem tua lauam, ¶ Nota triplex est lauacrum ex quo debemus lauare faciem animae. Primum est effusio lachrymarum Psalm.6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Ratio quia tunc est silentium. Thre. 2. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum & effunde sicut aquam cor tuum in conspectu domini Isai.26, Anima mea desiderauit te in nocte. Ie & spiritu meo in praecordiis meis de mane vigilabo ad te. Item tunc maxime infestant daemones. Canti.3 Vniuscuiusque ensis super foemur suum propter timores nocturnos Glos. Ensis in foemore est, castitas in carne, Per noctem circum-

loquitur culpam, propter tenebras frigiditatē & periculositatem. Iohan. 11. Qui ambulat in nocte offendit, 1. Timo. 4. Qui dormiūt nocte dormiunt Iohe. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu planctu, &c. Ecce cōtritio requiritur ad ieiunium. Incido. Qui abstinēt a cibis & praue agunt dęmones imitantur. Volens autem mundo lauar accipiat cineres. Vnde sancta mater ecclesia hodie nobis illud proponit cum dicit: Memento homo quia cinis es & in cinerem reuerteris. Gen. 3. Reuerteris in terram de qua sumptus es, Quasi diceret interrogādo hominem. Quid es? quid fers? quo vadis? Et respondet homo: Terra & cinis, &c. Hiere, 22. Terra terra terra audi verbū domini: Recordare ergo te fore terrā & cinerē. Nā talis memoria est vtilis si recorderis quod es cinis. Et hoc patet in cineris proprietatibus quarum prima est: quia cinis terram fœcundat & sic memoria mortis facit hominem fructiferum in bonis operibus. Greg. Se sollicitat in bono opere qui frequenter cogitat de extremo fine secunda proprietas, solus cinis ignem conseruat si est calidus, si frigidus extinguit. Et sic feruans meditatio mortis conseruat gratiā spiritu sancti. Tertia proprietas, cinis maculas abluit, & sic memoria mortis. Ecclesi. 7 Memorare nouissima & in ęternum nō peccabis. Primo abluit superbiam, vt pauo respiciens pedes qui sunt horribiles deponit ornamentum pennarum: Sic homo cogitans de extremo fine qui est horribilis deponit superbiam. Eclesiast. 10 Quid superbis terra & cinis? Secūdo abluit peccata luxurie sicut bestia cū cauda expellit muscas. Et sic per mortis memoriam homo expellit cogitationes immundas, Tertio abluit auaritiam quando cogitat quod in morte nil secum referet. 1. ad. Tim. 6. Nihil intulimus in hunc mundū neque aliquid deportabimus: ideo habentes alimēta & quibus tegamur his contenti simus, Nam qui mortem recogitat nil de terrenis bonis per superabūdantiam affectat. Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc: ☞ Secundum lauacrum est confessio peccatorū. Figuratur: Exod. 30. Facies labium æneum cum basi sua ad lauandum. Spiritualiter per vas æneum intelligitur confessio peccatorum, cum basi id est propositio non peccādi: ibi laua manus & pedes, id est, opera & affectus, Hiere. 4. Laua a malitia cor tuū Hierusalē vt salua fias. Sed heu aliqui faciūt vt porci qui

post lotionem statim reuertuntur ad lutũ, & sic ipsi ad peccatum. Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo & iterum tangit mortuum quod prodest lauatio eius Et sic homo qui ieiunat peccatis suis quod proficit humiliando se, orationem illius quis audiet? ☞ Tertium lauacrum est largitio eleemosynarum. Luc. 11. Date eleemosinam & omnia munda vobis erunt. Et Dan. 4. Peccata tua eleemosinis redime. Et Ambro. Illud ieiunium dominus approbat quod ad eius oculos manus eleemosinarum leuat. Quod tibi subtrahis alteri largire: vnde caro tua affligitur inde caro aliena reparetur, Item nota duabus de causis homines lauantur. Primo vt cognoscantur: & sic nos lauari debemus & cognoscamus a deo ne dicatur nobis illud Matth. 25. Amen dico vobis nescio vos scilicet propter turpitudinem peccatorũ. Nec mirum, nam de peccatoribus dicitur Thre. 4. Denigrata est super carbones facies eorum & non sunt cogniti in plateis. Ideo faciendum est quod legitur. 3. Reg. 20. Abstersit puluerem de facie eius & cognouit eum rex Israel quod esset de prophetis: Spiritualiter sic nos puluerem peccati debemus abstergere a facie animæ vt cognoscamur a deo. Ion. 10 Cognosco oues meas & cognoscunt me meæ: Secundo solent homines lauari vt cogniti diligantur & honorentur. Sic de Hester. 2 quæ vnxit & lauit se & introducebatur ad cubiculum regis & sic quęlibet fidelis anima. Quis enim diligeret mulierem leprosam cuius faciei esset multus maculis foedata decore nullus. Ideo de leprosis dicitur Leuit. 14. Postquam fuerint mundati lauerunt vestimenta sua & ingrediebantur castra. Spiritualiter, sic nos debemus lauari & mundari lauacro pœnitentię, vt possimus ingredi castrũ cœli. Nam dicitur Matth. 5. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Dixit tertio quod CHRISTVS docet nos cauere periculosam acquisitionem ibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi ergo & tinea demoliuntur, & vbi fures effodiunt & furantur. Chrysostom. in Hom. Postquam expulit vanæ gloriæ ægritudinem nunc prohibet auaritiam di. Nolite thesaurizare, scilicet ex auaritia & ex amore diuitiarum in debite, Nam secundum Hieronymum in epistola ad Paulinum antiquum dictum est. Auaro de est tam quod habet quam quod non habet. Ideo apostolus. 1. Timo. 6. dicit Qui volunt diuites fieri inci

dunt in tentationem & in laqueum diadoli. Ideo de auaris diuitibus dicit dominus Matth. 19. Diues difficile intrabit in regnum cœlorum, Ideo Psalmista. Diuitię si affluãt noli te cor apponere. Non ergo est hic thesaurizandum nisi ex honestis causis. Cuius causa est, quia hic erugine & tinea diuitiæ congregatæ consumuntur, & fures furantur. Omnis enim thesaurus, aut est de metralis, aut de vestibus aut de lapidibus preciosis, primum demolitur erugo secundum tinea, tertium fures, Ideo est thesaurizandum vbi predicta non valent nocere sicut in cœlo, Ideo subditur. Thesaurizate vobis thesaures in cœlo, id est, pramia meritorum. Sciendum thesaurus consistit proprię in rebus preciosis sicut in auro, & argẽto, & lapidib⁹ preciosis & vestib⁹ preciosis. Debemus ergo thesaurizare. Primo aurum, scilicet dilectionis. Nam sicut aurum præcellit omnia metalla, sic charitas omnes virtutes. 1. Corint. 3, Maior horum charitas. Sed heu de aliquibus dicitur. Iacob. 5. Aurum & argentum vestrum eruginauit & erugo eorum in testimonium vobis erit. i. amor diuitiarũ in aliquibus inordinatus est. Propterea admiratur Hierem. Threno, 4. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus. Secundo debemus thesaurizare argentum castitatis quod his diebus non habuimus. Vnde Isai. 1, argumentum tuum versum est in scoriam. Ideo Prouer. 25 Aufer rubiginem de medio argenti, id est, luxuriosas cogitationes de mente, ☞ Tertio vestes preciosas duplicis mundicię Ecclesi. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida, scilicet interiora & exteriora De his vestibus Prouerb, vlti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. Domestici ecclesiæ militantis debent esse induti prædicta duplici munditia. Sed istæ vestes sunt diligenter custodiendæ ne auferantur Apocalyp. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet Quarto debemus thesaurizare lapides preciosos, id est, opera virtutum, scilicet iaspidem humilitatis. Apocalyp. 21. Fundamentum primum iaspis, id est, humilitas quæ est, mater omnium virtutum Et sapphyrum cœlestis conuersationis quia habet cœlestem decorem Sic & nos, Vnde ad Philyp, 4. Conuersatio nostra in cœlis est, Smaragdum pœnitentiæ. Berillium misericordiæ. Sed heu de aliquibus conqueritur Hierem. Threno, 4. Dispersi sunt

lapides sanctuarii in capite omnium platearum, id est, opera virtutum plus curantes de thesauro corporis quam animæ. Et plus thesaurizant in terris quam in cœlis quod est incautum Psalm, 38. c. thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. Ideo dicit. Thesaurizare vobis thesauros in cœlo scilicet vbi est securitas, vbi nec erugo demolitur, quia ibi nulla vetustas. Nec tinea corrodit. quia ibi nulla possibilitas. Ibi fures non effodiunt nec furantur, quia ibi nulla fraus vel violentia, Vnde canit eccle. Vbi nec languor nec seniũ nec fraus vel odium, nec terror hostium, nec cura vestium. & cætera. Et subdit. Vbi enim thesaurus tuus est, ibi est cor tuum. Vnde Hierony, Si in cœlo thesaurizaris bona faciendo in cælo erit cor tuum, id est intentio cordis tui. Si autem in terra thesaurizaueris non exponendo diuitias tuas in pauperes, in terra erit cor tuum. Et non solum est hoc in pecunia, sed in luxuria & gulositate quia qui est luxuriosus in luxuria est cor eius. Et qui gulosus deus venter est illi. Hæc ille.

Feria Quinta post Cinerum. Sermo. I.

ÆGrotauit Ezechias vsque ad mortem Isaiæ. 38.
¶ Thema. Cum pauper & defectuosus habet indigentiam diuitis alicuius vt adiuuet eum, supplere defectum suum ille petit cum humilitate vt exaudiatur, Spiritualiter sic nos propter iniquitates nostras pauperes facti sumus nimis. Rogemus ergo diuitem, id est CHRISTVM de quo Psalm, 111. Gloria & diuitiæ in domo eius. Et cum humilitate vt exaudiamur. Psal. 101. Respexit in orationem humilium & non spreuit precem eorum. Et hoc docet nos totum officium missæ introitus dum clamarem, & cæt. Similiter collect, Deus qui culpa offenderis pœnitentia placaris preces populi tui supplicãtis propicius respice: & flagella tuæ iracũdiæ quæ pro peccatis nostris meremur auerte. Similiter in euangelio vbi Centurio humiliter deprecatus est pro seruo suo Similiter in epistola vbi Ezechias rex ægrotauit & orauit cum lachrymis & quindecim anni vitæ eius sunt additi De quo thema, Aegrotauit Ezechias vsque ad mortem, & cætera.

¶ In summa epistolę duo innuuntur. Primo ipsius Ezechiæ infirmitatis propositio ibi. Aegrotauit Ezechias: Secundo subditur sanitatis restitucio, ibi & factum est verbũ domini. De primo dicit. Aegrotauit Ezechias. ¶ Nota hesterna die in capite ieiunii monuit dominus per Iohelem prophetam filios ecclesiæ vt conuerterentur ad ipsum cum fletu planctu & ieiunio. Et monuit sacerdotes et prælatos vt plorarent & plorando orarent pro se, & pro populo. In hac autem epistola spiritussanctus explicat filiis ecclesiæ quæ quanta vtilitas ex flebili oratione consequatur. ex eo quod regi Ezechiæ ad literam contigit: qui oratione & fletu meruit sanitatem & prolongationẽ vitæ. Et quod Ezechias corporaliter meruit, hoc peccatores spiritualiter merentur, Ideo dicit. In diebus nullus scilicet in quibus deus per angelum suum triumphum dedit. & victoriam de assiriis, qui vna nocte interfecit centum octoginta quinque milia hominum in castris assiriorum. Et in quibus cœpit regnare super assirios Assaradon filius Sennacherith. Nam ipse sennacherib a filiis suis propriis scilicet Adramelech & Sarasar in templo idoli suis occisus fuit. Sicut dicitur. Isai. 37. Et sequitur, Aegrotauit Ezechias vsque ad mortẽ Literaliter autem fuit ista ægritudo secundum hebrę, apostema, id est, vlcus. Aquila vero Symmachus & Theodotiõ dicunt hoc fuisse morbum regium. Causa autem quare iste rex incurrit tam grauem ægritudinem, dicit magister in historia & glo. fuisse elationem, quia post illum inopinabilem triumphum quamuis secundum Iosephum cum populo ipse rex hostias immolauerit, animo tamen elatus fuit, sicut dicitur. 2. Par. 33. Vnde nec digne gratias egit, nec cãticum cantauit sicut consueuerat facere Moses & Dauid in multis locis, propter quod vsque ad mortem ægrotauit. Ex quo euidenter elicitur ad literam quod sępe propter peccatum præcipue ingratitudinis incurrunt homines infirmitates corporis, Vnde Christus dixit, Ioh. 5. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat, Bernard. dicit quod ingratudo est ventus vrens exiccans fontem misericordię & obstruit fluenta gratię. Propterea subditur. Et intrauit scilicet de mãdato domini facto per internam inspirationẽ & propheticam reuelationem ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hoc dicit dominus

scilicet verbum stabile quod nec potest reuocari, Dispone domui tuę quia morieris tu & non viues. Dixit nanque illi vt disponeret de domo regia quis: scilicet post eum regnare deberet, nõ enim habebat filium nondum enim erat natus Manasses. Sed di. quare ex hoc fuit exitatus adorandum cum sciret prophetiam esse immobilem veritatem Dicẽdũ, quod non orauit patet ex litera, vt eius prolongaretur vita nec quod adherentur anni plures. Sed territus mortis iudicio quo terrentur secundum glosam & sancti viri qui orant: vt propter mala quę facerant bona sua non essent in obliuione apud deum. ¶ Nota secundum sensum spiritualem tãg itur duplex motiuum quod debet exitare peccatorem ad orandum. Primum est perpetratio mortalis culpæ. Secundum est comminatio Iehennalis Pœnæ, Pro primo dicitur, quod Ezechias in persona peccatoris ægrotaui vsque ad mortem. Sępe enim in scriptura sancti viri gerunt. Typum peccatoris: Sic hic Ezechias & pe. Actum. 12. Ista autem ægrotatio vsque ad mortem etiam inclusiue est ipsa perpetratio culpæ mortalis qua ægrotat corpus & moritur anima Aegrotat quidem quia vulneratur in naturalibus. Moritur vero quia priuatur dei gratia quæ est eius vita. Et obligatur ad vitam æternam. Pro ista ægritudine vt curetur, id est, peccatum remittatur debet horare omnis homo cum propheta, nam postquam dixerat Deo. Tu remisisti iniquitatem peccati mei. Subdit pro hac orabit ad te sanctus: vt mereatur remissionem omnium peccatorum. Ista ęgrotatio est multiplex secundum san. Tho. Superbia est sicut Frenesis. Inuidia sicut epilentia, Ira sicut furia. Auaritia sicut hydropisis. Accidia sicut lethargia, & sicut paralisis. Gula sicut apoplexia. Luxuria sicut lepra. Pro his omnibus ægritudinibus debet peccator ægrotus orare cœlestem medicum cum propheta. Domine miserere mei, & sana animã meam, quia peccaui tibi. Nota quod sicut elatio istius regis fuit causa suę infirmitatis corporalis, ita superbia fuit initium infirmitatis spũalis initium enim oĩs peccati est superbia. Ergo cuilibet peccatori potest dici per inspirationem. & per exteriorem exhortationẽ. Dispone domui tuæ. i. animæ tuę. s. cogitãdo, quid feceris, quem offendisti, quid perdidisti, quid incurristi dispone dolendo corde, confitendo ore satisfaciendo opere, pro ponendo voluntate, scilicet, nun

quam te labi in peccatum, vt sic possis dicere cum propheta Psal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ. Anima enim tua non solum est domus tua, imo est domus dei Dispone ergo quia tu morieris, & non viues, id est, qui mortuus es spiritualiter, morieris æternaliter nisi conuertatis. Ergo dispone te. Psal. 117. Non moriar, sed viuam & narrabo opera tua, Et bene narrabo si viuam quia dicit. Psal. 113. Non mortui laudabunt te domine, id est, mortuis in peccatis. neque omnis qui descendunt in infernum, sed nos qui viuimus in moribus, & virtutibus benedicimus, id est, laudamus dominum. ☞ Sequitur modus orationis, & tanguntur tria. Primum respicit locum, secundum respicit verbum tertiũ respicit signum. Propter primum dicitur. Et conuertit Eze. faciem suam ad parietem. Contristatus enim fuit cum audiuit verba propheta credens se simpliciter moriturum. Contristatus secundum magistrum in historia ne frustra videretur promissio facta Dauid de CHRISTO, eo quod quod ipse filium non habebat & contristatus vt oraret secretius & ne absistentes eius viderent lachrymas cõuertit faciem suam ad parietem iuxta quem iacebat, & certe orate secrete in abscondito congruum est iuxta verbum Saluatoris. Matth. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum. Vel conuertit faciem suam ad parietem, scilicet porticum templi iuxta quam cubabat, vt quia in porticu abscondi non potuerat ad orandum saltem faciem eius absconderet, Legimus de Daniele quod existens in terra Chaldeorum tribus temporalibus in die flectebat genua sua orabatque contra Hierusalem. Daniel. 6. Et certus locus bene conuenit orationi, quia domus mea domus orationis vocabitur. Luc. 19. Et orauit ad dominum & dixit: Obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate scilicet religionis, dic. Glos. interlinearis & in corde perfecto non claudicans in duabus partibus vnam partem cordis meis dans idolis, & alteram deo & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Ipse est qui valuas templi aperuit, quas Achas pater suus clauserat qui statuas contriuit quas ille erexit, qui lucos succidit, qui templum mundauit quod ille poluerat holocausta Deo obtulit quæ ille neglexerat qui sacerdotes honorauit quos ille contempserat, qui serpentem æneum confregit quamdiu po-

pulus adorauerat & cui incensum obtulerat sicut legitur. 4. Reg. 19, Sequitur: Et fleuit Ezechias fletu magno imitans patrem suum Dauid qui dicebat, Psalm. 101. Poculum meum cum fletu miscebam. Et certe fletus in oratione signum euidens est compunctionis & deuotionis. Exemplum de Anna. 1. Reg. 1. & de Maria Magdalena. Luc. 7 ¶ Nota quod duplex est actus memoriæ, Primus est productio verbi materiæ & intelligentiæ & hic est actus propriissime. Actus propriissime est in Deo per actum memoriæ quæ est dicere, pater producit verbum æternum. De isto actu memoriæ loquuntur sancti doctores & Theologi. Secundus est actus memoriæ seu recordandi de quo loquuntur philosophi qui est iterata consideratio alicuius ei, Tunc enim proprie homo memoratur aliquid quando illud primo actualiter considerauit, & postea illud considerare desiit vel per obliuionem vel per aliam alterius rei considerationem & post modum illud iterato considerat. Et ille actus omnia non est in Deo qui omnia facta, fienda factabilia & fieri possibilia simul in vnico actu considerat. Vnde memorari in deo non dicit aliquid in eo, sed ab eo: scilicet affectum suæ bonitatis vel æquitatis sicut dicitur memorari bonorum quando eo remunerat, malorum quando ea punit. De primo Abacuc, 3. Misericordiæ recordaberis, De secundo Psalm, 129. Memor esto filiorum Edom. Cum enim dixit Eze. Memento quæso domine non petiuit quod deus memoraretur qui nihil obliuiscitur, nec aliquid iterato considerat sed petiuit affectum suæ bonitatis videlicet remunerari bona sua & ne propter mala sua, que fecerat periret, ¶ Nota quod homo ex bona intentione aliqua facit quę sunt ex genere suo bona: de quibus, si habet coniecturam probabilem quod ea fecit in charitate, licite potest allegare coram domino in oratione si eam humiliter proponit & absque elatione, Non sicut fecit pharisæus. Lucæ. 18. qui bona non allegabat recta intentione nec existens in charitate, nec humiliter sed, superbissime & alios contemnendo, qui non orauit secundum Aug. sed solum ipsum laudauit si autem aliquis homo multa bona bene fecit, & commisit aliqua mala, si in oratione tantum confiteatur mala & non allegat sua bona oratio illius melior est quia humilior sicut oratio Daui-

dis qui dicebat Propitiaberis peccato meo multum est enim. Psalm. 24. & Thobias: Ne reminiscaris domine delicta mea. Tho. 3. Si autem aliquis confitetur mala sua, & non allegat propria bona sua sed bona sanctorum, tunc est oratio melior: quia talis ponit inter se & deũ talia merita quæ sunt exauditione digna. Talis fuit oratio trium puerorũ. Dani, 3. qui dixerunt: Peccauimus & inique egimus & postea dicebant ne auferas misericordiam tuam a nobis.

¶ Spiritualiter autem ad pœnitentem requiruntur tria. Primo quod debet se conuertere ad parietem, secundo orare, tertio flere. Primo pœnitens debet conuertere faciem suam ad parietem, id est, superiorem, partem rationis conuertere ad diuina beneficia: inter quæ principalius fuit incarnatio dominica per quam fuit ædificatus paries veræ humanitatis post quem abscõdit & posuit se dilectus dei filius. Cãt. 2. En ipse stat post parietem nostrũ. Respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. Tunc vere deus fuit absconditus. Isai, 45. in quem irruerãt Iudæi facientes in eo multa vulnerum foramina. & cauernam, id est, plagam in qua possũt se animæ fideles cõseruare. Vnde dictum est Iudæi. Psalm. 61. Quousque irruitis in hominem interficitis vniuersi vos. Irruitis dico dico tãquam parieti inclinato: & maceriæ depulsę, tantum enim & tam diu irruerunt in hunc parietem quod fuit inclinatus, Ioh. 19. inclinato capite emisit spiritum. Sic primo ornans digne debet mentem suam conuertere ad dei filium incarnatum & crucifixum, ad illum parietem per foratum & cauernatum. Secundo pœnitens debet orare. Vnde Ioannes Damasc. Oratio est eleuatio mentis ad Deum. ¶ Nota quod dicit beatus Grego. 1. libr. dial. Non igitur preces nostras Deo porrigimus vt ei nostras indigentias manifestemus: sed vt nosipsi consideremus in his ad diuinum auxilium esse recurrẽdum. ¶ Queritur vtrum aliqua oratio sit dirigẽda ad sanctos? Respondetur secundum Tho. 2. 2. qu, 83. Sanctis porrigitur oratio non tanquam per seipsos implenda: sed vt eorũ meritis & precibus orationes sortiantur, id est possideant effectum.

¶ Nota quod plures conditiones debet habere oratio secundum Raymum, & hostiam. Primo quod sit fidelis. Hebræ. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Secundo debet esse humilis. Eccl esi. 35. Oratio humiliantis se nube

penetrat. Tertio quod sit discreta. Iacob. 4. Petitis & non accipitis eo quod male petatis. Quarto quod sit deuota. August. Quid prodest strepitus labiorum vbi mutum est cor? Quinto vt sit verecunda sicut impublicano qui voluit in cœlum oculos leuare. Lucæ. 18. Sexto vt sit secreta. Mat. 6. intra in cubiculum & cætera. Septimo & octauo, vt fiat recta intentione & vt sit lachrymosa, sicut pater in Epistola. ¶ Sequitur tertium quod pertinet ad pœnitentiã, & est fletus siue lachrymæ, Dicit enim Petrus damianus. Lachrymæ animam ab omni labe purificant sicut accidit Dauid, qui adulterium commisit, & homicidium. Lachrymæ etiam profuerunt hic in epistola regi Ezechiæ, Item Moses impetrauit salutem populo Israeli per fletum. Item Iudith amputauit caput Oloferni per lachrymas. Item Susãna superauit senes per fletum. Ergo dicit Bernar. Lachrymæ contritionis & pudor confessionis animam lauant lauatam sanctificant. ¶ Dixi secundo sequitur sanitatis restitutio cum dicitur. Et, factum est Verbum domini ad Isa. Istud verbũ fuit spiritusancto inspirante vade & dic Eze, Conuertere hæc dicit dominus, Deus addidit Dauid patris tui cuius scilicet promissionem tu times esse frustratam, audiui orationem tuam, id est, exaudiui & vidi. i. approbaui lachrymam tuam, id est, lachrymas tuas sicut habet litera. 4. Reg. 20. Ecce ego. s. Deus adiiciam super dies tuos in quibus. s. debebas mori secundum causas inferiores: annos. 15. sub intellige illud quod dicitur. 4. Reg. 20. ca. Ecce sanaui te die tertio ascendes templum domini & addam diebus tuis. 15. annos. Sequitur: De manu regis Assyriorum, cuius tu reditum times, eruam te. Nunquam enim aliquis reuertetur ad ciuitatem istam. s. Hierusalem & protegam eam. ¶ Nota hic quæstiones diuersas. Primum vtrũ Isai, quando dixit: Morte morieris fuit prophetice locut?, videtur quod non: quia hoc quod dicit non euenit. Quicquid autem prædicitur prophetice immutabiliter euenit secũdum Cassio do, super Psalm. Prophetia, est diuina reuelatio rerum euẽtus immobili veritate enuntians. Hęc autem non fuit prophetia quia vel fuit deceptus vel mentitus, quod est contra prædictam diffinitionem. In contrarium est quod fuit locutus in persona Dei dicens: Hęc dicit dominus. Tunc autem prophetæ non consueuerunt sic loqui nisi prophetice

loquebantur. ℭ Secundo quæritur vtrum omnis prophetia sit immutabilis simpliciter. Videtur quod non: quia prophetia fuit quando dixit Ionas. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, Ionæ. 4. illud autem non euenit ergo sua prophetia mutabilis fuit in contrarium est, quia a spiritusancto. 2. Petr. 1. Spiritussanctus cum sit prima veritas non potest prædicere nisi quod est euenturum. ℭ Tertio quæritur Vtrum sententia Dei sit reuocabilis. Videtur quod non Isaie. 14. Dominus exercitum decreuit quis poterit immutare, quasi diceret nullus. in contrarium est verbum Ambrosii: Nouit deus mutare sententiam si noueris mutare delictum. ℭ Quarto vtrum vita hominis potest augmentari vltra terminum videtur quod sic, sicut dictū est regi Ezechiæ. Ecce additiam super dies tuos annos quindecim, & ergo possunt augmentari dies hominis vltra terminū. Psalm. 54, viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Sapien. 4. dicitur de viro iusto quod raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. in contrarium dicitur iob. 14. Constituisti terminos eius qui prę teriri non potuerunt. Nunc restant solutiones quæstionum Ad primum dico quod fuit locutus prophetice, sicut patet ex glosa Gregorii hic, Et cum dicitur quod nō euenit quod prædixerat. Respondetur, quod illud quod fuerat sibi reuelatum dixit & secundum quod ei reuelatum fuerat, factum fuit. Reuelatū autem Isai. fuerat Ezechiam tunc debere mori secūdum causas inferiores. s. secundum eius merita & physicam. id est, secundum naturam dicit Glo. Elatio enim sua & ingratitudo merebātur ipsum debere mori secundum causas inferiores & amplius viuere non pote. secūdum causas naturales & sic predixit quādo dixit. Morte morieris non autem fuit sibi reuelatum quod deberet amplius viuere secundum causam superiorem.

ℭ Nota quod effectus qui contingit in hoc mundo dependet ex duplici causa scilicet ex causis inferiobus, & ex causa superiori. Voco causas inferiores naturales & merita quæ proueniunt ex libertate arbitrii & causis agentibus a proposito. Voco autem causam superiorem diuinam præscientiam, & præordinationem. Et habent se sic istæ causæ quod inferiores non impediunt superiorem: sed magis conuerso, Vnde licet aliquid debet esse secundum causas

inferiores non tamen necessario erit secundum causam superiorem. Si autem debet esse secundum causam superiorem erit necessario quamuis non adebeat esse secundum causam inferiorem. Aliquando autem currunt ad eundum effectum tam superior quam inferior. Et sic propheta nõ fuit deceptus nec mentitus quamuis non euenit quod prędixerat quia vtiq; euenturum erat secundum quod ipse prædixit, Simile est de medicis qui frequenter dicunt hominem mori & non posse curari de infirmitate. Vel quod debet esse magnum frigus vel magnus calor: & huiusmodi quę tamen aliquando non eueniunt quia non erant euentura secundum causam superiorem propter quod non mentiuntur. nec decipiuntur loquũtur enim secundum causas naturales. Sic patet quod in nullo est contra diffinitonem prophetiæ, quia quæ eodem modo prophetizantur, immobiliter eueniunt. ☛Ad secundum dicendum quod prophetia quæ est ex prædestinatione dei, est omnino immutabilis. Sed illa quæ est comminationis cui admiscetur liberum arbitrium est mutabilis secundum quod hominis merita bona vel mala mutantur. Vnde dicunt aliqui illud quod dictum est Ezechiæ vel Ionæ non fuit prophetiæ prędestinationis: sed solum comminationis. Vnde est sensus, Morte morieris, nisi ores & fleueris, & Niniue subuertetur nisi Niniuitæ pœniteant & conuertantur. ☛Ad tertium dicendum licet diuinum consilium sit omnino immutabile, iuxta illud Isai. 46. Consilium meum stabit & omnis voluntas mea fiet. tamen sententia dei est mutabilis: quia secundum quod merita hominis sunt bona vel mala mutantur. Qui enim saluari debet secundum præsentem iustitiam damnabitur propter finalem iniustitiam. Et econuerso qui debebat mori, secundum demerita sua vixit, amplius propter merita sua bona quod sic æternaliter ordinatum est. Quamuis enim oratio sua flebilis, non fuit causa diuinæ ordinationis: fuit tamen causa meritoria vitæ longioris. ☛Ad quartum dicendum, quod terminus vitæ humanæ a Deo constitutus, nec potest transiri nec ante illum terminum potest homo mori. Secus autem est de termino constituto, secundo causas inferiores. Vnde qui debet mori in dimidio vitæ secundum suas inferiores causas, vt pote secundum merita, & secundum

physicam, id est, secundum naturalem modum sæpe ampli⁹ viuit secundum superiorem causam, sicut fuit de isto rege Ezech. qui debebat mori in dimidio dierum suorum qui tamen vixit. 15. annos. Sæpe tamen concurrit causa inferior. cum causa superiori in eodem termino vitæ: quia malus est & ne aliis amplius noceat aufertur vita ei⁹, iuxta illud. psal. 44. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vel quia bonus est ne fiat malus aufertur vita eius. Iuxta illud. Sapi. 4. Rapt⁹ est ne malitia mutaret intellectum ipsius. ¶ Patet concordia inter epistolam & euange. in epistola agitur de curatione regis merito orationis, idem enim deus est vtriusque testamenti. Idem in euãgelio de curatione serui. Centurio ex merito orationis. Et non solum reges & liberos curat, sed & pauperes & seruos. Rogem⁹ ergo dominum, vt nos in præsenti sanet per gratiam, vt peruenire valeamus ad eius gloriam, &c.

¶ De eodem Sermo. II

DOMINE non sum dignus vt in tres sub tectũ meum, &c. Matth. 8.

¶ In summa euangelii tria innuuntur, Primo serui Centurionis misera conditio. ibidem Iacet paralyticus. &cæt. Secundo Centurionis commendatio, ibidem. Et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, & cæt. Tertio Iudæorum digna reprobatio, ibi Filii regni, & cæte. De primo dicitur in illo tempore, scilicet, postquam Christus prædicauit in monte, & cum discendisset & leprosum sanasset: tunc venit in Capharnaum quæ est capitalis ciuitas in Galilæa & accessit ad eum Centurio. Et fuit talis qui præfuit centum militibus positus a Romanis ad custodiam prouinciæ: quia Iudæa tunc temporis tributaria erat Romanis. Hic habuit quendam seruum sibi præciosum qui erat paraliticus, ideo accessit. ☞ Sed di. tamen dicitur Luce. 7. Misit ad eum seniores rogans eum respondetur quod personaliter venit. sed Iudæis tanquam familiaribus Christi suum verbum commisit. Vnde Augustinus Reuera magis accessit ad Christum, quam Iudæi: quia plus credidit quem seniores missi licet alienigena generatione tamen domesticus corde licet militum princeps tamen apostolorum in fide

consors dicens, Domine puer meus, id est, seruus iacet in domo paraclyticus & male torquetur. Orig. Attende charitatem & bonitatem. Centurionis qui tam instanter rogat pro seruo ac si esset filius eius. q.d. Iste est mihi seruus, & ego creatoris seruus. Iste me habet dominum super terram & ego in cœlis habeo dominum. Si ei non misereor quomodo mei dominus miserebitur? Si ei non subuenio, quomodo mihi dominus subueniet? Rabanus, Omnia ista cum dolore commemorauit, iacentem paraclyticū, & morbum male torquētem: vt augustias demonstraret. et dominum commoueret. Sic hodie domini & dominæ debent seruis condolere vt Centurio qui dixit, puer meus in domo iacet, non in hospitali seu ante porticum ecclesiæ proiectꝰ, vt quidam seruilem conditionem spernentes, quod nō est faciendum quia recordari debemus quod vnum communem dominū habemus cum seruis, Nā domini cum seruis suis vellet nolint quatuor habent communia, Primum est ex parte principii quia omnis ab vno domino & de eodem luto formati sumus, & omnes nudi & pauperes nam. Iob. 33. Ecce me sicut & te fecit deus. Et de eodem luto ego quoque formatꝰ sum. Sap. 7. Nemo ex regibus habet aliud natiuitatis initiū Secundum est ex parte medii, quia omnes mortales sumus & breuis vitæ Eccle. 10: Omnis potentatus breuis vita Iob 14. Breues dies hominis sunt. Tertium est ex parte finis. quia omnes in terram redibimus. Iob. 17. Putredini, dixi, pater meus es mater mea & soror mea vermibus. Quartum ex parte fori quia omnes possumus emere vitam æternam seruus sicut & dominus Et sub eodem iudice omnes rationem reddere compellimur. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Actu. 10. Non est acceptor personarum deus, sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiam acceptus est illi. Ephes. 6. Vnusquisque quodcunque fecerit bonam hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas, scientes quia illorum & vester dominus est in cœlis Et personarum acceptio apud deum non est, ideo remittetis iniurias Eccle. 34. Si est tibi seruus fidelis sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem tuum tracta eum. Ergo fac vt Centurio qui non spreuit seruum, sed humiliter pro eo rogauit dicens, Male torquetur. ¶ Attende ipsię etiam

infirmitatem proposuit. Sciebat enim vt dicit Chrysosto. quia christus potens esset ad faciendum: sapiens ad intelligendũ, & misericors ad exaudiendum, ideo infirmitatem tantum proposuit, & remedium sanitatis in potestate misericordiæ suæ dimisit. Tunc subditur gratiosa responsio cum dicit, Ait illi Iesus, scilicet Centurioni veniam, scilicet personaliter non mittendo Petrum vel Andream, & curabo eum scilicet misericorditer, Ecce dominus fecit vltra affectum postulantis. Primo propter hoc ne despectui videretur habere seruilem conditionem, ideo voluit ire ad seruum Centurionis, & non ad filium reguli. vt habetur. Iohan. 4. Secundo ideo propter quatuor comites secum euntes scilicet humilitatem, charitatem fidem, & prudentiam Centurionis. Et primo tangit humilitatem cum subdit. Respondens Centurio ait, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, &c. Ecce humilitas Gregori. Non sum dignus aspectu nec accessu nec introitu: quasi dicat Moses reputauit se indignum in eloquentia verborum tuorum, quomodo tunc ego sum dignus tua præsentia. q.d. Hieremias: In vtero matris sanctificatus dixit, A a a domine nescio loqui, & quomodo ego in peccatis induratus te suscipiam. Ego non sum dignus vt intres sub tectum meũ, quia alienigena sum & gentilis, idolatra effusor sanguinis, & accinctus gladio. sed tantum dic verbo, q.d. verbo domini cœli firmati sunt. O beate miles vbi legisti, Ipse dixit & facta sunt. Re uera ipse habuit ex illuminatione spiritussancti. Iohan, 3. Spiritus vbi vult spirat. Ipse nanque habuit fidem, quia credidit eius potentiam vbique fore præsentem. Ideo subdit. Et sanabitur puer meus. Ecce quanta fides Sciebat enim Centurio secundum Chrysostomus, quod angeli inuisibiliter Christo assistuut & ad imperium eius verbi virtutes & mirabilia operantur. Et credidit illlud Psal. 106, Misit verbum suum & sanauit eos. Tanta fides non fuit in regulo, qui ait. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Iohan, quarto, Nõ in Niccdemo qui dixit. Quomodo possunt hæc fieri. Ioh. Non in Maria magdalena, nec in Martha que dixerunt. Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus. Ioh. 11. Sic quando sumus cibum & panem vitę, in vera humilitate dicere debes, Domine non sum di-

gnus vt intres sub tectum meum, Nota in multiplicem domum non solent intrare magni domini. Primo in domum quæ minatur ruinam & est propinqua casui, scilicet per debilitatem spiritus & voluntatem pronam ad malum, scilicet in concupiscentia praua. Iacob. 1. Concupiscentia parit peccatum, Secundo quæ est immunda & sordibus plena scilicet in mentem luxuriosam. Oseæ, 6. c. In domo Israel vidi horrendum vbi fornicationes eius ibi contaminatus est Israel. In tali domo non habitat rex Israel. Sap. 1. Non habitat in corpore subdito peccato. q. d. sed in domo munda. Psal. 21 Tu autem in sancto habitas laus Israel. Tertio domini magni non habitant in domo quę caret igne scilicet charitatis. Lucę. 12. Ignem venit mittere in terram. Et. 1. Iohan. 4. Qui in charitate manet, in deo manet & deus in eo. Qui autem ignem charitatis non habuerit, deum non habet quia deus charitas. Quarto qua non habet panem & aquam, panem scilicet eleemosynæ & aquam contritionis. Et sic Lucæ. 7. ait Iesus Simoni leproso, Aquam pedibus meis non dedisti, intraui & domum tuam. Et de pane Isaiæ. 48. Frange esurienti panē tuum, egenos vagosq; induc in domum tuā & orietur in tenebris lux tua, id est, Christus: Quinto vbi latrones & homicidæ, id est, inuidia in corde habitat. 1. Iohannis. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. Et prima Corinthiorum. 9. Homicida non habet partem in regno dei Ergo dicit Domine non sum dignus vt intres, &c. quasi diceret Tu humilis, ego superbus, tu filius castę viginis, ego luxuriosus, tu pius & mitis ego rancorosus, tu liberalis ego auarus ideo non sum dignus. 2. Corinth. 6. Quæ participatio iustitię cum iniquitate, quę societas lucis ad tenebras, quę autem cōuentio Christi ad belial, sic peccatoris ad Christū. Ideo peccator debet se dicere indignū, vt faciat, se dignum. Chrisosto. similiter & Augustinus. In eo quod Centurio se indignū dixit suscipiendo CHRISTVM in domum suum. dignus factus est regno cœlorum Item respondit prudenter dicēs: Nam & ego homo suum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic. Vade & vadit, &cæ. quasi diceret secūdum Augustini. Si ego homo sum & præcipere habeo, quanto magis tu qui deus es? Et sicut ego sub potestate alterius sum tamen aliī mendare habeo quāto ma

gis tu qui sub nullius potestate es, sed omnes potestates tibi seruiunt secundum diuinitatē, & omnis potestas a te est, potes dicere huic infirmitati recede & recedet, & sanitati veniat & statim veniet, Audiens hoc Iesus miratus est, id est, admodum mirantis se habuit. ☞ Dixi secundo tagitur Centurionis commendatio, ibi Et sequentibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in israel. Sed diceres an fides istius maior fuit fide Patriarcharum Prophetarum aut fide apostolorum? Respondetur quod non, quia illi fuerunt nostræ fidei principium, Sed debet intelligi secundum Chrysost. Quantum ad originem credendi, quia alii pluribus signis & miraculis visis crediderunt, iste vero nullo signo viso, sed ex auditu tantum. Vel aliter secundum Chrysostomum, intelligitur in suo genere scilicet gentili. Nam cum aliquem rusticum audimus aliquid sapienter loquentem, magis ammiramur & laudamus, quam si philosophus aliquis illud diceret. Et sic non erat æquale Iudeum credere in deum & gentilem. Et sic modica fides gentilis magis laudatur, quam magna fides iudeorum Et ex quo tanta fides erat in Centurione gentili: ideo ex hoc prædicit futuram fidem gentium dicens. Dico autem vobis quod multi non omnes qui credent euangelio: venient ab oriente & occidente, id est, ex omni parte mundi ad vnitatem ecclesiæ & recumbent, id est, requiescent cum Abraham Isaac Iacob in regno cœlorum, Vnde Orige, Tunc impletur illud Matt. 20. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Dixi tertio tāgitur Iudæorum digna repobatio, ideo subdit. Filii, regni, id est, Iudæi, secundum Hierrony, in quibus deus ante regnabat eiicientur in tenebras exteriores, qui hic habuerunt tenebras interiores, scilicet cæcitatem fides, igitur vbi habebunt tenebras infernales quæ est terra tenebrarum & vmbra mortis, quam nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & hęc erit pœna damni. Tunc subdit pœnam sensus, Et ibi erit fletus. Haymo. Lacrymabuntur enim oculi ex vehementi dolore ardoris, & fumo ignis inferni. Et subdit tertiā pœnā quæ est remorsus conscientiæ dicens, Et stridor dentium scilicet pre indignatione & stimulo conscientię, vel pre frigore inferni. ¶ Tūc ponitur petitionis exauditio. Ait iesus Centurioni. Vade fiat tibi vt credidisti, scilicet quod absque corporali pręsen

tia possem sanare filium tuũ quasi diceret. Credidisti, quia possum omnia, credidisti quia sum dominus omnium, ideo fiat & metiatur tibi secundum mensuram fidei: Et sanatus est puer ex illa hora, scilicet qua CHRISTVS ait. Fiat tibi sicut credidisti. ¶ Mystice per hunc paralyticum intelligitur peccator constitutus in peccato mortali, qui habet huius paralytici conditiones. Primo quia ille paralyticus seruus erat, & sic peccator mortalis est seruus peccati diaboli & omnium viciorum. Ioan, 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, Sicut ait August. Peccator est seruus tot dæmoniorum, quod viciorum. Non solum peccati, imo etiam diaboli. 2. Petri. 2. A quo quis superatus est, huius & seru⁹ est. De quo Hierem. 5. Seruietis diis alienis, id est diabolis in terra non vestra: & dicit de diis in plurali: quia peccator superbus est seruus luciferi, auarus est seruus mammonæ, luxuriosus est seruus alino dei. Secundo ille fuit paraliticus, & sic peccator. Nam paralisis est morbus qui reddit membra mollia & impotentia ad laborandum. Et hoc innuitur cum dicitur iacuit. Iacentes enim nihil laborant, & sic iacentes in lecto auaritiæ, luxuriæ, vel iracũdię in nullo possunt proficere saltem meritorie. Ioan. 9. Scimus quia deus peccatores non exaudit. Et sunt molles, quia nulli tentationi resistunt. Matth. 13. Facta autem tribulatione continuo propter verbum scandalizãtur. Tertio paralysis causat tremorem membrorũ. Et sic peccator mortalis tremit, cum debet agere opera pœnitentiæ scilicet aliena restituere, orare vel ieiunare. Psalm. 13. trepidauerunt timore vbi non erat timor. Et iob. 6. Qui timet pruinam cadet super eum nix. Quarto male torquetur, & sic peccator. Torquetur enim inter prospera percuram superbam, vel superfluam. Boetius, humanæ fœlicitatis dulcedo multis amaritudinibus respersa est Vnde refert Tullius, Cum quidam gloriam Dionisii tyranni laudaret, & benediceret eum iussit illum in throno aureo collocari, & mensam omnibus delitiis plenam ante ipsum collocari gladiũ vero acutissimum filio alligatum fecit super caput eius appendi. Cumque ille præ timore non comederet, dixit ei Diony. Talis est vita mea quam tu beatam putabas. Male autem peccator torquetur inter aduersa propter impatientiam. Ista enim duo prosperitas & aduersitas omnes probãt, vt di, Boe

tius in consolatione, quod philosophi posuerunt duo dolia in limine domus Iouis vnum vino plenum, aliud aceto, de quibus ingredientes bibere oportebat. Domus lauis est iste mundus dolium plenum vino est prosperitas, & doliũ plenum aceto est aduersitas de quibus oportet gustare, omnes mundum ingredientes. Pessime autem peccator torquetur inter peccata Ambrosius. Quæ plena grauior, quam interius vulnus conscientiæ. Et hæc magis fugienda est quam mors. Et Augustinus dicit de morsu conscientiæ. Omnis inordinatus animus est sibiipsi pœna, Idcirco si vis sanari oportet, vt sicut. Centurio roges dominum humiliter, id est, spiritu dicens: Domine non sum dignus nihil tibi attribuendo, Ecclesi. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat dantes pluuiam gratiæ Iacob. 4. Humilibus dat gratiam. Et in tali oratione humili debet esse fides Marc. 11. Quicquid orantes petitis credite quia accipietis, Et Iac. 1. Si quis indiget postulet a deo in fide nihil hæsitans, Sed per quid sanantur? Respondetur per verbum doctrinæ. Sapien. 16. Neque herba neque malagma, sed sermo tu⁹ sanat omnia ¶ Nota de pœna peccatoris, Primo peccatum fecit de libera seruum, quod innuitur in seruili conditione. Pro quo sciẽdum, quod tres sunt serui, Primo qui in seruitute sunt nati. Et tales quasi viles multis subiacent legalibus pœnis & a pluribus actibus excludũtur vbi alii admittuntur, quia nõ possunt contrahere, nec testimonium ferre, &c. Et sic nos omnes nascimur serui peccati, Ex qua seruitute multa damna, & pœnæ nobis eueniunt secundum iustitiam legis diuinæ, nisi per baptismum inde liberemur. Quarum pœnarum maxima est diuinæ visionis carentia quam omnes non baptismati sustinent, etiam si puer moreretur quando ad baptismum baiulatur. Secundi sunt serui empticii, vt qui ab hostibus capti in bello vel empti iugo seruitutis sunt astricti, & sic homo efficitur seruus diaboli quãdo capitur peccato actuali mortali. Ecclesi. 11. Sicut aues capiuntur laqueo, pisces hamo, & sic homines in tempore malo. Nam sicut auceps ponit grana &c. sic diabolus transfigurat se angelum lucis. 2. ad Cori. 11, Et sic capimur a diabolo & vendimus nosipsos sibi. Berna. Nostra voluntas nos mãcipat diabolo, non eius potestas. Ideo. 15. quæst. 1. cap. non est, & est Ambrosi. de vita beata. Neminem iugo seruituti

diabolus possidet nisi ei se prius peccatorem ære vendiderit. De quo Isai.5, In iniquitatis vestris venditi estis. Serui conducticii sunt qui non ex necessitate, sed ex volūtate seruiunt sceluceri. Sic auaritia & alia peccata maxime visitata seruos faciunt Ephe.5. Auaritia est idolorum seruitus. Et sic patet quod omne peccatum mortale ex libero facit seruum. ¶ Secūdo peccatum facit hominem impotentem, & innuitur ibi quia iacet in domo, quia opera peccatoris quantumcunque magna non prosunt directe ad meritum vitæ Prouerb.5. Iniquitates suę capiunt impiū, & funibus peccatorum constringitur. Vel secundum Hugonem de sācto Victore. Peccator dicitur iacere, quia terrenis incūbit. Psalm. Adhæsit in terra venter noster, &c.

¶ Feria VI, Sermo. I,

De epistola,

HOC est ieiunium quod elegi, dissolue colligationes impietatis Isai.58. medicus solet varia medicamenta adhibere vulneratio, nunc amplastrum, nūc syropum nunc laxatiuum, nunc purgatiuum. Spiritualiter sicut varia sunt vulnera animæ, sic & varia eorundem vulnerum sunt medicamenta. Nam aliqui vulnerati sunt spina auaritiæ, aliqui telo iracundiæ. Vnde sicut dicit beatus Augu. Omne peccatum aut est in deum, aut in proximum aut in seipsum. Peccatum in seipsum est fornicatio, 1.Co.6. Qui fornicatur in corpus suum peccat, Et hoc vulnus animæ sanatur per ieiunium. De quo fecit ecclesia mentionem in capite ieiunii. Sed peccatum in deum est blasphemia & inobedientia. Et hoc vultus animæ sanatur per orationem. De hoc lectum est heri in epistola Isaiæ 38. de rege Ezechia, qui orauit cū lachrymis & sanatus est. Peccatum in proximum est rerum ablatio, Et hoc vulnus animæ sanatur per eleemosinam, Tho.12. Eleemosyna a morte liberat. Et hanc virtutem sanandi per eleemosynarum largitionem docet Isaias propheta in persona dei dicens, Hoc est ieiunium quod &c, In sūma epistolæ tria innuuntur. Primo salutaris ieiunii principium ibi clama ne cesses. Secundo subditur ieiunii laudabilis finale stipendium ibi, tunc erumpet. Tertio finalis stipendii fōtale initium ibi, quia misericors. De primo dicit Hæc dicit dominus deus, i, ipsis prędicatoribus, Clama ne cesses, s. horis

et temporibus opportunis. Nota quod prędicator debet clamare hoc tempore propter quatuor, Primo vt peccator de vilitate peccatorum surgat quia peccata faciūt hominem indignum præmio vitæ æternæ, vt dicit sanctus Thomas Et sic clamabat apostolus. Roman, 13. Hora est iam nos de somno surgere. Secundo vt vanitatē huius mundi nūciet. Ecclesia. 12. Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes et omnia vanitas. Et ibidem. 1. c. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus, tertio iudiciū vt timeant. Iohel. 1. c. Clamate ad dominum. A a a prope est dies domini, merito ter debēt clamare a quia a tribus accusabuntur peccatores in die iudicii, scilicet a peccatis propriis, ab infernalibus aduersariis, & ab omnibus creaturis, ergo clamare debet prædicator non debet esse carnis mutus qui nescit latrare. Ideo subdit. Et quasi tuba exalta vocē tuā. Nam sicut tuba primo facit paruum sonum, deinde procedit per augmentum, Sic prędicator primo debet dulciter prædicare obsecrando, veniam & gloriam promittēdo. si non aduertunt eos arguendo, & post hoc si indurantur fortissime extremam sententiam cōminando. 2, Ti. 4. Argue obsecra increpa. Ideo subdit. Annuncia populo meo scelera eorum. id est Christianis qui secūdum petrum apostolum sunt populus acquisitionis. ¶ Nota quod prædicator debet quatuor annuciare. Primo peccantibus pœnitentiam vt hic. Annūcia populo meo, scelera eorū. i. peccata grauia vt peccata mortalia. Secundo pœnitentibus īdulgētiam Isaia. 51 Spiritus domini super me eo quod vnxerit me ad annūciandum mansuetis misit me vt mederer contritis corde. & prædicarē captiuis indulgentiā. Tertio malignantibus vindictam Psal, 49. Et annunciabunt cœli, id est prædicatores iustitiam eius, quoniam deus iudex est, Quarto debet annunciare prædicator triumphantibus coronam. 1, Ioan. 1. Annunciamus vobis vitam ęternā quę erat apud patrem, & apparuit nobis Ergo annunciēt prædicatores ista quatuor. Sequitur. Et domini Iacob peccata eorū, Glo. per populum intelliguntur laici, per domum Iacob viri ecclesiastici. Ideo Greg. in pasturali, Aliter admonendi sunt laici aliter clerici, secundum exigentiam enim auditorum moderandus est sermo doctorum. Annunciet ergo prędicator populo suo peccata eorū dicendo ei illud

Deut.22. Hæccine reddis domino popule stulte & insipiēs? & si despicias eius legem & contemnis eius crucem, non audis vocem, nec exhibes ei honorem qui te peccatorē populum vocat inter quos multos hypocrytas inuenit. Vnde subdit me enim de die in diem quęrunt, scilicet ficte corpore & non corde gressibus corporis & non passibus dilectionis, scilicet conueniendo ad synagogam & ecclesiam omni die. Et scire vias meas volunt, scilicet audiendo verbo scripturarum scire, scilicet volunt solum speculatiue & nō practice vel scire, nō modo quo oportet De quo Bernard. in lib. meditationum, Sunt qui scire volunt eo fine tantum vt sciant & turpis curiositas est. Et sunt qui scire volūt vt ipsi sciantur & turpis Vanitas est. Et sunt qui scire volūt vt suam scientiam aliis vendant turpis quæstus est. Et sūt qui scire volunt vt edificentur: & prudentia est, Et sūt qui scire volunt vt alios edificent, & charitas est. Et dixit quasi gens quę iustitiam fecerit, secundum Tullium, Iusticia est ius reddens vnicuique quod suum est. Et iudicium dei non derelinquerit & tamen derelinquūt. De quorum numero iste Pharisęus fuit. Luc. 18. qui seipsum laudās alios vituperabat. Rogant me ore & nō corde iuditiæ, vt scilicet aliis pœnā infligam secundū iustū iuditiū sibiipsi pręmium gloriæ retribuendo, Psal. 25. Iudica me domine quoniā ego in innocētia mea ingressus sum. Et appropinquare deo volūt non affectibus, sed solum pedibus, i. non corde sed se iuxta illud Isa, 20, Populus hic me labiis honorat, cor autem eorum longe est a me. ¶ Nota quod triplex est species hypocrisis. Prima species hypocrisis est quod hō se simulat habere aliquid quod non habet, & bonum facere quod nō facit. De illis dicitur Mat. 6. Exterminant autem facies suas, Greg. Simulata æquitas duplex est iniquitas. Secunda species est mali palliatio qui opera suam palliant cōuersatione bona Matt. 7. Atendite a falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouium: intrīseci sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos. Tertia species est quando aliquis se simulat velle celare bona sua cum tamē ea appetat esse manifesta. Contra tales dicitur Matth. 9. Amant hypocrite orare in synagogis & in angulis plantearū vt videantur ab hominibus. Et sic considerantur hypocrite. Sequitur in litera. Quare ieiunauimus & non aspexisti. Hic

propheta ponit quęstionem super ieiunio reprobabili, quasi diceret. Tu deus reprobasti, nec ipsa, scilicet ieiunia nostra exaudisti, nec postulata concessisti. humiliauimus animas nostras: id est, vitam animalem sicut propheta dicit. Humiliabam in ieiunio animam meam Psal. 34. Et nescisti, id est, reprobasti. Grego. super illo verbo Mat. 25. Amē dico vobis nescio vos, Scire dei approbare, nescire reprobare Loquendo enim de scientia speculatiua, nec potest esse aut fieri quod deus nesciat. Dicitur enim Psalm. 63. quod deus scit cogitationes hominum. Sed loquendo de scientia dei approbatiua deus multa nescit. scilicet, ex se mala sunt que male fiunt. ¶ Nota quod Iudæi faciebant quædam legalia ieiunia sicut in festo propiciationis & alias. Quedā ante post legem instituta sunt zacha. 8. Ieiunium quarti & ieiunium quinti & ieiunium septimi & ieiuniū decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam. Item quædā alia voluntarie assumpta, sicut Iudich quæ ieiunauit omnibus diebus vitę suę Iudit. 8. Et anna prophetissima luc. 2. Et multi ex ei non seruabant in suis ieiuniis debitas circumstantias sicut Pharisæus Luc. 18. Ieiunio bis in sabbato. Propter hoc eorum ieiunia non erant deo accepta. Nota quod tria faciunt ieiunium reprobabile. primo quando fit sine debita abstinentia, ita deo homo eo magis comedat vt eo melius possit sine esurie ieiunare. Secundo quando fit sine debita misericordia, quia ieiunium sine eleemosyna est sicut lampas sine oleo. Tertio sine humilitate vera. Nam Gregorius dicit: Qui cæteras virtutes scilicet ieiunia eleemosynas. & cętera congregat sine humilitate quasi q puluerem in ventum portat. Sed responsio dei si quæritis quare nō aspiciam ad ieiunia vestra. Ratio quia non respicio ad personas vestras, prius enim respicio ad personam operantium quam ad opera, Gene. 4. Respexit deus ad Abel & ad munera ei⁹. Sequitur. Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra. Glo. Incassum per pœnitentiā corpus atteritur, si inordinatis moribus meus viciis dissipatur. Et addit. Et omnes debitores vestros repetitis, id est, iniurias illatas vobis impœnitentibus non remittitis, sed vindictam expetitis. Cum saluator dicat Matth. 5. quod nisi dimiserit hominibus debita nec pater deus dimittet vobis peccata vestra. Certe remittere talia debita est spiritua

is eleemosyna secundum Aug. sic dicentem. Qui non facit mentitur cum dicit. Dimitte nobis debita sicut & nos dimittimus debitoribus nostris siue debita repetendo ab ipso dicenti soluere quod secundum glosam est deo violentiam facere. Item repetitis plusquam vobis debeatur exigendo vsuras. Et addit. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis & percutitis pugno impie. De numero istorū erat iste seruus, nequam de quo Matth. 18. &c. Qui, tinens suffocabat conseruum suum, quia non reddebat ei debitum. Sequitur: Nolite ieiunare sicut vsque ad hāc diem vt iam supra dictum est, ne forte audiatur in excelso clamor. id est, in templo, quasi diceret si vultis quod orationes vestræ exaudiantur nolite cum carentia debitæ abstinentię & debitæ misericordiæ ieiunare, neq; carentia humilitatis. Subdit Nunquid tale est ieiunium quod elegisti per diem affligere hominem animam suam. i. animalitatem suam. scilicet a cibis abstinendo. Nunquid cōtorquere quasi circulum caput suum ipsum declinando ad pedes vel faciendo reuerētiam hominibus in signū debilitatis experti ieiunii & saccum & cinerē sternere super se, Nunquid illud vocabis ieiunium & diem acceptabilem duo quasi diceret nō Si hoc ostendatur exterius & interius nō existit veritas sāctitatis ¶ Notandū quod hæc non sunt de se reprobabilia quæ bona sūt, sed quia superbiā & hyporisim sapiunt, & nō sunt nisi sanctitatis, ostentio: quam saluator summe reprobat Matth. 9. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Extermināt enim facies suas &c. Cū enim bona fiunt maxime cauēda est vana gloria, q a secundo Chry. sup. Mat. Dū gloriosa res agit facile locū inuenit glorificationis occasio ieiunia multorū sine humilitate nō sunt vera & deo accepta. Deinde ponit ieiunium deo acceptabile. Nōne hoc est magis ieunium quod elegi, abstinentia debita misericordia & humilitas, Vnde Ambr. Summa Christiane religiōis est misericordia & pietate sequi deū. Nōne hoc est magis ieiuniū qd. elegi dissolue. i. scinde colligationes impietatis i. falsas chartas & chirographa quibꝰ fœneratores dicunt impie pauperes esse obligatos, quod valde impiū est, Glosso. Si impiū est exigere ab his qui nō possunt soluere multo magis qui nō debēt. Nō prohibuit enim repetere nisi ad impotentibus sed iubet falsa instrumēta rescindere Vñ Isa.

loquens apertius dicit omnem scripturam iniquam cōscin dere. Et addit secūdū solue fasciculos deprimētes.i.relaxa tributa, & vectigalia, & iniquas exactiōes quas inter Christianos imponūt hominibus tēporales domini. Et reuera sūt deprimentes fasciculi, quia multū deprimūt homines & deducūt eos ad paupertatē magnā. Subdit tertiū. Et dimitte eos qui confracti sunt liberos iugo seruitutis. Glo. interlinearis. Eos qui se tibi famen in seruitutem vendiderāt non teneas vltra terminū sed dimitte eos suę libertati reddēs. Sed non quid præcipitur dominis vt oēs seruos manumittant? Dicendum est non de oībus, sed solū hoc hic præcipitur vt.s. nullatenus vltra terminū detineantur. Quamuis autē nō præcipiatur, cōsulitur tamen de oībus, qa opus est misericordiæ. Subdit quartū & omne onus disrumpe.i. omne grauamen quodcūque sit illud amoue. quo innocentes opprimūtur. ¶ Sciēdum quod per colligationes impietatis possūt intelligi oīa peccata, & hoc moraliter mortalia quæ sunt impia quia impediūt cultum dei & sūt quædā colligationes. vnum enim quasi ligatur cū alio q̄a peccatū quod per pœnitentiā non diluitur mox suo pondere in aliud trahit ait Greg. Ligat animā cum diabolo obligat ad gehennā. Ligat etiā potentias animæ vt non possit libere exire in actus suos. non enim peccator est dominus sui sed ipse seruus peccati. Ioh. 8. Secundo per fasciculos deprimentes possunt intelligi peccandi assuefactiones que sic deprimunt animā peccatricem vt nō permittant eam erigi nec respicere sursum. Tertio autem per seruos q debēt dimitti liberi intelliguntur quinq; sensus hominis peccatoris q actus suos exercent secundum impetū concupiscentiæ nō secundum iudicium rationis nec secūdum imperiū volūtatis. Qnarto per omne onus intelliguntur quæcūq; peccata grauia tam mortalia quam venalia. Sicut autē tēpore ieiunii, sunt soluenda Vincula peccati.i. soluende assuefactiones peccādi sic etiā sensus sunt reddēdi libertati vt subsint rationis iudicio & imperio volūtatis. Sunt etiā vtiliter disrumpenda omnia peccati onera per pœnitentiā alias incassum est ieiunium. Cauit enim his diebus ecclesia. Vtamur ergo parcius verbis. cibis & potibus somnis iocis & cæ. Vitemus autē pessima. Sequitur vtilitas ieiunii. Frange esurienti panem tuum. ¶ Nota quod durante libertate dars

debet quilibet pauperibus abundanter & nõ parce. Vnde Thob.dixit filio suo Thob 4. Si multũ tibi fuerit abundanter tribue, si exiguum illud libenter impertiri stude. Dicit esurienti.i.necessitatem habenti. Sic dicitur de viro iusto. Psalm. 111. Dispersit dedit pauperib⁹ &c. Et iudex in fine mundi dicet. Esuriui & dedistis mihi manducare, Matt.25. Sed in hoc quod dicit panem non lapidem, nomine panis intelligitur omnis cibus necessarius ad victum hominis. Per hoc quod dicit tuum.i.proprium non alienum, Tho.4. Ex substantia tua fac eleemosynam, quando ieiunas da pauperibus vt ieiunium nõ sit lucrum marsupii, sed animæ securitas. Et egenos.i.egentes hospitio. vagos.i.carentes domicilio induc in domum tuã. Cum videris nudum operi eum sicut fecit beatus Martinus in porta ambianẽsium. Et carnem tuam.i.proximum tuũ qui quodammodo caro tua est quia est te cum eiusdem speciei, ne despexeris. Iob.5. Visitãs speciem tuam non peccabis. Dixi secũdo sequitur fructus ieiunii. Primo præciosum stipẽdium vbi dicit. Tunc erum per sicut mane.i.sicut sol in mane lumen tuum.i.lumẽ gratiæ tibi collatæ diuinitus fugans erroris tenebras & te dirigens in viam salutis. Psalm. Exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde. Secundus fructus tangitur cũ dicit. Et sanitas tua.s.spiritualis Hie.17. Sana me domine & sanabor. Item Psal.40. Sana animã meam q̃a peccaui tibi. Citius orietur s.curatis vulneribus viciorum. Vnde Mal.vlti. Vobis timẽtibus nomen meum orietur sol iustitiæ & sanitas in pennis Sequitur tertius fructus cũ dicit. Et anteibit faciem tuã iustitia tua quocũq; ibis & vbicũq; eris iustitia præcedet te. Et sequitur quia semper deus in te cõtinuabit merita bona vt dicitur. Proue.4. Iustoru semita quasi lux splendẽs procedit & crescit vsque ad perfectã diẽ. Subdit quartus fructus. Et gloria domini colliget te id est Christus qui est in gloria dei patris recipiet te August. Vel gloria domini i.beatitudo cœlestis patriæ vere pœnitẽtes recipit. Ideo dicit. Suscipiet te.s.sin⁹ Abrahæ, per quem suscepit mẽdicũ Luc 19. Dicitur Prouer.14. quod humilem spiritum suscipiet gloria. Subditur quintus fructus. Tũc inuocabis s.corde ore & opere, & dominus exaudiet.s.preces tuas. Psal.6. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Sequitur sextus fructus. Clamabis.s.de periculis & in tribulatione tam

in morte quam in vita. Et dicet dominus per effectum, Ecce assum ad deffendendum & liberandũ te. Dixi tertio sequitur finalis stipendii fontale principium dic. Quia misericors sum dominus deus tuus. Psal. 111. Misericors & miserator est iustus dominus Concludit ecclesia & dicit dominus omnipotens. ¶ Pater concordia epistolæ ad euangelium. Matt, Audistis quod dictum est antiquis Ibi præcepit enim dominus eleemosynam cordis cum dicit. Diligite inimicos vestros, & hoc idem tangit epistola tã de sprituali eleemosyna quam de corporali.

¶ De eodem. Sermo vi.

De euangelio.

Diligite inimicos vestros, & bene facite his qui oderunt. vos &c. Matthe. 5. ¶ In summa euangelii docentur tria genera hominum. Primo docentur perfecti ibi. Diligite inimicos vestros, Secundo actiui, ibi. Cum facis eleemosynam. Tertio contemplatiui ibi Cum oraueris: Nam hęc est iustititia cõtemplatiuorum, ¶ De primo dicitur In illo tempore. s. cum Christus docuit in monte Tabor omnem perfectionem tunc dicit Audistis quia dictum est antiquis. s. ex lege, Dilige proximum tuum, Leu. 19. Et odio habebis inimicum tuum. ¶ Nota in tota serie veteris legis non est scriptum, & odio habebis inimicũ tuum sed dicitur hoc quantum ad traditionem seniorum. s. scribarũ quibus visum est addendum scilicet a contrario sensu, ex quo debebant diligere amicũ. Similiter cœperũt hoc ex Exod. 23. c. Inimicus ero inimicis tuis. & Deu. 7. Non inibis cum eis fœd⁹, nec miseraberis eorum. Et. 1. Reg. 15, Saul perdidit regnum quia pepercit agag. Quasi posset eos odire. quod non est tenendum. quia Exodi. 23, dicitur de asino inimici iacẽte sub onere ꝙ deberet leuari multo plus homo. De hoc Chrysostomus. Si iustum fuisset inimicos odire deus te inimicum ex gentibus nunquam suscepisset in suam dilectionem. Ergo subdit. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, Et hoc tripliciter. s. corde ore & opere. Primo corde, & hac innuitur cum dicitur diligere quia dilectio vera ex corde debet procedere. ¶ Nota quod inimicis quatuor debemus ostendere. s. amorem. odium. compassionẽ & beneficiũ Nam inimici possunt quadrupliciter considerari

Primo quantum ad naturam, Et sic sunt diligendi quia ad imaginem dei creati. Nam dicitur Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile, quanto magis animal rationale. Nam discordia non reperitur inter columbas sed inter lupos & canes, Ergo tales rancorosi sunt valde reprehẽsibiles. Eccle. 28. Homo homini reseruat iram, & a deo quęrit medelam quasi d. Nullo modo inueniet. Secundo possunt inimici considerari quantum ad culpam. Et sic non sunt diligẽdi. Aug. Cũ dico homo malus duo dico scilicet homo & malus. In quanto homo diligendus inquantum malus odiendus, quia sic eos odit deus. Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores & misertus est pœnitentibus. Gregori. 22. Morali. Euenire plerunque solet vt non amissa charitate etiam inimicis ruina nos lætificet, & etiam sine inuidia eius gloria nos contristet. Cum ruente eo quosdam bene erigi credimus, & proficiente eo plerosque optimi iniuste formidamus. Et ergo inimico posset optari malũ pœnæ temporalis vt infirmitas vt melioraretur vel etiã mors vbi nõ est spes meliorationis, sed caute non in vindictam. Gregor. Cum inimicus punitur tunc potius deliberatione aliorum quam de punitione eius condolendum est miseriæ pereũtis & gaudẽdum de iustitia iudicis Tertio possunt inimicis considerari quantum ad pœnam, in hoc debemus eis dare compassionem. Psal. 118. Vidi præuaricantes & tabescam Greg. Vera iusticia compassionem, habet, falsa indignationem. Quarto quantum ad indigentiam, & tunc debemus, eis impendere beneficium. Et hæc dilecto cõsisti in opere. De qua subdit. Benefacite his qui vos oderunt. Nota inimicus diligitur dupliciter, aliquando affectu. Vnde Gre. 21. Mora. Tunc veraciter inimicos diligimus, cum nec de ruina eorũ lætamur & de eorũ profectu gratulamur, sic quod optamus eis bona gratiæ & glorię, Aliquando vero inimicus diligitur effectu. s. quãdo in beneficio tantum temporali obligamur in articulo necessitatis, & tũc cadit sub præcepto alias sub consilio. Ideo Eccle. 12. Benefac humili & ne dederis impio. s. quando nõ dare sibi prodesset ad salutẽ vel quãdo dare ei pręstaret fulcimẽtum maliciæ. ¶ Nota secũdum Tho. 2. 2. q. 25. dicitur quod opera dilectionis possunt fieri dupliciter. Vno modo in generali, & sic hoc præceptum est de necessitate salutis implendã. vt non excludat

inimicū, quia exclusio procederet ex odio. Secundo in speciali & sic non est de necessitate præcepti, sed cōsilii actualiter inimicum diligere. & sufficit quod homo habeat animum præparatū vt in extrema necessitate eum ꝓpter inimicitiam deserere nollet. Sed diceres: Cur teneor occulte pro inimicis orare cū dicatur. Apoca. 6. Vsquequo non vindicas sanguinem de his qui habitant in terra. Respondet Aug. in serm. domini de monte quod vindicta martyrum est Vt euertantur regnum peccati, & peccata, destruātur homines remaneant Simile habetur Psal. 46. Letabitur iustus, cum viderit vindictam. Dicit sanctus. Tho. vbi sub. Letabitur non ratione pœnæ peccati in se sed ratione iustitiæ iudicātis, ¶ Item nota propter tria debemus diligere inimicū. Primū propter debitū quia dominus pręcepit Mat. 6. Dimittite & dimittetur vobis. Nā si vnaquaq; die morerемur pro peccatis non possumus satisfacere & condignū retribuere. Aug. Dicunt quidam, non possum diligere meum inimicum. O attende quid tibi deus fecerit & quid tu deo feceris, tūc vtiq; dimittis parum vt tibi deus dimittat multum. Sed heu dicunt, non possum vincere animum meum Respondet Aug. in soliloquio. Deus qui optime posse nostrum nouit nihil impossibile præcepit, quia iustus est nec condemnat hominē pro eo quod non potest implere quia pius est, sed ex quo pręcepit, ergo est possibile est. Hiero. Anathema sit qui credit præcepisse deū quod impossibile sit impleri. 1. Iob. 5. Mandata eius grauia nō sunt. &c. Nota tamen secūdum Chrys. aliter diligit caro aliter anima. Sicut enim dictum est. Non concupisces hoc est dictum quo ad animam nō quo ad carnem. Sic etiam in hoc loco caro inimicū diligere nō potest anima autē potest, quia dilectio vel odiū carnis in sensu est animæ vero in ratione. Quando vero nocetur aliquis ab aliquo, & si sentimus odiū tamen exequi volumus, quia caro nostra odit inimicū, anima vero diligit, hæc ille. ¶ Secūdo debemus diligere inimicum propter fructū. Aug. Ad dilectionem inimici vos ammoneo, quia ad sanandum vulnera peccatorum nihil vtilius esse cognosco. Aug. subdit diligere inimicos grauis est labor in hoc seculo, sed habet grandius præmium in futuro. Tertio propter periculum. August. odium habere in corde, est habere gladium scorpionem & ignem. De primo sic dicit

in ser, Qui alteri noceri desiderat: similis est illi quia gladio se transuerberat, vt tunicam alterius scindat, De secūdo dicit in serm. Ira stimulans ad vindictam ipso est scorpio interius inflammans siue excitans. Si te vis vindicare de inimico, tunc ad ipsam iram te conuerte qui est inimicitia tua, quia occidit animā. de tertio sic dicit super ps. Sic puta esse sic ignem nā si quid aliud incedere debeat oportet vt prius ardeat, Sic ira malitiosa quod alteri non noceat fieri potest, sed quod tibi non noceat fieri non potest, Ideo subdit. Benefacite his qui oderunt vos. s. ministrando eis necessaria tempore necessitatis, quia necessitas externa facit omnia communia, Ergo noli considerare iniuriam pręsentem, sed considera gloriam quam pro mercede es in iudicio: consecuturus. Si damnum pateris noli cōsiderare, sed considera patientię lucrum. 1. Petri. 3. Beati estis si quid patiemini propter iustitiam, Et aposto. Rom. 12, Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potum da illi. Hoc faciens carbones ignis congeres super caput eius, id est, ad charitatem induces. Etiam ideo, quia nos inimici sumus CHRISTI & nobis multa bona exhibuit. Roma. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus per sanguinem filii eius. Sic inimici ex beneficio nostro ipsi se iudicent. quia iniuste nos odiunt. Deinde docet nos haberet dilectionem inimicorum in ore dicens. Orate pro persequentibus vos scilicet per manifestam iniuriam & calumniantibus vos. s. per apparentem iustitiam. sed tamē per fraudem occultā. Chrys. Nihil facit deum ita propitium & ad exaudiendū pronū sicut orare pro inimicis, quia per hoc efficimur filii dei Ideo a pio patre exaudiri meremur. Grego. Quid est quod Moses & Samuel & Helias in postulatione aliis præferūtur: nisi quod isti tantum in serie veteris testamenti pro inimicis orasse leguntur. Moses a populo lapidibus impetitur & pro lapidātibus pręcatur. Exod. Samuel a principatu eiicit & ait. Absit a me vt cessē orare pro vobis. 1. Reg. 12. Helias etiā orabat pro Achab inimico suo. 1 Reg. 21. Dilectio ergo iste maxime meritoria est Greg. Seruitia sūt tanto maiora quanto minus debita, sed minus debitum est diligere inimicum, quam amicum, ergo est magis deo acceptum & meritoriū. Ratio quare debemus pro eis orare est quia qui pro persequentibus ora pro seipso orat, quia petit

amationem flagelli. Et implebitur illud Psalm. 34. Oratio in sinu meo conuertetur. Ideo Romanorum duodecimo: Benedicite & nolite & maledicere persequētibus vos. Secūdo debemus orare pro inimicis propter exemplum Christi: Ideo subdit. Vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est. Nā filii carnales merito imitantur patrem in moribus bonis & honestis, ergo & nos spirituales. Nam deus pater solem suū facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sic nos opera charitatis exhibere debem⁹ amicis & inimcis. Hiero. Nulli negare debemus quod de⁹ nulli negat. Chrys. super Mat. di. Caute autē dicit super iustos & iniustos, & non super iniustos & iustos, quia omnia bona deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut et flagella propter peccatores, Sed in bonis non separat peccatores a iustis ne desperent, nec in malis iustos a peccatoribus ne glorientur, maxime cum malis bona non prosint quæ male viuentes ad iudicium suum percipiunt, nec bonis mala nocent sed magis prosunt ad iustitiæ lucrum. hac ille. Similiter vt dicit Augu. illa temporalia bona & mala vtrisque voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quę mali habere cernuntur nec mala turpiter euitentur quibus etiam boni afficiuntur. Hæc ille. Sequitur: Si enim diligitis eos qui vos diligūt quam mercedem habebitis quasi diceret, nullam Augu. in Enchiridio, Non est magnum erga eum qui tibi nil malifecit esse beniuolum, sed maximæ bonitatis iudicium est tuum diligere inimicū & eum qui tibi vult malum: & facit si potest vt tu velis sibi bonū. Et maioris meriti est dilectio inimici quā amici Cuius assignat plures ratiōes scilicet Thom. 2. 2. quest. 27. Prima. Actus mere naturales non sunt meritorii, sed solum voluntaria ratione & libera & voluntate electi. Et ideo quanto aliquis actus magis est a ratione & volūtate elicitus tanto magis est meritorius cæteris paribus, quam ille qui venit ex inclinatione naturali. Sed ad dilectionem inimici, non inclina natura sicut ad dilectionem amici, ergo & cæt. Secunda ratio, quanto aliquis actus ex se est difficilior tanto cæteris paribus est magis mertorius, sed actus dilectionis inimici est contrarius naturali inclinationi, & habet multa retrahentia, ergo & cætera, ¶ Nota difficultas est duplex. Prima causatur ex opere vt, difficilius

est ieiuniũ in pane & aqua quam in cibis quadragesimalibus, & sic dilectio inimici est difficilior, quam amici. Secunda causatur ex negligentia personę, & venit ex dissuetudine & volũtaria indispositione, vt alicui difficilius est ieiunare vnum diem quam bene cõsueto tres, & talis difficultas non auget meritum. Tertia quanto aliquis actus magis dependet a dilectione Dei: tanto est magis meritorius: sed dilectio inimici est huiusmodi ergo, &c. Nam amare amantem naturale est, quia canes & alia sensibilia animalia hoc faciunt, diligere autem inimicum charitatis est. Ideo subdit: Nonne publicani hoc faciunt. Et hoc facientes vituperantur. Et sis salutaueritis fratres vestros tãtum quid amplius facietis, nonne ethnici hoc faciunt, quasi diceret, sicut & hæc facientes nihil merentur, ego nec vos. Vnde prochdolor sunt nunc multi de Christianis qui eos quos prius salutauerunt, & alia signa amicitiæ eis exhibuerunt propter modicam offensam talia eis subtrahunt, tamen volũt Deo recõciliati. Timeo quod audituri sunt illud Matthæ. 18. Serue nequam omne debitum dimisit, tibi nonne, & cætera. Ideo Chrysosto. super Matthæ. Qui diligit amicum, peccatum quidem non facit iustitiam autem non operatur. Remigi. Perfecta dilectio vltra dilectionem inimicorum non potest esse, vel se extendere, Ideo subdit. Estote perfecti sicut & pater vester perfectus est, scilicet, vt amicos diligatis propter peccatum vitendum, inimicos propter iustitiam faciendam quoniam illud de pœna liberat, hoc autem deducit in gloriam, hæc Chrysostomus. ☞ Dixi, secundo docentur actiui cum dicitur. Attendite ne iustitiam vestram, id est, opera iustitiæ faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, scilicet humanam laudem ab eis quęrendo, per hoc tamen non prohibetur, quin opera bona possint fieri coram hominibus, Matthæ. 5. Sic luceat lux vestra coram, & cæt. loquitur tamen de perfectis, de quibus non est æstimandum, quod de facili ferantur in vanam gloriam. Propter hoc notanter dicit, vt videamini ab eis. Augustinus hoc addit, ideo vt appareat eum prohibuisse, vt finem nostri propositi tollamus ad Gala. Primo si adhuc mundo placerem, CHRISTI seruus non essem. Ideo subdit. Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciũt in synago-

gis, & invicis, vt honorificentur ab hominibus. Quia antiquitus conuocabant pauperes per tubas, & tamen licet in se hoc fuit bonú, tamen ferunt ea intentatione vt misericordes & boni videntur, Ideo subdit: Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Non sic tu facere debes sed si facere potes bonum, fac intentione, Deo non hominibus placendi. Si enim infirmitatem tuam facere non potes, seu vales, ad minus tamen bonum exemplum præbe proximis tuis ad eorum meliorationem, non ad tui ostentationem & hypocrita non eris, teste beato Grego. 31. moralium. Sūt nonnulli qui & sanctitatis habitum tenent, & perfectionis meritum exequi non valent, de quibus nequaquam credendū inter hypocritarum numerum currere, quia aliud est infirmitate aliud callida simulatione peccare, hæc ille, Sequitur, te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, id est, noli nimis pensare opera tua vel cū dextera tua. i. bona intentio mala. i. appetitus laudis humanę. Sit ergo eleemosina tua in abscondito. s. secundum intentionem. Grego. Opus sit in publico, intentio maneat in occulto. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi si non modo tunc in futuro. Quia dicitur Eccli. 5. Altissimus patiens redditor est. August. Nullum malum impunitum & nullum bonum irremuneratū. Nota tripliciter peccamus. s. in nos, in deum & non proximum. Opus ergo ieiunii est contra peccatum in nosmetipsos factum Oratio vero contra peccatum in deum factum. Eleemosyna vero contra peccatum in proximum perpetratum. Et quia ista tria prędicta sunt opera satisfactoria pro peccatis, & nunc adest tempus pœnitentiæ, ideo ad primum opus. s. ieiuniū ammonet nos epistola diei cinerum. Ad secūdum. s. eleemosynam, ibidem eiusdem diei euangelium. A tertium. s. orationem inducit nos epistola hesternæ diei de Ezech. rege Sed di. quod est magis meritorum inter ista tria? Respondetur secundum. S. Tho. 15, quod eleemosyna qui includit alia. Primo orationem quia subtractio bonorum exteriorū continet virtutem ieiunii, deinde oratio. quia includit quo admodo ieiunium ratione debilitatis corporis. Quæritur vtrum dare eleemosynam sit in Præcepto, respōdetur secūdum. san. 2. 2, q. 32. quod sic quia est præceptum affirmatiuum, & obligat ad semper. sed non pro semper: sed pro

loco & tempore,dummodo non sit necessarium sibi & suis quibus prouidere tenetur,sed supefluum. Luc.11. Quod superest date eleemosynam. Et in recipientibus necessitas inspicienda est,Ambr,Pasce fame morientem. Hoc docet lex naturalis.Quod tibi fieri vis aliis fac.Item lex diuina. Lu. 6.Date & dabitur vobis. Lex positiua,vt habetur,86.dist. Fratrum marinum excita vt non solum credat lectionem, & orationem sibi sufficere,sed etiam eleemosynis insistere & necessitatem patientibus impartiri.Item lex apostolica.1.Ioan.3.Non diligamus verba neque lingua,sed opere &c,Nota eleemosyna debet fieri multipliciter.Primo possibiliter,secundo festinanter,tertio hilariter, quarto sapienter.Primo debet fieri possibiliter, scilicet secundum facultates.Thob,4:Si multum tibi fuerit abundanter tribue,si modicum etiam illud impartiri stude quia secundum Aug. Deus nõ respicit ad manum,sed ad cor,vt, patet de vidua paupercula,Luc.21.quam Christus cõmẽdat propter oblationem duorum minutorum,ideo Prou.16,Spiritum ponderator est Deus.Et Grego.Cor & non substantiam pensat deus.Nam dicit Mat.10.Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ,non perdet mercedem suam.At tamen superfluũ tenemur dare.Lu.11.Quod superest date eleemosynam.Hierony.Aliena rapere conuicitur,qui superflua tenere probatur secundo eleemosyna debet dari festinãter.Prouer.4:Ne dicas amico tuo,vade & reuertere,& cras dabo tibi cum statim possis dare.Sicut multi sunt non perpendentes clamorem pauperem nudorum pedum eis exprobrantem.Eccle.4 .Cor inopis ne affli xeris,& non protrahas datum augustianti.Sed heu aliqui protrahunt tenentes cibum vsque ad corruptionem , cum enim iam fœtet,tunc volunt dare pauperibus Prouer.3.De primitiis,id est,optimis omnium frugum tuarum,da paupe ribus.Aliqui vero protrahunt vsque ad temp⁹ mortis, Eccle.18.ante langorem adhibe medicinam.Aug. Con siderate fratres quam subito plures omnia; perdiderunt,& cæ, Nam tunc necessitas cogit eos relinquere temporalia, & non pietas.¶ Tertio debet dare hilariter.Eccle.35,in omni dato hilarem fac vultum tuum.2.Corin.9.Hilarem datorẽ diligit Deus,Sed heu aliqui murmurantes dant.Gregorius,Qui dat,cum tædio perdit rem & meritum. Quarto

sapienter videndo cuides.i.pauperibus. Ecclef.4.Eleemo-
synam pauperis ne de fraudes. Et Luc.14.Cum facis conui
uiū,voca pauperes,& hoc qui sunt bonæ vitæ.Eccleſi.12.
Bene fac humili & ne dederis impio. ¶ Itē nota eleemosy
na tali modo facta,est vtilis & fructuosa in multis.f.in vi
ta,in morte,& post mortē,Primo prodest in vita quia im
petrat remissionē culpæ.Eccle.4.Sicut in sereno glacies,
sic per eleemosynā soluētur peccata tua.Et sicut aqua extin
guit ignē,sic eleemosyna peccatū.Secūdo valet eleemosy
na hominum in morte.Nam anima de corpore egredientem
misericordiæ dei associat.Ambros.Non sunt hominis bona
quæ non potest ferre secum,sola eleemosyna est comes de
functorū.Grego.Pauperes non sunt contemnendi,vt egeni,
sed exorandi vt patroni.Lu.17.Facite vobis amicos de mā
mona iniquitatis,vt cū defeceritis recipiant vos in æterna
tabernacula.Tertio eleemosyna valet post mortē,scilicet
in iudicio.Nam tria liberant reum in iuditio.Primo bonus
prolocutor,& talis est eleemosyna.Psal.111,secundus ho-
mo qui miseretur & cōmodat,disponit sermones suos in iu
ditio.Nam dominus iudex eorum est prælocutor,dicens
Matth.25.Esuriui & dedistis mihi māducare,&c.Secundo
munus liberat in iuditio,& sic eleemosyn.Prouer.21.Munus
abscōditu extinguit iras,& donū ī signu ī dignationē ma
ximam,August.Redime te dum viuis & da tēpus habes,
ne perdas tempus & precium.Tertio amici intercedentes li
berāt reū,& talis erit eleemosyna,Eccle.29.Conclude elee
mosynā in sinu pauperis,& ipsa orabit pro te ad dominū.
Prou.6.Nec acquiescet cuiusquam precibus nec accipiet pro
redemptione dona plurima dempsis eleemosynis.Psa.40,
Beatus qui intelligit super egenū & pauperem,in die mala
liberabit eū dominus,Tho.12.Eleemosyna a morte liberat
& ipsa est quę purgat peccata & facit inuenire vitā ęter
nam.Ad quam perducat,&c.

Sabbato. Sermo. I.

De epistola.

CVm effuderis esurienti animam tuam & animam
afflictam repleueris tunc orietur in tenebris
lux tua.Isa.58. In hac epistola duo innuun
tur,Primo docet abstinere peccata in seipso m.& in proxi
mo,ibi,Si abstuleris.Secundo hortatur abstinere peccata

in deum,ibi,Si auerteris a sabbato. De primo dicit. Hæc dicit dominus,scilicet cuilibet Christiano.Si abstuleris de medio tui cathenam id est,peccatum mortale quo quis peccat in seipsum vt est peccatum incontinentię & intemperantiæ.& est cathena diabolica qua quis tenetur adstrictus. Psal.118.Funes peccatorum circumplexi sunt me.Et Prouerbio.6.Funibus peccatorum suorum quisque constringetur.Cum hac cathena diabolus trahit homines ad infernum,Figuratur in Samson qui fuit vinctus cathenis,Iudic.16.&.2.Paral.33,Manasses fuit vinctus cathenis atque compedibus.& ductus in Babiloniam. Spiritualiter sic peccator in infernum.Et hæc cathena procedit a medio hominis.i.a corde. Ideo dicit.Si abstuleris de medio tui.id est de corde tuo & de appetitu sensitiuo cathenam.i.peccatum. Ad istam cathenam faciendam multi congregantur fabri,i.dæmones vnus portat primum annulum.s.suggestiones.Alter malā delectationem.Tertius inducit malum opus. Quartus malam consuetudinem.Quintus necessitatem Sextus desperationem.De ista cathena dicit Aug.in lib.confessionum. Suspirabam ad te ligatus non ferro alieno.sed mea ferrea voluntate,velle meum tenebat me,& mihi inde catherā fecerat & constrinxit me,quia ex voluntate peruersa facta est libido,& dū seruitur libidini,facta est cōsuetudo & dū consuetudini non resistitur facta est necessitas.Hanc cathenam dominus iussit auferre.Sequitur.Et desieris extendere digitum tuum.scilicet aduersus proximum eum nō deridendo vel opprimendo.Vel desieris loqui quod nō prodest,scilicet tibi nec proximo.scilicet verba detractionis. Psalm.100.Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.Prouerbio.18.Mors & vita in manibus linguę, qui diligunt eam comedent fructus eius.Subdit Cum effuderis esurienti animam tuam,id est affectionem, & non solum affectu subueniendo,sed & animam afflictam.id est hominem fame vel siti infirmantē.Repleueris bonis,id est recreaueris & consolatus fueris, scilicet pascendo famelicum potādo sitibundum,Tunc orietur in tenebris lumen intellectu tuo,qui prius erat; erterū tenebris obfuscatus lux tua,s.gratiæ, Ephes.5.Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino.Et tenebræ tuæ,i.virtutes tuæ intellectuales que fuerunt prius per ignorantiā tenebrosæ,erunt.

supple, claræ sicut meridies. Nam omnio corpora quę faciunt vmbram in meridie faciunt breuiorem, subdit, Et requiem dabit tibi dominus deus tuus semper. s. a passionib⁹ & tentationibus carnis. Apoc. 14. Ammodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis, Et implebit. s. Deus splē doribus animā tuam. Glos. Vnus enim radius istius splē doris est, vt peccatum fugiat. Alter & pręcepta domini impleat. Tertius vt mundana contemnat. Quartus vt tormenta timeat. Quintus vt ęterna gaudia appetat. Dicat autem quilibet nostrum. Psalm. 89. Et sit splendor domini dei super nos. Subdit. Et ossa tua liberabit. s. in die iudicii ab igne æterno. Et non solum animam tuam, verum & corpus tuum ab illo incendio præseruabit. Sequitur, Et eris quasi hortus irrigus fertilis plenus donis & virtutibus. Et sicut fons aquarum cuius non deficiunt aquę si merita nequaquam deficient. Et ædificabuntur in te deserta seculorum id est columnæ muri, & tecta spiritualis ædificii quæ fuerunt quasi ab omnibus hominis deserta. & derelicta fundamento generatio nis quæ fuerunt locata a prophetis. Et generationis sulcitabis, scilicet prædicando verbo dei facto vel exemplo, suscitabis. s. in cordibus auditorum. & vocaberis ædificator, id est prædicator sepium, id est doctrinarum quibus ecclesia sicut domus sepibus cingitur, id est, munitur. Ecclesiast. 36. Vbi seps non est possessio diripietur. Auertens. id est, destruens semitas iniquitatum, id est errores. ❡ Dixi secundo hortamur abiicere peccata quæ sunt commissa contra Deum, cum dicitur. Si auerteris a sabbato quæ est dies quam sanctificauit dominus pedem tuū. s. vt non vadas ad faciēdum mala, & aduerteris facere volū tatem tuam, scilicet fœdam, & carnalem in die sabbati q est dies sanctus domini. non quod formaliter sic capax sanctitatis, sed quia est sanctus operibus deputatis pręceteris diebus. Et vocaberis sabbatum delicatum. id est Deo acceptum, quia non vult tangi, nec violari per aliquod opus seruile in eo, Et vocaberis sabbatum sancto domini. i. domino sanctificatum. gloriosum. i. gloriæ dei debitum. Et glorificaueris eam dum non facis vias tuas. i. operationes prauas quæ sunt viæ deducentes ad baratrum, Et non inueniatur voluntas tua. s. in sabbato. vt loquaris sermonem ociosum, vel mendaciosum. Tunc delectaberis super domino, s.

qui confert animæ tuæ ſpiritualem conſolationem. Et ſuſtollam te, id eſt, eleuabo te ſuper altitudinem terræ, id eſt, ſuper terrena omnia ad celſitudinem meam. Et cibabo te, id eſt, reficiam hæreditate Iacob patris tui, id eſt, reficiam te hæreditate, Iacob patris tui, id eſt, Ieſu Chriſti de ſtirpe Iacob naſcituri, quam hæreditatem communicabit fidelibus ſuis. Et eſt viſio gloriæ Dei electi. ¶ Nota ſecundum Sanct. Tho. Videbitur Deus ſine medio. Et medium eſt triplex, ſcilicet, differens obnubilans, & diſponens. Sine medio differenti videbitur Deus, quia Dei viſio nõ eſt per diſtantiam: ſed per pręſentiam cũ ipſe Deus eſſentialiter ſit vbique Item videbitur ſine medio abnubilante, quia tollitur ænigma. ¶ Nota nunc multiplex eſt medium inter Deum & nos. Primum eſt medium peccati. Iſa. 50. Iniquitates veſtrę diuiſerunt inter vos & deum, & illud mediũ eſt impiorum. Secundum eſt medium creaturæ. Rom. 1. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, & eſt medium philoſophorum. Tertium eſt medium figuræ. 1. Corint. 10. Omnia in figura contingebant illis, illud eſt medium patriacharum & prophetarũ Quartum eſt medium ſcripturæ. Pſalm. 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Hoc eſt medium theologorum. Quintum eſt medium fidei. Apocalypſis ſecundo eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Hoc eſt medium fidelium. Sic videbitur deus in futuro ſine duobus mediis. Sed ſine tertio medio .ſ. diſponente, hoc eſt ſine gratia non videbitur gloria Dei, Et hęc eſt hereditas patris Iacob. ¶ Concordia inter epiſtolam & euangelium. In epiſtola hortatur nos ad abiiciẽdum ea quę violãs ſabbatum. In euangelio dicitur de naui, quia per abiectionem peccatorum Ieſus intrat nauem animæ.

¶ De eodem Sermo. II
De euangelio.

Confidite ego ſum nolite timere. Marc. 6. Matt. 14. & Ioan. 6. ¶ In ſumma euangelii innuuntur duo. Primo diſcipulorum turbatio, ibi. Cum ſero factum eſſet. Secundo ſubditur eorum conſolatio, ibi. Confidite. De primo dicit in illo tempore. ſ. poſtquam dominus de quinque panibus quinque m-

lia hominum satiauit. Tunc turbæ voluerunt eum facere regem æstimantes quod pasceret eos semper, & quod sub eius regimine eis nihil deficere Quod cum Christus cognouisset fugit in montem vt habetur Ioan. 6. & vt scribit Matt. 14, ca. Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam transfretare vltra mare Galilææ, & fugit ipse in montem solus orare patrem. Dans nobis per hoc exemplū humilitatis quia quæsitus ad honorem fugit, quæsitus vero ad mortem Vltro se obtulit vt habetur Ioan. 18. Cum ergo Iesus sic fuisset in monte solus discipuli fuerunt in medio fluctuum. De quo dicit: Cum sero factum esset, erat nauis in medio maris, & Iesus solus in terris. Glosa. periculū eo maius erat ratione loci quia nauis in medio maris. & ratione absentiæ nautæ. i. Christi ergo qui carent Christi societate exponuntur tentationibus. Et videns eos laborātes in remigando, erat enim ventus contrarius illis. Iterū augmentatur eorum tristitia ratione venti. Beda hunc textum exponit mystice de ecclesia sic dicens. Labor discipulorum in remigando & cōtrarius ventus labores sanctæ ecclesię varios designat que inter vndas seculi aduersātis & immūdorum flatus spirituum ad quietam patriæ cœlestis, quasi ad finem littoris & stationē peruenire cognatur vt in tribulationibus sic dicere possit cum Psal. 9. Vt quid domine recessisti longe despicis in opportunitatibus, in tribulatione. Attamen non obliuiscetur orationē pauperum vt aperte dicitur: quia vidit eos laborantes in remigando. Et sit ad horam differre videtur auxilium, nihilominus eos consolatur & roborat. i. Cor. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari vltra, id quod potestis. Ideo subdit. & circa quartā vigiliam noctis venit ad eos ambulās super mare christus. Nox diuiditur in quattuor vigilias & quæq; vigilia habet tres horas, & hæc quarta vigilia fuit prope diem. Sed diceres Cur tandiu tardauit eos consolari? Respondetur secundum Theophilum. Hoc permisit vt doceret eos habere patientiam & expectare in tribulatione consolationem a deo & non statim desperare Vt aliqui faciunt. Iac. 5. Patiētes estote & vos, & cōfirmate corda vestra. &c. Ecce agricola expectat preciosum fructū terre, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Sed diceres. Quomodo in mortali corpore potuit ambulare super mare? Respon-

det Hugo, quod hoc euenit ratione dotis agilitatis, & subtilitatis corporis, Greg. Ratione aquæ suppeditatis, & obedientis suo creatori Diony. Sicut ignoramus qualiter de virginis vtero processit sine lesione sigilli virginalis sic & hic Et volebat præterire eos. Aug. quia in diuersum ibat: quia eis ita apparuit vt in mente eorum fuit, erant enim paruæ fidei. At illi vt Viderunt eum ambulantem super mare, putabāt fantasmata esse quod est apparitio rei non existētis Timētes ne esset apparitio alicuius spiritus maligni eis nocere volentis. Ecce parua fides apostolorum. Licet enim viderant eum multa signa fecisse & præcipue in multiplicatione panum, tamen non crediderunt eum super mare posse ambulare Sequitur, & exclamauerūt. Omnes enī eū viderūt turbati sunt. Theophilus: Maiorem eis incutit timorem per apparitionē, ex eo, quia fantasmata putauerūt Hęc ille. Et si cognouissent eum non immerito fuissent cōturbati ex eo quod voluit eos præterire quasi nollet eos in periculo adiuuare. Eodem modo contigit nunc ecclesiæ fidelibus in tentationibus passionum siue aduersitatum existentibus, prout dicit Beda in Hom. sic inquiens: Sic enim sæpe diuina pietas fideles in tribulatione positos superna pietas deseruisse vita est, vt quasi laborātes in mari discipulos Iesus præterire voluisse putaretur. Vnde est illud ecclesiæ martyrii certamina plāgētis. Quare oblitus es mei dum confringuntur omnia ossa mea, &c. Sed dicunt inimici deridentes, Vbi est deus eorum, quasi naufragiū passis nauigantibus apostolis. dicet ipse deus eorum. Cum transieris per aquam ego tecum ero, & flumina non operient te cum ambulaueris in igne non combureris & flāma nō ardebit in te. Vnde nunc recte subdit. Et statim locutus est illis & dixit eis. Confidite ego sum nolite timere. Hoc verbum secundum Chrisost. & timorem soluit & fiduciā preparauit, quod autem dicit ego sum, ait Hiero. nec subiūgit quis sit quia ex voce sibi nota poterant intelligere cū qui per obscurę noctis tenebras loquebatur. vel ipsū esse scire poterāt quem locutum ad Mosen nouerant. Hæc dices filii Israel. Qui est misit me ad vos. Hæc ille. Vtinā & nos maximis timoribus expositos hoc suo vocabulo. s. ego, sū dignaretur misericorditer cōsolari, præcipue in mortis articulo vbi ei⁹ presētia nobis maxime erit necessaria. Sciēdū

hic quod eadem vox Christi quosdam terret. Ioh. 18. Hæc cum dixisset abierunt retro, &c. Quosdam vero oblectat sicut Mariam Magdalenam, cum eum quæreret ad sepulchrum. Et nunc discipulos in tribulatione: sic etiam prædicatione vna & eadẽ voce vnus conturbatur, alter lætatur Timor enim illorum est causa pertubationis, amor autem aliorum est causa consolationis. Vnde ad tribulatos & patienter eum expectãtes, libẽter ascendit, sicut hic sequitur. Et ascendit ad illos in nauim & cessauit ventus. Sicut enĩ Christi absentia est causa pertubationis, sic eius presentia est causa cõsolationis & aduersitatis cessatio. Beda in Homilia: In quocunq; corde per gratiã sui amoris adest mox vniuersa viciorum & aduersantis mũdi, & malignorũ spirituum bella quiescũt. Hæc ille. Vnde sequitur de apostolis. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellixerant miraculum de panibus. Erat cor eorum obcæcatum. Vnde Beda in Homilia: Dominus quidem in iraculo panum quod esset conditor rerum ostendit. Et in ambulando super vndas quod haberet corpus ab omni grauamine peccatorem liberum edocuit, & in placando vẽtos vndarumque rabiem sedando, quod elementis dominaretur mõstrauit. Sed carnales adhuc discipuli nondum eum adesse cognoscebãt. Et quidem virtutũ magnitudine stupebãt necdum veritatẽ in deo diuine maiestatis cognoscere valebãt Hæc ille. ¶ Consequenter pro secundo principali tangitur succurrentis benignitas medicatiua quã comportatio probat populosa. Et cum trãs fretassent venerunt in terrã Genezareth & applicuerunt. Cumq; egressi essẽt de naui cognouerunt eum, scilicet illi de terra Genezareth. Quia per famam quam audierant & per miracula quæ aliqui eorũ viderãt; cognouerunt quod ille erat qui infirmos curabat aliquibus etiam vt dicit Beda vultu notus erat,

¶ Mystice sciendum, quod cum de naui pœnitentiæ egressi fuerimus quando scilicet per mortem ad portum cœlestis patriæ veneribus, tunc cognoscemus eum & nos facie ad faciem qui eum hic per speculum in ænigmate perspeximus, vt habetur. i. Cor. 13. c. Multi etiam gentilium & iudeorum cognouerunt Christum in eum credendo sed non credidissent nisi apostoli pro maiore parte pri⁹ egressi fuissent de hoc mundo ad cœlestem patriam. Sequitur. Et cur

rentes per vniuersam regionem illam cœperunt in graba tis illos qui male habebant circumferre vbi audiebant eũ esse. Beda: Vide quanta sit fides hominum terræ Genezareth, vt non præsentium tantum salute contenti sint, sed mittunt ad alias per circuitum ciuitates Vt omnes currãt ad medicum. Hæc ille. Sic & nos non debemus esse contẽti quod soli saluemur per confessiones & prædicationes sed & omnes male habentes in anima quantuncunque distantes afferre debemus vt sanentur. Et quocunque introibat in vicos aut villas aut in ciuitates ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriã vestimẽti eius tã gerent. Et quicunque tangebant eum salui fiebant. Vnde autem didicerent Vt fimbriam eius tangerent si sanitatẽ consequi Vellent iudicat Chryso. dicens. Mulier enim quæ fluxum sanguinis patiebatur vniuersos hanc sapientiam edocuit, vt si tangerent fimbriam vestimenti Christi sanarentur. Pater etiam quod Christus tẽpore quo absens fuit non solum fidem eorum dissoluit, sed & maiorem reddidit cuius virtute omnes saluati sunt, quia quotquot tãgebant eum, salui fiebant. Hæc ille. Si talis medicus adhuc esset, omnes post eum currerent vt sanitatem corporum reciperent. Qui se recte crederent ad vnitatem ecclesiæ credendo & operando currere deberẽt. Quę quidam ecclesia per gratiam quam accepit & in sacramẽtis quæ distribuit sanitatem animarum conferre non desistit. ¶ Nota spiritaliter, si vis sanari ab infirmitate animæ tange Vestimẽta eius, scilicet humilitatis. Psalm. 103. Abyssus sicut vestimentum amictus eius. Sicut enĩ abyssus est impermeabilis sic vnio humanæ naturæ cum diuina. Primo summitatem scilicet natiuitatis quoniam vilibus pannis inuolutus est. Secundo medium scilicet processum vitæ prædicando, ieiunando, ambulando. Tertio fimbriam, scilicet aduentum ad iudicium Iohannis. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Matthæ. 25. Videbunt filium hominis, & cæ. Et sanaberis in anima. Et generaliter omni tempore. Ezechi. 18, Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis quæ operatus est, &c. vita viuet & non morietur. Et hoc cognouit Psal. 152. In quacunque die inuocauero, &c. scilicet iuuentutis & senectutis Item generaliter in omni populo. Actuum decimo: In veritate comperi quod nõ est acceptor personarum deus, sed

in omni gēte qui timet eum & operantur iustitiā, accept⁹ est illi. Non plus diuitem quam pauperem seruum quā no minum. Ezechie. 18. Ecce omnes animæ meæ sunt. Itē generaliter in omni infirmitate spirituali & corporali. Matthæ. 4. Circumibat IESVS totam Galiliam docens in synagogis. & sanans omnem languorem & infirmitatē in populo Gregorius? Cœlestis medicus singulis viciis adhibet medicamenta. Ergo tāge fide oratione & amore propter sanitatem recipiendam. ¶ Mystice. Per mare in quo laborabāt discipuli intelligitur præsens mundus. Nam mare multas habet proprietates. Primo in mari est aure instabilitas. Et sic homo in presenti mūdo est instabilis. Iob. 14. Nunquam in eodem statu permanet, Sed sicut in mari fluctus eleuantur & deprimūtur: sic & in presenti mūdo eleuatur homo per superbiā, Psalm. 92. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Et deprimitur per paupertatem, deniqȝ eiicitur profundum peccatorum. Ecclesi. 27. Propter inopiā multi deliquerunt scilicet rapientes aliena. Aut se venales exponunt in luxuria; aut diuitibus inuidēt. Ideo Psalm. 72. Deiecisti eos dum eleuarētur Illam instabilitatem nō euades dummodo es in mundo. Augustinus: Inquietum est cor meum, donec requiescat in te. Secundo in mari est aquarū multiplicitas. Ecclesiastici primo capitulo: Omnia flumina intrāt mare, &c. Et sic in mūdo miseriæ multidudo. Threnorum secūdo capitulo sic habetur Magna est enim Velut mare cōtritia tua. E. Iob quartodecimo capitulo dicit. Repletur multis miseriis. Ecclesiastici. 2. capi. Cuncti dies doloribus & erumnis pleni sunt, scilicet a die natiuitatis vsque ad diem mortis. Tertio in mari pisces maiores deuorant minores. Et sic potentes in mundo opprimunt pauperes Iacobi secundo capitulo: Nonne diuites per potentiam opprimunt vos. Quarto in mari est flectus velocitas, & sic in mundo vitæ breuitas. Vnde Iob quartodecimo capite, Breues dies hominis sunt. secundo Regum decimoquarto capit. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. Nam sicut semita nauis non videtur, & volatus auis sic priorum non est memoria. Baruch. tertio. capi. Vbi sunt principes gētium qui dominantur bestiis terræ, qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eo-

xum descenderet ad inferos & alii loco eorum surrexerũt Quinto in mari est periculositas & sic in mundo. Eccli. 9. Nescit homo finem suum. Similiter incertitudo in anima. Eccle. 9. Nemo scit an amore vel odio dei dignus. Sit ideo si volumus secure peruenire ad littus salutis, ascendam⁹ in nauem pœnitentiæ de qua. Isaiæ. 60. Me enim insule expectãt & naues maris in principio vt adducã filios de lõge. i. de viis peccatorũ. Et iterũ Esaie. 60. Filiis tui de longe venient quia peccatores elongati sunt a deo. Psal. 168. Longe a peccatoris salus. Hanc nauem debemus ascendere multis de causis. Nam primo aliquis ascendit nauẽ ne submergatur in profundum & sic nos. Nam omnes nõ existẽtes in naui pœnitẽtiæ submerguntur in anima. Luce decimotertio. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis vt Iudas Cain Esau, & cetera. Secundo aliquis ascendit nauem propter propriam vtilitatem. Et sic ascẽdere debem⁹ in nauem pœnitẽtiæ, quia per eam mercabimur remissionem peccatorum. Ezechiel. 18. Si impius egerit pœnitentiam de iniquitatibus suis omnium iniquitatum eius non recordabor. Itẽ ascensus in nauem pœnitentiæ confert gloriam. Matthei tertio. Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Item ascensus in nauem pœnitentiæ liberat ab inimicis. Ezechiel. 13, Tradam te inimicis Propter peccata tua, & per pœnitentiam liberaberis. Et Ezechiel. 18. Conuertimini & agite pœnitentiam & non erit vobis iniquitas in ruinam. Psalm. 73. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Tertio debemus ascendere nauem pœnitentiæ propter CHRISTI benignitatem. Roman. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? De hac benignitate dicitur. Sapien. 11. Misereris omnium domine quia omnia potes, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Et Ezechiel. 18. Nullo mortem peccatoris, & cetera. Et prima Timoth. Deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Quarto debemus ascendere nauem pœnitentiæ propter temporis oportunitatem. 2. Chorinthio. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. Psalm. 101. Misereberis Sion quia venit tempus.

¶ Item notandum ascendentibus in nauem pœnitentiæ triplex est ventus contrarius. Primus ventus est tentatio dia

boli. Iste est ventus de quo dicitur Iob. 1 Ventus vehemens irruit a regione deserti & cócussit quatuor angulos domus Quatuor anguli domus sunt quatuor virtutes animæ, scilicet prudentia, iusticia, temperantia, & fortitudo. Túc isti quatuor anguli concutiuntur & domus cadit quando homo grauem tentationem passus non habet vsum istarú virtutum. Huic vento debet homo resistere per fidem. 1. Petr. 5. Vigilate quia aduersarius vester, &c. Cui fortiter resisti te in fide. Secundus est vexatio carnis. Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Sed oportet resistere per abstinentiam, s. abstinendo a delectationibus prauis & a superflua cibatione & potationē, Ephe. 5. Nolite in ebriari vino in quo est luxuria Ideo apostolus talem materiam in se refrenabant dicens. 1. Corint. 9. Castigo corpus meú & in seruitutem redigo. Tertius ventus est mundus. Ioá. 16. In mundo pressuram habebitis. Huic vento debemus resistere per fugam. 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundus neque ea quæ & cęt. Quia dixit augustinus. Mundus vult seruitores suos vocare & non portare. Ideo rogabat propheta Psalm. 67 Non me demergat tempestas atque neq; absorbeat me ꝓ fundum. Item contra pericula maris nautæ multa faciunt Primo naues exonerant, secundo aquas exhauriunt, tertio rupturas obstruunt, quarto ancoram iaciunt. Primo naues exonerant, & sic nos nauem animæ exonerare debemus per lagitionem eleemosynæ. Daniel. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Figuratur Ionæ. 1. Vbi nautæ proiecerunt bona ad mare vt saluarentur. Spiritualiter sic nos temporalia Psalm. 71. Animas pauperum saluas faciet, ex vsuris & de iniquitate redimet animas eorum. Sed heu de aliquibus conqueritur. Psalm. 48. Simul insipiens & stultus peribunt relinquent alienis diuitias suas, &c. Secundo exhauriunt aquas. Et sic nos abiicere debemus superbiam per humilitatem, Threnor. 2. Effunde sicut aquam cor tuú ante conspectum domini. Nam qui superbiam non effundit hic peribit. Psam. 72. deiecisti eos dum alienarentur, & subito perierunt propter iniquitatem suam Et econtra Prouerb. 29. Humilem spiritu suscipiet gloria. Tertio rupturas obstruunt, sic nos foramina sensuum obstruere debemus per timorem domini, Quia dicitur Hiere. 9. Mors intrauit per fenestras, id est, per sensus exteriores. Eccle. 15.

Qui timet deum facet bonum. Quarto ancoram faciunt in profundum scilicet spei. Vnde ab Heb. 6. Fortissimum solamen habeamus qui confugimus ad tenendum propositam spē Psalm. 16, Saluos faciet sperantes in se, spe nō presumptione quā dominus Iesus noster detestatur iratus aduersus omnem presumptuosum: sicut & amat omnes bene in sua misericordia confidentes.

¶ Dominica inuocauit Sermo .I.
De epistola.

Hortamur vos ne gratiam dei inuacuum recipias. 2. Corinthiorum sexto. ¶ Solent principes quando pugnaturi sunt cum hostibus suis præmonere populum suum vt strenue agant Spiritualiter, sic nunc exercitus militiæ Christiane ad pugnam egreditur contra nequitias dæmonum. & aduersus acies viciorum. Idcirco apostolus tāquā dux belli strennuus exhortatione prudenti nos animat in epistola hodierna: sicut præcepit dominus. Deuterono. 20. Appropinquante prælio stabit sacerdos ante aciem & sic loquetur ad populum. Audi Israel vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum nolite metuere, nolite credere nec formidetis eos, quia domin⁹ deus vester in medio vestris est & pro vobis cōtra aduersarios dimicabit, & eruet vos de periculo. Talio sacerdos stans ante aciem loquatur ad populum. Spiritualiter, sic hodie hortatur nos apostol⁹ vt arma regis nostri non abiiciamus, sed in eis viriliter dimicemus cū ait. Hortamur vos & cæ. ¶ In summa epistole tria innuūtur. Primo hortatur nos ad virtuosam operationem ibi hortamur Secundo subdit tempori bene placiti susceptionem, ibi, ecce nunc. Tertio decet nos habere copiosam perfectionem ibi in omnibus exhibeamus &c. Vel sic in summa epistolę duo innuuntur. Primo hortatur nos ad suscepte gratiæ ostentionem ibi fratres hortamur. Secūdo Prohibet scandali offensionem ibi. Nemini dantes vllam offensionem De primo dicit Hortamur vos ne gratiam dei inuacuum recipiatis, id est ne sine fructu dei gratiam quam suscepistis stare faciatis. ¶ Pro quo nota multa sunt bona que prestantur nobis ex dei gratia. Prima sunt bona naturalia que contulit nobis, in ipsa creatione, scilicet corpus

cum sensibus, animam cum viribus scilicet potentiam discernendi inter bonum, & malū potentiam appetendi bonum & detestandi malum, dedit nobis similiter & liberū arbitrium vt libere & nullo cogēte declinaret homo a malo & faceret bonum, Et per hoc mereretur bonum æternū. Deute, 30. Testes hunc inuoco cœlum & terram quod proposuerim vobis vitam & bonum benedictionem & maledictionē. Elige ergo vitam, &c, Et eccle. 15. Apposuit tibi aquam & ignem ad quod volueris extēde manum tuam. Et i hac libertate cōsistit tota dignitas hominis. Vnde valde stulti sunt qui dicunt. Quare deus non fecit hominē talē qui peccare non posset: quoniam alias non esset merito suo commendabilis. Hæc est enim maxima commēdatio virtutis qui potuit trāsgredi & nō est trāsgressus. Eccl. 31. Hanc gratiam inuacuum recipiūt qui malum diligūt & bonum fugiunt & qui exhibent mēbra corporis arma iniquitatis, aut bona quæ habentur ex dei gratia sūt temporalia, & sanitas corporis, tranquilitas temporis, & fertilitas rerum, sed miseri in amaritate corporis abutuntur luxuriādo. Vnde Salomon Prouer. 5. c. Ne des alienis. i. dæmonibus honorem tuum. Singuli habent honorem suū, Coniugati habēt honorem coniugii, Continentes honorem cōtinentię virgines honorē virginitatis, Et annos tuos crudeli, scilicet tempus tuum ad pœnitentiam deputatum ne male dissipes.

¶ Nota multis modis quibus cognoscitur quod quis gratiam dei inuacuum recipit. Primo quādo quis gratias deo non agit. Bernardus. Non est dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Secundo quando bonum quod habet de gratia quasi propter meritū suum sibi attribuit quod est contra apostolum. 1. Corinthiorum quarto cap, Quid habes quod non accepisti. Augustinus. Memento quicquid habes: aliunde habes imperfecte habes quod amittere potes. Tertio quando gratiam collatam & gratis datam quasi voluntarie reiicit. De quo Osee. 8. c. Proiecit Israel bonum. Chrysostom. gratia est adiutorium infirmitatis humanæ, vt mundum & diabolum vincat. ¶ Exemplum in vitis patrum de illa muliere, quæ cum vicisset diabolum, dæmon dixit, Vicisti me illa. Respondit illa. Non ego sed dominus mecum. Apostolus. 1 Cor. 15. Non ego sed gratia dei mecū. Quarto quando secundum eam non operatur. 1. Timo. 4.

Noli negligere gratiam dei quæ in te est, Quinto quando in gratia non perseuerat, Hebræ. 13, Optimū est gratia stabilire cor. Sen. Qui prodest cibus corpori qui assumitur & statim reijcitur, & sic gratia animę si cito perditur. Chrysostom, Tolle perseuerentiam nec habet mercedem obsequium, nec gratia beneficium nec fortitudo laudem, Item per gratiam dei possumus intelligere beneficium redemptionis De qua gratia. 2. Cor. 8. Scitis gratiam domini Iesu Christi quoniam cū diues esset propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus. Eccle. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, Et August. loquens de tali gratia dicit, Redimit venditos viuificat occisos, honorificat iniuriatos, Gratiam istam inuacuum recipit qui tanti beneficii immemor existis scilicet per ingratitudinē quod est maximum peccatum vt dicit Bernard. Ingratitudo est ventus vrens exiccans fontem pietatis, Idcirco in præsenti tēpore non debemus gratiam dei in vacuum recipere, Rationem subdit, Tempore accepto exaudiui te scilicet a peccatis liberando. Gala. 4. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium, & cætera. Et subdit in die salutis scilicet quo nata est vera mundi salus adiuui te scilicet per misericordiam tibi exhibitam. Dicit ergo. Ecce nunc tempus acceptabile scilicet ad agendum pœnitentiam quia nunc acceptatur sacrificium iustitiæ, ecce nūc dies salutis scilicet ad promerendam gloriā, quia nūc acquiritur meritū salutis æternæ, Hāc gratiā inuanū recipiūt qui de die in diem pœnitere differunt. De quo Iob. 24. Dedit ei dominus locū pœnitentię, & ille abutitur eo in superbiā. Apoc. 2. Dedi ei tempus vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione sua Tales sunt habētes vocē coruinā. dicentes cras cras, protrahentes vsque ad sabbatum pascæ. De quibus. Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad dominum deum tuum,

☞ Nota multa sunt quæ promouent hominum, & hortatur ad pœnitentiā, Primum dei benignitas. Secundum temporis opportunitas. Tertium pœnitentiæ vtilitas. Quartum est durationis breuitas vt habetur alibi. Attamen sciendū est, quod multiplex legitur tempus in sacra scriptura. Est enim tēpus acceptabile tempus miserabile, tempus formidabile. De primo dicitur in textu. Ecce nunc temp⁹ acceptabile, s. in quo medic⁹ per se venit vlcerata vnguēta sanita-

tis,& curans vulnera peccatorum. In quo tempore possumus constituere pacem cum angelis & hominib⁹. Hierem. 8. Expectauimus pacem & non venit, quæsiuimus tempus medelæ & ecce formido. Vbi loquitur de hoc tempore gratiæ, desiderans illud videre. Et hoc tēpus gratiæ nunc habes, Nam tempus quadragesimæ. est acceptabilius ad lucrandum quam alia tempora. Primo quia campsores nunc in locis suis inueniuntur, id est, pœnitentiarii parati ad audiendas confessiones. O quam felix mutuatio fit in tellio pœnitentiali. Vilissima enim moneta est quam peccator apportat, & preciosissima est quam deportat, quia peccata sua ibi dimittit & gratiam dei ibi acquirit. Tob. 3. in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Itē in quadragesima quasi in nundinis dei abundantius venalia exponuntur, scilicet regnum cœlorum. Vnde dicit Aug Venale habeo, quid? regnum cœlorum, tantum valet quantum habes. Attamen in nundinis istis quid præcipue emendum sit ostendit nobis dominus Apocalyp. 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum vt locuples fias. Aurum istud est castitas aut charitas Vnde aurum emunt qui charitati student. Sed sunt aliqui qui in nundinis istis plumbum vel argētum emunt, Illi reuera emunt plumbum qui opera misericordiæ in mortali faciunt. Opera enim mortalia ad similitudinem plumbi sunt ponderosa & non preciosa, Argentum enim emunt, qui sapientiam huius mundi sequuntur, Nam sicut argentu non reputabatur alicuius precii tempore Salomonis vt habetur. 3. Reg. 10. Sic sapientia huius mundi stultitia est apud deum. 1. Cor. 3. Ideo in hoc tempore debemus emere aurum charitatis & misericordię Psal. 101, Quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Et hoc tempore strictissima est reddenda ratio. Ansel. O lignum aridum quid respondebis cum exigetur a te ratio vsque ad oculi ictum, &c. Bernard. Omne tempus tibi impensum requiretur a te qualiter sit expensum, Sed heu conqueritur Hieremias de aliquibs cap. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum hyrundo & ciconia custodierunt tēpus suum, Sed miser peccator hoc tempus refutat & negligit. Cum tamen dicat Bernar. Nihil preciosius tempore, quia de eo valde exiguum præstatur nobis, quarto Physicorum. Nihil habemus de tempore nisi nunc. Ergo summa

cum prouidentia est ad salutem animæ in eo respiciendū. Eccles.9.Quodcunque potest man⁹ tua operari,instanter fac.Isai.55.Quærite dominū dū inueniri potest inuocate eū dum prope est,scilicet in tempore præsenti.

Secūdū est temp⁹ miserabile,scilicet tempus mortis. De quo.2.Thimoth.4.cap.Tempus resolutionis meæ instat.i. mortis,quod est incertum Ecclesiast.9.Nescit homo finem suum,sed sicut pisces hamo,& aues laqueo capiuntur,sic homines in tempore malo.Et loquitur hoc de carnalibus qui non præuidēt diem mortis,& ideo quasi irrationabilia animalia reputantur ad locum damnationis. Iob.21.Tenent tympanum & cytharam & gaudent ad sonitū organi.ducunt in bonis dies suos:& in puncto ad infernum descendunt.De hoc tempore dicitur Ecclesiast.11. Si homo annis multis vixerit,& in his omnibus læt⁹ fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis,id est,mortis.Et in hoc tempore difficile est pœnitere.Aug.Tunc morb⁹ vrget,pœna terret, vox clamat mund⁹ delectat. Ecclesia.18.Confiteberis viuens,viu⁹ & sanus confiteberis.Grego. Timendū est qui temp⁹ senectutis expectat ad pœnitendum ne dum sperat misericordiam inueniet iudiciū.Bernard,In felix homo qui florem iuuentutis offert diabolo,& faces senectutis deo. Psal,58.Fortitudinem meam ad te custodiam.Ecclesia.14 Ante obitum operare iustitiam, & ante langorem adhibe medicinam.Dicit enim August.in li.de pœnitentia & habetur distin.7.cap.Nullus expectet quousque peccare non potest arbitrii libertatem requirit dominus vt deleat commissa nō necessitatem.Ideo subdit,periculosissimū est vsq; ad mortem protrahere.Matt.7.& Luc.13.capit.Contendite intrare per augustam portam,scilicet pœnitentiæ,ne claudatur ianua diuinæ misericordiæ.Gregor.in Moral.super illud Clausa est ianua. Qui tempus congruū pœnitentiæ perdidit,frustra ad regis ianuam precib⁹ pulsat. Non enim post iudicium precum aut meritorum locus erit.Aug. de Verbis domini.Tunc ianua lugētibus clauditur que modo quotidie pœnitentibus aperitur,tunc erit pœnitentiam, sed non fructuosa,& cæt. ¶ Tertium est tempus formidabile.De quo Psalm 74.Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.Non solum iustitias,sed iniquitates & malicias Vnde,2.Corinthio.5.Vnusquisque recipiet prout gessit in

corpore siue bonum,siue malum.De hoc tempore.Mat.13. In tempore messis dicunt messoribus colligite zizania & alligate ea in fasciculos & proiicite in ignem,&ibi erunt æternaliter.Psalm.80.Inimici domini mentiti sunt ei,& erit tempus eorum in secula.Ideo ad Galat.6.Dum tempus habemus operemur bonum Nam in illo tempore formidabili non poterimus pœnitere.Psal.6.In inferno quis confitebitur tibi,quasi diceret nullus.Ideo Apoc.10.Iurauit angelus quod post hoc tempus non erit amplius tempus,scilicet misericordiæ & pœnitentiæ sed iustitiæ.Ideo subdi, Eccle.4.Filii obserua tempus rationem ponit. Hieronym⁹ sicut non perit cappillus de capite,sic nec momẽtum de tẽpore.Et Chrysostom.Nulli rei oportet magis parcere quã tẽpori.Aurum si perdideris recuperare poteris, tẽpus autẽ non resumes vt legitur in viris patrũ de anima plangẽti pœnã & inter multitudinem pœnarũ,deplanxit amplius tempus perditum.

De eodem Sermo.I.

De euangelio.

Dvctus est Iesus in desertum a spiritu,vt tẽtaretur a diabolo.Matthæ.4.Marc.1.Lucæ.4.

In summa euangelii tria innuuntur.Primo quomodo Christus audacter bellum est ingressus Secundo quomodo callidus hostis eum est aggressus,ibi.Et accedẽs,&c.Tertio quomodo fortiter idẽ hostis est oppressus,ibi.Vade Sathanas.De primo dicitur.In illo tempore.s. post baptismum mediate ductus est Iesus in desertum.Glo quod est inter Hierusalẽ & Hierico,vt dicitur Luc.10.Et huc ductus fuit in libertate arbitrii.ergo a spiritussancto.2. Corint.3.Vbi spiritus domini ibi libertas Et fuit hic spirit⁹ qui in specie columbæ mãsit super eum.De quo Isai.63.Spiritus domini ductor eius fuit.Subdit rationẽ vt tẽtaretur a diabolo.Chryso.Christ⁹ sciebat quod diabolus eũ tẽtare desiderabat & tamẽ diabolus aduersus Christus ire non poterat,ideo Christus cõtra diabolũ processit. ¶ Sed diceres,cur in deserto & nõ alibi,Respõdet Basilius,quia loc⁹ solitari⁹ est tẽtationi apt⁹,vt patet in prima muliere. ¶ Sed diceres cur tẽtari voluit Christus?Respondetur,multis de causis secũdũ sanctũ Thomã parte tertia,quęstione,41 articu.1.Primo vt nos oẽs tẽtãdos ostẽderet Eccle.2.Filii ad tẽtationẽ

prepara animum tuam. Et secundum Hilarium vt ostende ret omnem hominem quantumcunque sanctum esse tētationibus subditū. Iob. 6. Militia est vita hominis super terram Secūdum Chryso. vt audatiam diaboli reprimeret & nobis contra tentationes auxilium fer. et. Tertio vt nullus tentatus indignaretur, Mat. 10. Non fit discipulus super magistrum Aug. Magna est consolatio membris a capite. Innocentius. Non desperet qui tentatur, quia tentatus est saluator. Quarto vt eis assisteret. 1. Corinth. 10. Fides deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. &c. Gre. Sicut morte sua Christus nostram vicit, sic nostras tentatiões superauit. ¶ Nota tamen Gregor. dicit quod tentatio tribus modis fit scilicet suggestione delectatione, & cōsensu. Suggestione saltem extrinseca & nō extrinseca, quia in carne tentatus est Christus & hoc non est in peccato, & nō delectatione vbi est peccatum veniale, nec cōsensu in quo est peccatum mortale vt dicit August. ¶ Moraliter per desertum intelligitur pœnitentia, quia dicit Augu. Omnis Christi actio nostra est instructio. Sed Christus ductus est a spiritu, scilicet sancto in desertum. Et sic homo per se non potest ingredi desertum pœnitētię sed per solam gratiam, ad Roma. 8. Quicunque spiritu dei aguntur hi filii dei sunt Primo filii dei sunt quia in eremo sunt aquæ amaræ, & fit contritio in pœnitentia, Tre. 2. velut mare contritio tua. Item in deserto sunt igniti serpentes. impugnatio diabolica. Vnde Petrus rauenensis. Actor malitiæ, origo nequitiæ semper hominibus laqueos protendit & foueas fodit Innocentius. Nullus putet se in hac peregrinatione omnino tentationibus diaboli posse carere nulla persona, nullus locus nullum tempus excluditur. Ecce quam callidus. Non hominem qualecunque, sed Iesum, id est saluatorem, qui peccatū non fecit, tentauit. Quid faciet peccatoribus, si Christū tentauit in eremo, vbi nulla tentandi causa vel occasio? Quid faciet manenti in ciuitate, vbi loci amœnitas, vestium preciositas, diuitiarum iactantia? Si ieiunantem quid in deliciis viuentem. Si in templo, quid in lecto. Gregorius, Magni spiritus quasi latrunculi iter nostrum obsidert. Subdi. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit. Ieiunauit. e. vt non sumeret cibum, Et hoc propter tria. Primo vt ostenderet se dei filiū,

¶ Sed diceret tamen Moses & Helias etiam ita ieiunabant. Soluit Chrysostomus dicens. Illi esuriunt. Christus non. Ipsi virtute alterius substentabãtur. Christus propria virtute. Secundo secundum basilium ideo tantum ieiunauit vt ostenderet volenti vincere diabolũ necesse esse ieiunium. Matth. 17. hoc genus dæmoniorum in ipso ieiunio & oratione eiicitur. Tertio secũdum Greg. vt solo ieiunio nostrum ieiunium institueret. ¶ Nota tres sunt causæ cur institutum est ieiuniũ quadraginta dierum, Primo. 42. delinquimus in quatuor euangelistis & decem præceptis, vt dicit Greg, In hoc debemus pœnitere. Secundo ideo quia sicut ex lege iubemur deo offerre decimas totius anni frumentales, ita & decimas temporum. Nam quadragesima continet quadraginta duos dies, sed quia sex dies dñicos non ieiunamus propter gaudium resurrectionis quo Christus bis comedit. Ideo manent tantũ triginta sex dies ieiunales, & addatur quatuor præcedẽtes, qui quadragĩta sũt decima temporũ, quia annus habet. 365. dies Tertio secundum Ambros. Ideo quia per quadraginta dies aquę diluuii inũdauerũt super terrã propter peccata ergo peccata nostra per abstinentiam quadraginta dierũ deleamus, vt impleam⁹ quicquid deliquim⁹, vt cursor implet altera die quod vno neglexit. ¶ Nota licet illo tempore Christus nihil comederit, nos tamen semel ob infirmitatem humanitatis possumus cibum sumere ad sufficientiam. ¶ Sed diceres. Cur non ieiunamus eo tempore quo Christus. s. post Epiphaniam & baptismum. Respondetur primo. qa nũc instat anniuersarius Christi passionis. Ergo vt sibi compatiamur portando crucem pœnitentiæ, & cum eo resurgamus a vitiis & a morte animæ, ideo isto tempore institutũ est hoc ieiunium. Secundo ideo vt imitemur filios Israel: quia illo tempore exierunt de Aegypto post hoc eo tempore exierunt de Babilonia. quod inde probatur, quia tam isti quam illi statim celebrauerũt pascha. Et sic nos primo egrediamur de peccatis vt deinde eamus in terram ꝓmissionis. Tertio propter furorem libidinis qui in tempore veris solet nos magis accendere quam aliis anni temporibus. Ergo restinguemus carnis concupiscentiam per ieiunium. 2. ad Corinth. 6. In ieiuniis & castitate &c, Hiero. Per abstinentiam cibi & potus tepescit Venus. Preue, 26. Si desc

cerint ligna extinguitur ignis. Sequitur. Postea esuriit. Et hoc propter duo. Primo vt ostenderet se esse verum hominem, vt prius verum deum. Vel secundum Basiliū ad ostēdendum quod famem sponte assumpsit vt ceteros defectus Secundo, secundum Basilium vt prouocaret diabolum ad tentandū eum. ❡ Dixi secundo innuitur quomodo callidus hostis est eum aggressus dicēs: Et accedens tentator. i. diabolus qui habet hoc nomē ab officio. De quo Chrys. Nec manducat nec bibit nec aliud opus habet, qui incessanter tentat, ideo dicitur tentator. Et accedēs: Dicit Nicolaus de lyra. Sciuit diabolus ex prophetia Isa. 9. quod Christus deberet esse deus & homo, iuxta illud: Paruulus natus est nobis, & fili⁹ datus est nobis. Ecce vera humanitas, & vocabitur nomen eius ammirabilis deus fortis, ecce manifesta eius diuinitas. Item sciuit tempus fore completum per Danielem expressum & per regni translationē Iudeorū ad Herodem alienigenam, vt habetur Genes, 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Sed nesciebat certitudinaliter an Iesus esset Christus. Veruntamen propter eminentiā sanctitatis eius habebat quandā coniecturam, eyn verdenken Dubitauit enim diabolus quia vidit eum natum de muliere & flentem & circumcisum, & fugientem in Aegyptum & baptisatum & sitim & famem patiētē, & propter hoc putauit eum esse hominem. Item ex alia parte non nouit eius partem vidit angelos lætantes, stellam magos ducentem, & ideo putauit eum deū. Ideo voluit hoc experiri per tentationem, & videns eum esuriem pati putauit eum purum esse hominū. Et per hoc voluit eum ducere ad peccatum gulæ. Maximus dicit quod transfigurauit sed diabol⁹ in speciem humanam. Augu. Hic diabolus fuit lucifer qui primum hominem superauit. Et assumpsit habitū religiosum vt a Christo putaretur eremita. Et accedens quasi cū patiendo fami CHRISTI, quasi diceret ecce diu ieiunasti, nunc indiges cibo qui in deserto non potest haberi. Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Audiuit diabolus vocem patris hic est filius meus dilectus. Incredibilis huic voci cogitans si conuerteret lapides in panes, tunc ipse esset, scilicet dei filius dilectus. Sed prius CHRISTVS signa non fecerat, sed debebat signa facere ad vtilitatem credentium. Etiam si fecisset diabolus melioratus non fuis-

set, sed gloriatus quod CHRISTVM in miracula duxisset. Sed diabolus non fecit mentionem de refectione animæ, quæ est hominis portior pars: ideo a CHRISTO repellitur tanquam doctor indiscretus. Qui respondens ait: Scriptum est, scilicet Deut. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Raban⁹: Sicut corpus humanū nō viuit sine cibo terreno: sic nec anima sine dei verbo. Ergo considera quid nunc debes respondere diabolo cum vexat te dicens, ieiuniū longum cibaria grossa. Responde ei. Non in solo pane viuit homo, &c. O quā multos diabolus tentatione gulæ superat? Eccles. 37. Propter crapulam multi perierunt. Galenus: Plures moriuntur gula quam gladio. Philyp. 3. Quorum deus venter est. Sed huic tentatio resiste per ieiunium. 1. Petr. 5. Fratres sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, & cæt. Judith enim Holofernem superauit cum iaceret in lecto nimia ebrietate sopitus, Judith. 13. ¶ Secundo tentauit eum diabolus de vana gloria Chrysostomus: Cum diabol⁹ ex CHRISTI repōsione nihil certum haberet an esset dei filius ait intra se. Si iste fame non vincitur, & si non sit filius dei tunc sanctus est vir. Possunt tamen sancti viri vinci per vanam gloriam. Tunc secundo reuersus, dicit Maximus, assumpsit formam cursoris fortissimi dicens O debilis & attenuatus, nec per te ipsum ire vales, nec quicquā habeo vt te reficiam. Hanc tamen misericordiam tibi impendam vt te in dorso meo portem ad habitaculum hominum vt quis tui, scilicet misereri possit, & deus assensit. Nec mirū quod Christus dei filius permisit se a diabolo duci. Quia dicit Greg. in Homi. Quid mirum si se ab illo permisit duci qui se etiam a membris illius pertulit crucifigi, scilicet a Pilato & Iudeis qui fuerunt membra diaboli. Tunc assumpsit eum diabolus, scilicet ex superbia, & statuit eum supra pinaculum templi, quod fuit vnum de ambulatoriorū vbi sacerdotes populo prædicabant. Et fuit intentio diaboli vt a populo omni videretur. Christus tamen non visus fuit ab aliquo nisi a diabolo, quia fuit in eius potestate videri vel non. Ideo ait. Si filius dei est mitte te deorsum. Hieronym. Hæc fuit causa tentationis si filius dei esset, quasi diceret. Si hoc facis gloriosus apparebis in conspectu astantium, nec oportet te timere ne offendaris. Scriptum est enim. An

gelis suis deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Psalm. 90. Gregorius: Vnde tibi diaboli hoc. Scripturas legisti non vt melior esses, sed vt deciperes, qa incomplecte allegauit, scilicet non addendo super aspidem & basiliscum ambulabis &c. id est, super dæmones ambulabis, scilicet eorum tentationes conculcando. Item sicut falsus doctor, quia male intellexit eo quod non solum de Christo, sed de omni homine intelligendum est, cui secundum Hieron. datus est angelus, in custodiam in tentaione ideo respondit ei per scripturam. Scriptum est non tentabis dominum deum tuum. Ille deum tentat qui exponit se periculis vt experiatur an de⁹ eum eripiat vt si quis nihil vellet manducare, sed expectet vt deus eum cibaret: Vel tangere ferú ignitum: quia si diceret. Nam per viam bonam possum descendere, scilicet per gradus factos. & si alias descenderem hoc esset Deum tentare. ☞ Tertio tentauit eum auaritia. Maximus Videns Christum non posse superari in superbia, & gula. Tūc venit tertio in forma regis potētissimi cum excercitu maximo, Et iterum assumpsit eum in monteuu excelsum: qui dicitur quirentena, & sub eo fuit riuulus fontis qui Helisæum sanauit duo miliaria a monte. Et ostendit ei omnia regna mundi, Chrysostomus simpliciter per diuersas partes, id est, gelēde. Ibi Romanorum, Græcorum, Francorum, Plonorum, & sic de aliis, & gloriam eorum, Quasi diceret: Ibi cresci aurum ibi argentum, ibi lapides preciosi, Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Vere mentitus est, iuxta illud Ioan. 8. Mendax est & pater eius, s. mendacii. Nam diabolus nihil proprium habet. Psalm. 23. Domini est terra & plenitudo eius. &c. Et forte se cognosci timuit. Ideo quasi desperatus venator, qui omnia iacula iacit & sic diabolus fecit. Tunc ait ei: Vade sathanas, scilicet in ignem æternum. quasi diceret: Hæc est tua inueterata nequitia Vt honorem Dei attrahas. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, Deutero. 6 , scilicet adoratione latriæ. Chrysostomus hic datur nobis exemplum vt proprias iniurias toleremus. Dei autem iniurias non debemus audire. Tunc reliquit eum diabolus in propria persona, sed postmodum rediit per pharisæos. Et angeli accesserūt & ministrabant ei Chrysi. Non dixit descendentes, sed accendentes ad omer-

dendum quod semper ad eius ministerium fuerũt in terra Sed tunc tentato domino recesserant,ne forte si eos præsentes sensisset,malus angelus non appropinquasset.

¶Item nota hoc ieiunium institutum est ab ecclesia sãcta vt habetur de cõse.dist,3.ca.Placuit vbi dicitur: Placuit vt omnes fideles exceptis diebus dominicis etiam die sabbati sacerdotali oratione cõplecta,& discretiõis cõmunione percepta ieiunent in quadragesima.Et ibidem canone, nõ licet.Non licet fratres feria quinta nouissimæ septimanæ ieiunium soluere,& omnem quadrag. exhonorare.Glos.super verbo exhonorare archidiaconi,Nil reputatur ieiunasse qui vnum diem non ieiunat.Et sanct⁹ Thomas dicit in secunda secundæ,Omnis qui venit ad tertium septennium, id est,vicesimum primum annum tenetur ad hoc ieiunium ibidem sanctus Thomas.q.147.dicit.Ideo pueri quamdiu sunt in statu augmentationis,non tenentur ad hoc ieiunium.Conueniens tamen est vt se exerceant plus & min⁹ secundum modum suæ ætatis.Sed quid de peregrinãtib⁹ & dure laborantibus? Respondet sanctus Thomas ibidem articulo quarto.Si peregrinatio & operis labor commode differri potest,aut diminui absque detrimento corporalis salutis & exterioris,status qui requiritur ad conseruationem corporalis vel spiritualis vitæ,non sunt ꝓpter hoc ieiunia ecclesiæ prætermittenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinãdi & magnas diætas faciẽdi , vel etiam multum laborandi vel propter conseruationem vitæ corporalis,vel propter aliquod necessarium ad vitã spiritualem . Et simul cum hoc non possunt ecclesiæ ieiunia obseruari,non obligatur homo ad ieiunandum . Videtur tamen in talibus recurrendum esse ad superioris dispensationem,nisi forte alicubi non esset consuetum . quia prælati dissimulantes videntur annuere. Item quid de cursoribus quorum vsus est dominus necessarius . Respondetur secundum Guilhel. Si non possunt simul currere,& ieiunare excusantur.Secus quando morantur & modicum vadunt. ¶Item de pauperibus respondet sanctus Thomas Pauperes si possunt sufficienter habere quod eis sufficiat ad vnam comestionem non excusantur a ieiunio,si nõ possunt excusantur,vt illi qui frustatim eleemosynas accident & manducant.Item quid de mulieribus prægnan

tibus siue lactantibus. Respondet Guil , Si necessitas corporalis debilitatis impedit eas non tenentur ad ieiunium, si enim timeatur notabiliter de periculo vel aborsu, etiam tenentur soluere. Hoc idem de infirmis debilibus & senibus, & sic de aliis. Attamen in his omnibus cautum est habere dispensationem episcopi, vel proprii sacerdotis. Hæc, Guil. Et de cons. dist. 5. cap. Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus instituta sine necessitate rationabili non soluantur Hæc Eusebius papa. Item quid de confectionibus. Respondet sanctus Thomas in. 2.2. quæst. 147. quod non soluitur ieiunii per confectiones vel electuaria: sicut nec per alias medicinarum assumptiones, nisi quis in fraudem sumeret, vel in magna quantitate vel, per modum cibi. Cui concordat Innocentius, Pro quo sciendum quod Gregori. 30 mora. & sanctus Thomas. 2.2. quęst. 147. artic. 4. Dicunt quod quinque modis tentamur vitio gulæ. Primo quādo tempus præuenitur , Et sic. 1. Reg. 14. Ionathas qui præuenit horam scilicet nonam horam. Secundo quando cibi lautiores quæruntur sine causa necessitatis sed voluptatis. Augustinus. Non cibus sed appetitus in culpa est. Et habetur. 41. dist. cap. non cogantur . Non cogantur diuites pauperū cibis Vesci vtātur cōsuetudine infirmitatis suæ: sed doleant aliter se non posse. sustentare si consuetudinem mutant ægrotantes vtantur superfluis: dent inopibus necessaria. Vtantur pręciosis, dent pauperib? grossa . Tertio nimis comedendo, vt mensuram qs excedat: & sic peccauerūt Sodomitæ, Ezechie. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, & cætera. Contra hoc dicit canon de. consecra. distin. 5. Sint tibi quotidiana ieiunia refectio satietatem fugiens. & cæt, Quartus modus est ardēter concupiscere Vt faciunt qui cum cibaria in mensam venerint, statim absq; oratione: & vllo signo crucis deuorāt. In hoc excessit. Esau Genes. 5. August. Non vsus rerum sed libido est in culpa. Quinto nimis studiose comestibilia præparando , & salutem animæ negligendo. Sic peccauerunt filii Heli. primo Regum secundo: qui accipiebant carnes crudas, vt studiose prepararent. Hæc omnia patent per hos versus. Præpropere laute nimis ardenter studiose. Israel & Ionathas Esau Sodomita sacerdos. Vt bene ieiunes noli prandere gulose,

¶ De eodem. Sermo. III.

Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit. Math. 4.

¶ Nota primo quale debet esset ieiunium. Secundo quæ sunt eius vtilitates, De primo sciendum. Ieiunium debet fieri plena cõuersione, pura intentione, deuota continuatione vera humiliatione. De primo dicitur Iohel. 2. Conuertemini ad me in toto corde vestro in ieiunio, & fletu & planctu, & cæ. Qui ergo meritorie vult ieiunare primo cõuertatur. Parum est enim te abstinere a cibis quando non abstines a vitiis. Isai. 58. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis. Isido. Qui abstinent a cibis & praue agunt dæmones imittãtur quibus esca non est, sed semper adest nequitia. Ideo vt digne ieiunetur contritio, cõfessio, & satis factio associentur ieiunio. Ergo dicit. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu & scindite corda vestra. &c. Item. 2. Para. 20. Iosaphat timore per territus, totum se contulit rogandum dominũ, & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Iuda confitens interpretatur. Qui ergo vult digne ieiunare, debet confiteri peccata. Item saisfactio licet ieiunium sit pars satisfactionis: tamen aliæ partes omittendæ non sunt. Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quem thesauros auri recõdere. Dicit notanter eleemosyna. Vnde Amb. lib. de ieiunio, illud ieiunium dominus approbat quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat. Hoc quod tibi subtrahis alteri largire. Vnde caro tua affligitur inde egẽtis ꝓximi caro reparetur. Ergo dicitur. Matth. 6. Vnde caput tuum scilicet vnguento deuotionis, & orationis: & laua faciem, id est, immundam conscientiam aqua miserationis Vnde isa. 58. Frange esurienti panem tuum, & cætera. De secundo dicitur Bar. 1. Audientes plorabant, ieiunabant, & orabant in conspectu domini. Et benè additur in conspectu domini, & non in conspectu hominum. Ecce quam pura debet esse intentio ieiunii, & non sicut illorum de quibus dicitur. 3. Reg. 21. Prædicauerunt ieiunium, & occidere fecerunt Naboth, & cætera: Ieiunauerunt vt innocentem occiderent & sic aliqui ieiunant, vt pallietur eorum nequitia. Et sic Iudas [illegible] & tradebat.

De tertio Iudith.4. Scitote quoniā dominus exaudiet preces vestras si manseritis per manētes in ieiunio & obsecratione in conspectu domini. Quidam autem bene incipiunt sed desistunt cito. Quidam vno die ieiuni sunt alio ebrii.
Continuatio autem ieiunii praecipue a superfluis cibis valet contra tria pericula trium hostium, scilicet, diaboli carnis & mundi. Diaboli, vnde Christus sathanam vicit cum ieiunasset, & caetera. Amb. Ieiuni hominis sputum si serpens gustauerit moritur. Vide quanta vis ieiunii, si sputum terrenum, serpentē interficit: quid faciet spirituali serpenti? Et in periculo maris Paulus & socii eius ieiunium continuantes euaserunt naufragium. Nam Act. 27. dicitur Decima quarta die hodie expectantes ieiuni permanetis nihil accipientes. Mare significat mundum Psalm. 103. Hoc mare magnum & spatiosum manibus. Pericula carnis, sūt pericula incontinentiae. Luce. 6. Anna non discedebat de templo ieiuniis & orationibus seruiens. De quarto. s. humiliabam in ieiunio animam meam. Attende qualis esse debet ista humiliatio, quia debet esse quo ad te, quo ad Deū quo ad proximum. Primo quo ad te. Eccle. 34. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum qui proficit lauatio illius. Et sic homo qui ieiunat in peccatis, & iterum facit quid proficit humiliando se orationem illius quis exaudit. Ergo humiliatio eius quo ad se debet esse fructuosa Secundo quo ad Deum non debet esse praesumptuosa sicut illorum qui dicunt Isai. 58. Quare ieiunauimus & non aspexisti humiliauimus animas nostras, &c. Tertio quo ad proximum non sit iniuriosa: sicut illius pharisaei. Luc. 18. Ieiunio bis in sabbato. Iniuriose contempsit publicanum. Contra quod dicitur. Roma. 14. Qui ieiunat, manducantem non spernat. ¶ De secūdo quae sint vtilitates ieiunii, & quot sint. Primo per ieiunium offensa dei placatur Vnde Ione. 3. Cum ciuitas magna Niniue praedicaretur interitura, tunc praedicauerunt ieiunium tribus diebus & noctibus. Et sequitur: Vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt a via sua mala, & misertus est super malitiam eorum quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Vidit Deus opera: & non tantum ieiunium, quia ieiunium sine aliis bonis operibus nihil prodest. Vnde legitur Hester. 4, quod Hester tribus diebus ieiunando in tribus noctibus

sentētiam de morte Iudæorum datam reuocauit, sic & tu fac. Secundo per ieiunium gratia Dei impetratur. Actu.2. Apostoli ieiuni spiritum sanctum acceperūt, & sic si vis habere gratiam spiritu sancti stude deuote ieiunare. Gregor. in præfatione, Qui corporali ieiunio vicia comprimis, mentem eleuas: virtutem largiris & premia. Ecce ieiunium mentem eleuat cibus vero grauat. Luc.21. Attendite ne corda vestra grauentur crapula, & ebrietate, quia omne graue deorsum petit, vt patet Lucæ.16. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Ecce præsens crapula vertitur in æternam penuriam, vt notum est de diuite. Et e conuerso vt liquet de lazaro qui portabatur ab angelis in sinum Abrahæ Hoc testatur Hieronym. dicens: Miseriæ delitiis, delitiæ miseriis commutantur. Bernar. Sicut ignis & aqua simul esse non possunt: sic nec spirituales & corporales delitiæ. ¶ Tertio per ieiunium diabolus superatur, Matth.17. Hoc genus dæmoniorum in solo ieiunio, & oratione eiicitur quia ieiunio diabolo resistimus. Et sic arma quibus nos impugnat auferimus ei, quia concupiscentiam auferimus. Prouerb.26. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis. Et sic etiam hic de igne concupiscentiæ qui per ieiunium extinguitur. Orando etiam deum ad nos prouocamus quod figuratur. Exod. 23. Aegyptii hoc audientes clamabant, fugiamus Israelem, Deus enim eorū pugnat pro eis contra nos, & sic Matth.4. Dominus vicit post ieiunium. Et figuratur. Iudith.12.&.13 Iudith orando & ieiunando ad vesperam, amputauit caput Holofernis, id est diaboli, sic & tu fac. Est ergo multum orandum in ieiunio, & nō semper sistere in tabernis, & supplere illud in potu quod deficit in cibo. ¶ Quarto per ieiunium oratio exauditur, 1, Esdr.8. Ieiunauimus autem, & rogauim⁹ deū nostrum pro hoc & euenit nobis prospere. Et Isai.58. Hoc est ieiunium, quod elegi dissolue colligationes impietatis, tunc inuocabis & dominus exaudiet. Et nimirum quia per ieiunium homo humiliatur in corpore, per orationem in anima. Et deus humiles libenter audit. Psalm.101. Respexit in orationem humilium, &c. Et sic fecit Dauid dicēdo Psal.38. Humiliabam in ieiuni animam, vt etiam patet in publicano. Luc.18. Quinto homo ad suscipiendum corpus Christi per ieiunium præparatur. Et figuratur. iu-

dith.6.Ozias suscepit Achior in domū suam: & fecit ei cœnam magnam expleto ieiunio. Et sic Ozias, id est, Christus suscepit Achior, id est, peccatorem pœnitentem expleto ieiunio ad cœnam corporis Christi in domum, id est, in ecclesiam, & Helias.3.Reg.19.in fortitudine cibi illius ambulauit vsq; ad montem domini Oreb. Et sic tali ieiunio. Exod. 19. Moses meruit recipere legem Dei, & sic nos per ieiunium ipsum Deum, &c.

¶ Feria secunda post Inuocauit, Sermo.I.

Ibunt hi in supplicium æternum iusti autem in vitam æternam. Matt.25. Gregorius dicit: Stultus debitor est qui mutuans gaudendo pecuniam accipit, & non perpendit tempus quo reddere debet, Spiritualiter sic omnia quæ habemus corporaliter, & spiritualiter a Deo habemus Iacob.1. Omne datum optimū & omne donum perfectum, de sursum est descendens, &c. Et apostolus.1.Cor.4. quid habes quod non accepisti? quasi diceret, nihil. Ergo attendere debemus tempus quo mutuatum reddere debemus. Et hoc docet nos introitus missæ, dicens: Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, & cætera. Et videmus qui non habet soluere debitum ille petit dilationem, & sic ecclesia in hodierna collecta: Absolue quæsumus domine nostrorum vincula peccatorum: & quicquid pro eis meremur ꝓpitiatus auerte. Et in graduali. Conuertere domine aliquantulum exaudi preces seruorum tuorum. Et in tractu: Domine non secundum peccata nostra. Item, domine ne memineris iniquitatum, & cætera. Etiam videmus qui bene soluit pater familias hunc optime pascit, & in cubiculo suo requiescere facit, Spiritualiter. Sic Christus bene soluentibus, id est, Deo seruientibus, & bene operantibus benignitatem exhibet. De quo epistola Ezec.34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas sicut gregem pastor visitat, & pascham eas in montibus vberrimis, & herbis virentibus, hoc est in delitiosis gaudiis. Et videmus qui nō bene soluit debitum ille ducitur ad iudicium, vinculatur, & truncatur. Spiritualiter. Sic qui deo non retribuunt in bonis operibus vinculantur hic funibus peccatorum, & adducuntur iudicio æternæ damnationis, De quo in euange-

lio. Ibunt hi in supplicium æternum. ¶ Sanctus Thomas in. 4. distin. 48. Sicut in primo aduentu venit filius dei vt pro nobis satisfaceret apud patrem ita in secundo aduentu veniet vt iustitiam patris in homines exequatur, & gloriam maiestatis demonstret. Sicut equus duobus calcaribus ex vtraque parte, vel latere calcatur, vt velocius currat, ita anima duabus affectionibus solicitatur ad agendam pœnitentiam, scilicet, timere, & amore. ¶ In summa euãgelii, duo innuuntur. Primo iudicis magnifica apparitio, ibi. Cum venerit, Secundo subditur iudicandorum diuersa dispositio ibi. Et congregabuntur omnes gentes. &c. ¶ De primo dicit, Cum venerit filius hominis, id est, virginis. Augustinus. Licet opera trinitatis sint indiuisa, ita quod quicquid facit vna persona facit & alia et omnes, tamen sicut solus filius carnem assumpsit humana in qua passus est, ita solus iudicabit, Iohan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, Et merito. quia omniũ creator & redẽptor, Creator secũdũ diuinã naturã redẽptor secundũ humanã. Ideo san. Thoma. 4. d. 47. Secundum vtramque naturam iudicabit. i. secundũ diuinam habebit authoritatem principalẽ secũdũ humanã authoritatẽ commissam Ideo Matth, vltimo dicitur, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra Act. 10. Constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum, ¶ Sed diceres quare dicitur filius hominis in aduentu, in iudicio vero dicitur rex? Respondetur quia omnis verus & iustus iudex debet se mansuetũ & benignum exhibere in causis audiẽdis, eo quod nemo debet iudicare nisi causas audiat, nec audire bene potest, nisi mansuetus & patiens sit. Vnde Catho Impedit ira animam, &c. Sed Christus est iustus iudex. vt dicit August. nemo iustius iudicabit nisi qui iniuste iudicatus est. Ergo in aduentu se pium ostendit sed in proferẽda sententia se regem ostendet transgressores puniendo. Tũc non quæret Pilatus, ergo rex es tu, Iohan. 18. Nec iudei dicent, Regem non habemus nisi Cæsarem. Iohan. 19. sed vere dicẽt, Regem non habemus qui consolatur ducat & regat nos ad bonum sed Cæsarem quia cædet eos virga ferrea, Psalm. 2. Reges eos in virga ferrea, & tanquam. &c. ¶ Item diceres, in qua forma? Respondet Augustinus quod in forma illa iudicabit in qua ipse iudicatus est. At

merito. Scdebit enim iudex qui stetit sub iudice Vt reus dānabit veras reos qui factus est falsus reus. Ideo venit in ea forma in qua videri possit a iudicandis. Sed solis bonis forma Dei ostendetur. Malis sola forma. In qua iudicatus est secundum Isaiæ, 26. Tollatur impius ne videat gloriam Dei, ideo subdit, In maiestate sua, id est: diuinitatis excellentia, quoniam eum cognoscent, & tamen non videbunt eum impii nisi per signa & effectus.

¶ Nota quando rex aliquis iudicat in maiestate, hoc primo fit ardua de causa, & sic hic. Eccle. vltimo, Cuncta quæ fiūt adducet dominus ad iudicium pro omni errato siue bonum siue malum. Secundo cum decenti habitu: & sic hic in forma gloriosa. Psalmo. 103. Amictus lumine sicut vestimento Tertio cum annulo aureo, id est, infinita sapientia. Matth. 10. Nihil occultum quod non sciatur. Quarto cum gladio, id est, vindicta Deutero. 32. Si acuero vt fulgur gladium meum & arripuerit iudicium manus meo reddam vltionem hostibus mei, & cæ. Psalm. septimo Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit. Quinto cum sceptro, id est, iustitia, Prouerbio. 25. Iustitia firmabitur thronus eius. Psalm. 118. Iustus es domine, & c. Sexto cum diademate, id est, cum gloria Isaiæ. 35. Gloria libani data est ei Septimo cum principibus, ideo subdit, & omnes angeli eius cum eo O quanta lætitia erit bonis videre vultum creatoris, & redemptoris tam serenum, ideo Christus dixit electis Lucę, 21. Leuate capita vestra appropinquat redemptio vestra. Econuerso. quantus dolor malis. Zacha. 14. Oculi eius contabescent in foraminibus eorum. Malach. 3. Quis stabit ad videndum eum? Apoc. 6. Incipient petris & montibus dicere, cadite super nos. ☞ Nota in iudicio quidam erūt vt assessores, vt dicit Aug. Omnes qui voluntariā paupertatē habuerūt, Matt. 10. Vos q̄ reliquistis oīa in generatiōe cū sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹ Israel Et Matt. 13. Fulgebunt iusti sicut sol & c. Quia vt testes, vt angeli, quidā vt accusatores, vt diaboli. Apoc. 12. Proiect⁹ est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos, & c.

¶ Seddi, quare vult habere generale iudiciū cū quilibet iudicaē in speciali post mortē, vt latro qui iudicat⁹ est ad vit Lu. 23. Hodie mecū eris in paradiso. Et diues ad mortem E

dem.16.Mortuus est diues & sepultus in inferno.Ergo frustra expectatur,finale iudicium.Item Nauum.1.non iudicabit bis in idipsum.Respondet San.Tho.parte.3 .q.69. arti. 5.Iudicium de aliqua re perfecte dari non potest ante eius consummationem,vt iudicium,de aliqua actione qualis sit perfecte non potest dari ante quam sit consummata,& in se & in aliis effectibus,quia multæ actiones vidētur vtiles que ex effectibus sunt nociuæ. Similiter est de homine de quo iudicium perfecte dari non potest quoad vsque vita eius terminetur,eo quod multipliciter mutari potest de bono in malum,& econuerso. Heb.9.statum est hominibus semel mori:post hoc autem iudicium,Et sic licet per mortem vita temporalis terminetur secundum se remanet tamen in effectibus.Primo remanet,et viuit in memoriis hominum id quibus tamen etiam,quandoque contra veritatem remanet bona fama,vel mala,Secundo remanet in filiis qui sunt quasi aliquid patris secundum illud Eccle.30. Mortuus est pater illius,& quasi non est mortuus similem enim sibi reliquit post se.Et sic aliqui parentes vituperantur vel laudantur ex parte filiorum,& tamen multorū bonorum sunt mali filii & econuerso.Tertio quantum ad effectum suorum operum,sicut ex deceptione Arrii,& aliorum hereticorum magna pullulabat infidelitas, & multos infecit,hodie inficit,Sic etiam de bonis vt de Paulo,& aliis apostolis ex quorum doctrina proficit vsque nunc fides apostolorū.Quarto remanet quantum ad corpus quod quādoque honorifice traditur sepulture,quandoque, relinquitur insepultum & tandem incineratu resoluitur omnino. Et quia de his perfectum iudicium,haberi non potest,hoc tempore propter hoc finale iudicium vt manifeste talia diiudicētur habebitur. Sedebit super sedē maiestatis,id est,in nube per suam dignitatem.Eccle.24.Thronus meus in columna nubis.Secundo propter promissi adimpletionem.
Act.1.Sic veniet quemadmodum vidistis,&c.Tertio propter nimiam claritatem,quę tantum nube tecta a malis poterit videri.Psalm.Nubes & caligo in circuitu eius,&c Quarta ratio,nubes pluit,tonat,fluminat,& sic Christus in iudicio fluminabit per vindictā terribilem,tonabit per sententiam crudelem,& pluet rorem gratię super electos quia gloria in corpore & anima augmentabitur . Et con

gregabuntur ante eum omnes gentes.2. Corint.5.Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, & cæ. Apocal.20.Erant libri aperti & alius liber apertus est qui est vitæ.&c.igitur nullus locus erit excusationis.Primo liber passionis Christi,crux,claui,lancea,spinea,corona,&cę. Matth.24.Apparebit signum filii hominis in cœlo.Isai.11. Leuabit dominus signum in nationibus .i. contra nationes reproborum.Signum domini est signum crucis,vt mali terreantur,boni congregentur.Vel signum.i.in stigmata vulnerum.Za.12.Videbunt in quem transfixerunt.Sed an materialis,crux ibi apparebit cum materiali lancea,quidam putant quod sic,Sed Chry.di.per signum filii hominis non crucem,& lanceam materialem forte intelligendū,sed ipsum Christum habētem in corpore suo signa passionis.Vel potest dici signum crucis fore in cœlo,quia signum crucis impressum erit in frontibus virorum cœlestium ad præsagium æternæ saluationis.Ezec.9.Signum Thau in frontibus eorum,in reprobis vero non.¶ Secundo apertus alter liber conscientiarum.Hiero.Erunt facta nostra quasi in tabula depicta.Greg.Corpora erunt sicut vasa vitrea.Terti⁹ liber prædestinationis qui modo est clausus.Quartus liber vitæ.i.Christus cuius virtus manifestabitur in cognitione omnium secretorum.☞ In summa præsentis euāg.agitur de iudicio & tanguntur tria ex eo,quia tres personæ requiruntur ad iudicium.Primo iudex cum dicitur Cum venerit filius hominis,Secundo accusatores cum dicitur. Et omnes angeli eius.Tertio reus vt ibi.Congregabuntur omnes gētes.¶ De primo dicit,In illo tempore.i.feria tertia post palmarum,cum exiuit Christus de templo & sedit in monte. Tunc prædixit ipsis discipulis iudicium futurum dicens.

Cum venerit filius hominis,id est,christus.Nam secundum Augusti.in forma humana iudicabit in qua iudicatus est. Ioh.5.Pater omne iudicium dedit filio.De hoc iudicio dicit Psal.118.Iustus es domine & rectum iudicium tuum.Reuera rectum.Nam secundum Isid.quatuor modis corrumpitur iudicium,scilicet timore,amore, & odio,& munere. ☞ Primo iudicium christi non corrumpitur timore, quia omnium potentissimus est.Matt.vlti.Data est michi omnis potestas in cœlo & in terra.Et Hester.13.Domine in ditione tua cuncta sunt polita, Ideo Iob.22.Numquid timens

arguet te & veniet tecum ad iudicium Immo quanto potentiores erunt tanto durius iudicium sustinebunt. Sapi.6. Potentes potenter tormenta patietur.
¶ Secundum iusticiũ Christi nõ corrumpitur, amore, quia iustissimus est, ideo cõtra fratres suos .s. falsos Christianos sententiã proferet, & nihil proderit eis allegare fraternitatẽ, scilicet quod sit frater eorum. Psal.58 Frater nõ redimet sed Christus redimet homo? quasi diceret non, & non dabit deo placationem suam, id est, non prodest precum multiplicitas & precium redemptionis animæ suæ, id est. preciositas sanguinis Christi, Ideo. Psa.154. Iustus dominus in omnibus viis suis. ☞ Tertio non corrumpitur odio, quia optimus est. Sapi.12. Diligis omnia quæ sunt & nihil odisti eorum quæ fecisti. Nam cum dolore & compassione punit. Isaiæ.1. Heu consolabor super hostibus meis & vindicabor de inimicis meis. Hic dicit Glos. quod more pii patris punit & plangit. ☞ Quarto nõ corrumpitur munere quia ditissimus. Prouerbiorũ .6. Non suscipiet pro redemptione alicuius damnandi munera plurima. Quia dicit Psalm.111 Gloria & diuitiæ in domo eius, Vnde Bernard. Veniet dies illa in qua plus valebunt pura corda quã astuta verba, & conscientia bona quam marsupia plena.
☞ Quinto nõ corrumpitur precibus. Prouerbiorum.6. Nõ acquiescet cuiusquam precibus, & Augustinus. Expectatur dies iudicii, & aderit æquissimus iudex qui nullius potẽtis personã accipiet, Ideo psal.118. Cognoui domine quia æquitas iudicia tua. Dixi secundo, quod in presenti euangelio innuitur qui erunt accusatores in iudicio scilicet angeli cum dicit. Et omnes angeli eius cum eo qui scilicet fuerunt nobis ad custodiã deputati: tales erunt nostri accusatores sciẽtes omnia mala quæ peccatores fecerunt & ipsos grauiter accusabunt. Iob.20. Releuabunt cœli id est, personæ cœlestes iniquitatem eius. Sciendum tamen præter illos accusatores sunt & alii tres accusatores, scilicet diabolus, totus mundus & proprium scelus. ☞ Primus accusator diabolus est. Vnde Augustinus. In iudicio aduersarius dicet. Acquissime iudex iudica illum esse meum per culpam qui tuus esse noluit per gratiam. Tuus per naturam, meus per miseriam. Tuus per passionem, meus per suasionem. Tibi inobediens mihi obediens A te accepit immortalitatis stolam,

à me accepit pœnosam tunicā. Tuam vestem dimisit, cum mea huc venit. Ideo iudica eum mecum dānatum. De hoc accusatore dicitur. Apoca. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. ¶ Secundus accusator est totus mundus. Hugo de sancto Victore. Cœlum dicet. Ego lucem sibi ministraui ad solatium. Aer dicet. Ego omne genus auium sibi dedi ad obsequium. Aqua dicet. Diuersa genera pisciū ego dedi sibi ad vsum. Terra dicet. Ego pane & vinum dedi sibi ad nutrimentum. Ideo ignis clamabit. A me comburatur. Aqua in me submergatur. Aer in me ventiletur. Terra a me absorbeatur. Infernus a me deglutiatur Sapien. 5. Armabit omnem creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum ea orbis terrę contra insensatos. ¶ Tertius accusator erit proprium scelus. Nam omnia peccata quæ modo sunt occulta reuelabuntur. Matthæ. 11. Nihil opertum quod non reueletur, & occultū quod non sciatur. Nam tinea vestimentorum accusabit superbum, Erugo metallorum accusabit auarum. Merces defraudata pauperum accusabit tyrannum. Iacob. 5. Diuitiæ vestræ putrefacte sunt. & vestimenta vestra a tineis comesta sunt aurū & argentum vestrum eruginauit, & erugo eorū vobis in testimonium erit. Et infra. Ecce merces operariorū quæ defraudata est a vobis clamat & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Et ædificium accusabit vsurarium. Et ideo habetur in li. Abacuc. 2. cap. Lapis de pariete clamabit & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. ¶ Dixi tertio ponuntur rei peccatores cum dicitur. Tunc sedebit super cedem maiestatis suæ, scilicet, in nube Item Lucæ. 21. capi. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube. Et Isaie. 6. cap. Vidi hominem sedentem super solium excelsum. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, scilicet, boni & mali qui fuerant a primo homine vsque ad vltimum. 2. ad Corinthi. 5. Omnes stabimus ante tribunal CHRISTI, scilicet in valle Iosaphat De quo Iohelis tertio, Congregabo omnes gentes, & deducam eos in vallem Iosaphat, & separabo eos ab inuicem sicut pastor separat oues ab hœdis. Separabit eos sicut sacerdos legalis leprosum & immundum a mundis, vt figuratur. Numer. 12. Soror Mosi fuit eiecta propter lepram extra castra. Spiritualiter. Sic impii eiicientur de me-

dio iustorum, ne fœtore peccati alios corrumpant. Et sic ut Ozias leprosus statim de Hierusalem eiicitur. 2. Paral. 26. cap. sic peccatores a consortio iustorum. Et sicut zizania colligitur in fasciculos ad comburendum: Matt. 13. sic peccatores colligentur in ignem æternum, quia modicum fermentum totam massam corrumpit, 1. Ad Cor. 5. Item separabit eos sicut iustus iudex separat malos a bonis vt boni securius quiescant Marc. 13. Mittet angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatē & mittet eos in caminū ignis. &c. Et subdit. Et statuet oues a dextris: hœdos aūt a sinistris Chrys. Per oues intellige iustos. Matt. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, &c. ❡ Nota iustus comparatur oui quintuplici de causa. Primo quia est tractabilis ad radandum. Psal. 57. Deduxisti sicut oues populum tuū. Sic boni tractabiles sunt quia prælatis humiliter obediunt. Ioan. 10. Oues meæ voce meam audiunt, & sequuntur me scilicet obediendo. Secundo ratione fructuositatis. Ioan. 15. Elegi vos vt fructū afferatis, &c. Nam omne quod procedit de oue fructiferum est scil[c]. et lac, lana, caro, & stercora sic omnia opera nostra debent esse fructifera. 1. ad Cor. 10. omnia quæcunque facitis, in gloriam dei facite. Tertio ouis est animal mansuetū vt nec dentibus mordeat, nec cornibus feriat. Et sic iusti debent esse mansueti. Psal. 36. Mansueti hæreditabunt terrā Quarto ouis est animal patiēs & sic iusti. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quinto dominū suū vestit & cibat. Et sic boni. Isai. 58. Cum videris nudū operi eum. Item per hædos intelliguntur mali & peccatores. Nō plures habent proprietates hœdi. Primo hœdus est animal fœtidum in quo significatur peccatum luxuriæ. Nam luxuriosus fœtet coram deo & angelis eius. Isai. 33. De cadaueribus eorum ascēdet fœtor. Secūdum hœdus est velox cursu. Sic peccatores veloces sunt ad malum. Psalm. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. ❡ Tertio est animal alta petens. Et sic mali per superbiam. Psal. 106 Ascendunt vsque ad cœlos & descendūt vsque ad abyssos Quarto est animal infructuosum. Et sic peccatores. Ad Romam. 6. Stipendia peccati mors. Quinto hœdis habet acutum visum peccatores in concupiscentia oculorum. Prouerb. 15. Oculi stultorum in finibus terræ. Stulti sunt aua-

qui omnia possidere cupiunt vsque ad fines terræ. Et tales hœdi statuentur a sinistris. Origenes: Qui dextera opera habent a dextris statuentur mala vero a sinistris. Tunc dicet his qui sunt a dextris, Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Rabanus Propter opera bona dabitur æterna benedictio. Prouerbi.11. Benedictio domini super caput iusti. Chrysosto. Possidete & non accipite: quia datur eis in hæreditatem. Sapient.5. Accipient regnum decoris & diadema de manu domini. Sed diceres, Quare prius remunerantur boni quam mali damnatur? Respondetur, vt mali de amissione boni magis crucientur, & boni de euasione damnationis magis lætentur. Tunc tangit causam possidendi dicens. Esuriui & dedistis mihi manducare. Sitiui & dedistis mihi bibere. Hospes eram & collegistis me. Nudus eram & cooperuistis me infirmus eram & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Augustin. in primo libro homiliarum. Tacet domin⁹ omnia facta iustorum & omnia mala iniquorum, & solum laudat eleemosynam & vituperat auaritiam, quia omnia peccata redimuntur per eleemosynam, Dani.4. capit. peccata tua eleemosynis redime. Cum hoc tamen cuncta quę fiunt adducet dominus ad iudicium Ecclesiast. vltim. ¶ Sed diceres quare tantum de operibus misericordiæ profertur sententia regis. Respondetur primo propter diuinę proprietatis naturalem charitatem. Nam quicquid alicui est proprium & naturale hoc naturaliter diligit, in hoc delectatur, de hoc loquitur & operatur, & alios obseruare hortatur. Sed de Christo secundum Gregorium proprium est semper misereri & parcere: quod patet, quia per viscera misericordiæ visitauit nos oriēs ex alto. Luc.1. Sustinuit nos ne moreremur in peccato. Threnor.3. Misericordia domini magna, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Redemit nos ne damnaremur. Psal.lm.32. Misericordia domini plena est terra. Hanc tenuit, hanc in euāgelio docuit, ergo eam nobis quęrit secundo propter hominis naturalem proprietatem. Nam omnis homo naturaliter appetit sibi misericordiam exhiberi eo quod indiget & nemo sibi sufficiens sit, ergo dat iure naturę quod tibi non vis fieri aliis non fac & quod tibi vis fieri aliis fac, Iaco.2, Iudicium sine misericordia fiet illi

qui non facit misericordiam. Tertio quia hoc opus præ cæteris facilius est, nec quisquam potest se excusare de hoc, Mathæ. 10. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigide non perdet mercedem suam. Quia duplicia sunt opera misericordiæ. vt habetur. 45. distin. ca. duæ sunt, scilicet corporalia & spiritualia. Modo si non habes corporale, tunc saltem impartire spirituale. Vnde versus. Consule. castiga, solare, remitte, fer, ora. Et etiam sanctus Thomas in. 2. 2. q. 32. ¶ Quarto propter magnam ingratitudinis impietatem. Docuit enim. Luc. 6. Date & dabitur vobis, dimittite & dimittetur, quasi diceret, dedi multa dimisi infinita vos autem fuistis ingratii, ergo ite in ignē æternum. ¶ Subdit. Tunc respondebunt iusti dicētes a Domine quando vidimus te esurientem & pauimus. Sitientem & dedimus tibi potum. Quando autem te vidimus hospitem & collegimus te, aut nudum & coperuimus te. Infirmum & venimus ad te. Rabanus. Hoc dicunt non diffidentes de verbo domini, sed sturpentes de tanta sublimatione, & de maiestate suæ magnitudinis, quia videbitur ei paruum bonum quod egerunt, secundum illud ad Roman. 8. Non sunt cōdignę passiones huius tēporis ad futuram gloriam, &c. Origenes humilitatis causa laude beneficiorum suorū indignos se proclamabant. Et respondens dicet, Amē dico vobis, quicquid feceritis Vni de fratribus his meis minimis mihi fecistis. Notanter dicit meis quia non de omnibus fratribus dicuntur sed de his de quibus Mat. 12. dicitur. Qui facit voluntatem patris mei, hic meus frater soror & mater est. Et tales dicuntur fratres minimi ratione humilitatis. Chrysost. Vbicunque scis deuotos humiles & pauperes compone cum eis hæreditatem tuam vt particeps sis hæreditatis eorum. Tunc dicet his quia sinistris sunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. De hac exclusiōe & separatione dicit Chrysost. Ponamus illud ante oculos quanti doloris est excludi & proiici a regno cœlorum: quod vt mihi videtur grauius est ipsa gehenna. Nam si iste ignis non arderet & immortali illa pœna non esset parata hoc solum quod alieni efficimur a Christo & excluditur a bonis æternis nonne omni pœna cruciabili? dicetur. Et similiter sanctus Augu. de illa gehēna sic inquit sermone. 15, ad fratres heremi

tas. Caueamus dilectissimi ne veniamus ad illum ignem qui habet cruciationem & nullam luminis consolationem nec aliquam finalem terminationem. Vnde idem ibidem dicit. Licet corpora eorum sunt passibilia, sunt tamen incorruptibilia ideo ab igne patientur, & tamen non consumētur, Vnde sicut Salamandra viuit in igne materiali: sic mali in igne infernali. Et erit ibi finis sine fine mors grauior omni morte, semper mori desiderantes & tamen mori nō possunt. Hugo. Eodem supplicio puniuntur diaboli & homines. Hic aperite aures auari & diuites quin idos non sinitis calefacere, esurientes recusatis pascere, O quam immisericors & iratus iudex erit eis Christus. Ponatur casus quod reprobi dicent. Domine si non sumus digni regnum tuum possidere placeat tibi tamē vt ad pedes tuos possim⁹ manere. Respondebit discedite a me. Ponatur etiam si dicant. Domine si nos repellis a te tamen benedicti nē tuā da nobis. Respondebit non, sed habeatis maledictionem meam. Ideo subditur. Maledicti. Ponatur vt si dicant. Domine saltem ad aliquam locum refrigeri nos mitte. Respondebit non sed in ignem æternum. Ponatur quod dicāt saltem breuem terminum nostræ maledictionis nobis pones. Respondebit non, sed æternum. Ponatur quod dicant, saltem aliquam bonum dominum nobis præficias qui clementer nos regat. Respondebit, qui paratus est diabolo nō dicit vobis quia quilibet sibi ipsi parat damnationem. Ponatur quod dicant saltem aliquam bonam societatem nobis adiunge qua possimus consolari, Respondebit, & angelis eius, q. d. pro domino habeatis diabolum maiorem pro sociis vestris dæmones minores. Sententia autem iustorum econuerso est, quibus dicet. Venite Benedicti & cæt. Ac si dicat illis maledictis. Discedite a me & istis benedictis, venite ad me, Illis dedi meam maledictionem, sed vobis meā benedictionem. Ideo dicit. Venite benedicti. Illos misit in ignem æternum, vos introduco in regnum æternum. Ideo dicit possidere regnum, Illis dixi vt maneant in igne perpetuo, vobis dico, vt maneatis in regno perpetuo, quod vobis paratum est ab origine mundi. Illis vt habeant principem diabolum, vobis dico vt in principem habeatis patrem meum ideo dicit. Venite benedicti patris mei. Illis dixi vt habeāt socios dæmones infernales, vobis dico vt

habeatis socios angelos meos cœlestes. Sequitur: Tunc ibunt hi in suplicium æternum, scilicet mali sine tardatione. ¶ Nota quatuor modis se aliquis iuuare cõsueuit ex sententia executioni non mandetur. Aut per appellationem aut per supplicationem aut per querelem falsam aut per in tegrum restitutionem. Nullo autem istorum modorum damnati iuuare vel defendere se poterit qui illa sententia executioni mandetur, Non per appellationẽ quia eorum crimina sunt notoria, & in notoriis appellatio non habet locum. Hierony. Adderit dies illa in qua falsa facta nostra quasi in quadam tabula picta demonstrabuntur. Non per supplicationem quia si omnes sancti pro ipsis supplicarent deus non exaudiret eos. Hieremi. 14. Noli orare pro populo isto in bonum, quia gladio, fame, & peste cunsumam eos. Iob. 41. Non parcam ei verbis ipotentibus & ad deprecandum compositis. Non per falsam querelam vt dicant quod illa sententia sit lata per falsos testes. Iob. 12. ipse nouit decipientem & eum qui decipitur. Non per restitutionem in integrum, vt scilicet ad statum pristinum restitantur quia sicut dicitur ad Heb. 6. impossibile ad eos qui semel sunt illuminati & ꝓlapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam. Apo. 10. iurauit angelus post hoc tempus non erit tempus amplius scilicet pœnitentiæ & misericordiæ, sed iustitiæ. Grego. O quantæ angustiæ erunt tunc reprobis. Si respiciant sursum tunc vident iudicem iratum. Si deorsum tunc Vident infernum eis præparatum. Si ad dexteram: tunc vident congregationem bonorum a qua debent separari. Si ad sinistram tũc vident multiplicationem dæmonum cum quibus æternaliter debent cruciari. Si foris tunc vident mundum ardentem in quo non debent perseuare. Si intus, tunc vident conscientiam remordentem a qua perpetuo debent puniri. Miser peccator sic apprehensus vndique erit in augustia positus. Tunc implebitur illud. Apocal. 6. Incipient petris & montibus dicere capite super nos & abscondite nos a facie sedentis super thronum & ab ira agni. Tunc ibunt iusti in vitam æternam, vbi secundum Innocentium papam est pax sine ira sanitas sine dolore, gaudium sine mœrore vita sine morte. Ad quam perducat nos Iesus Christus.

¶ Feria tertia. Sermo .I.

Eiicebat omnes vendentes & ementes de templo Ioannis. 2.

Consuetudo est regis & principis cum intrat ciuitatem aliquam sui regni sui, tunc malificos solet acriter redarguere vt cõuertãtur in melius. Bonos vero mediocriter commendare vt laudati proficiant & pauperes oppressi ad eum refugiant sibi conquerendo de iniuria eis illata. Spiritualiter, Sic rex regum C H R I S T V S I E S V S hic venit in regnum suum, scilicet in mundum. Ideo pauperes oppressi, id est, peccatores debent habere refugium ad eum, de quo introitus missæ. Dominus refugiũ factus es nobis a generatione in generationem, & conqueri debent de oppressione diabolica, inuocantes eius misericordiam. Quod facit ecclesia in collecta hodierna scilicet. Respice quæsumus domine familiã tuam, & presta vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat quæ se carnis maceratione castigat. Et hoc refugium ad regem regũ docet epistola hodierna quæ scribitur Isaiæ. 55. Quærite dominũ dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Nam vnico verbo potest nos eripere de dæmonum potestate, ideo subdit in epistola. Quomodo descendit imber & nix de cœlo & illuc non reuertitur sed inebriat terram & infudit eã & germinare eam facit & dat semẽ serenti & panem comedenti & cætera. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad que misi illud Et sicut rex peruersos punit & redarguit, bonos vero commendat sic rex noster dominus I E S V S C H R I S T V S Hierusalem ingrediẽs cæcis & claudis qui ad eum in templo accesserunt dona sanitatis copiosius cõdonauit, sed peruersos & malos sacerdotes & auaros qui se correctiõe eius emendare non curauerũt abiecit & reprobauit, de quo thema. Eiiciebat omnes vendentes & ementes de templo.

¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo innuitur ingressus regis laudabilis, ibi. Cum intrasset I E S V S Hierusalem. Secundo tangitur excessus legis vituperabilis ibi Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Tertio subditur accessus ipsorum infirmorum placabilis, ibi, accesserunt ad

eum. ¶ De primo dicit. In illo tempore, scilicet in dominica palmarũ cum I E S V S descendisset de monte oliueti sedens super asinam appropinquauit Hierosolymam, quem turbæ precedentes & sequentes clamabant dicẽtes. Benedictus qui venit in nomine domini, Et cum intraret I E S V S Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas, id est, maiores ciuitatis commouebantur videntes hęc, & mirabantur secundum Hieronymum, populi frequentiam & nescientes diuinam virtutem dixerunt. Qui es hic, quasi dicerent. Iste non est talis nec tantus quod sibi talia debeãt exhiberi. Vnde Chrysostomus super. Mattheũ, dicit. Merito autem commouebantur videntes rem mirabilem, homo laudabatur quasi deus sed deus laudabatur in homine. Puto autem quod nec ipsi qui laudabant sciebant quid laudabant. Sed spirit⁹ subito ingressus in eos nesciente anima veritatis verba fundebat hęc ille. Consimilem quæstionẽ fecerunt de ipso, vt ait Origenes cum Hierosolymam cœlestem in grediebatur, ipsi angeli dicentes. Qui es iste rex gloriæ? Ad quæstionem vero maiorum de ciuitate Hierusalem respondit populus sicut sequitur. Populi autem dicebant. Hic est Iesus propheta a Nazaret galilee. Ponunt isti nomẽ eius dicentes. Hic Iesus, id est, saluator. Vnde. Matt. 1. dicitur: Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum Et ponunt eius officium dicentes eum prophetam, per hoc innuitur eum esse doctorem Verum a Nazareth quod interpretatur flos, vnde. Cantico. secundo. Ego flos campi & lilium conuallium. Vbi Hieronymus. Aliis autem ambigẽtibus vel interrogantibus vilis plebecula confitetur quia hic est I E S V S propheta a Nazareth galilee. A minorib⁹ incipiunt vt ad maiora perueniant. Prophetam enim eum dicunt quem Moses sui similem dixerat esse venturum. A Nazareth autem galilee quia ibi educatus fuerat Vt flos campi nutriretur in flore virtutum Hæc ille. Subdit. Et intrauit Iesus in templum. Chrisostomus super Matthæum, hoc erat proprium boni filii vt ad domum curreret patris & illi honorem redderet qui genuit eũ. Sic & tu imitator Christi factus, cum in aliquem ingressus fueris ciuitatem primum ad ecclesiam curras, Hoc etiam erat boni medici proprium vt ingressus ad infirmam ciuitatẽ saluãdam, primum ad originem passionis intenderet. Nam sicut de tem

plo omne bonum egreditur,ita de templo omne malum procedit. Si enim sacerdotium integrũ fuerit tota ecclesia floret,si autem corruptũ fuerit fides marcida est. Sic enim cum videris arborem pallentibus foliis intellige quia viciũ habet in radice. Sic cum videris populum indisciplinatum sine dubio cognosce quia sacerdotium eius non est sanum. Hæc ille. Ideo intrauit in templum corrigere auaritiam sacerdotum quæ in templo magis exercebatur. ¶ Pro quo notãdum est in serie huius euãgelii notatur quod Christus tria loca intrauit, scilicet Hierosolymam templum & Bethaniã, per quæ loca tria significãtur mẽs humana quæ debet esse Hierosolyma, id est, pacifica: quia Hierusalẽ interpretatur visio pacis. Itẽ debet esse habitatio dei gratia & tũc est templum dei viui acceptum. 2. ad Corint. 3. Vos enim estis templum dei viui, Item debet esse ad obediendum prona, & tunc est Bethania quod interpretatur domus obediẽtiæ. Psalm 17. In auditu auris obediuit mihi. Primum locum domino ingrediente, scilicet, Hierosolymam tota ciuitas est commota. Spiritualiter, Sic intrante domino in animam per gratiam præuenientem omnes potentiæ debent commoueri per dolorem & contritionem peccati. Psal. 59. Commouisti terram & conturbasti eam, sana contritiones eius quia cõmota est. ¶ Sed notandũ est quod quidam sunt qui nullo modo commouentur. Alii sunt qui leuiter commouentur. Sunt quidam qui dicuntur attriti. Alii qui præcordialiter commouentur. Quidam qui nullo modo commouentur, sunt duri & obstinati qui ad pœnitentiam non possunt frangi. De quibus dicitur ad Roma. 2. Secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuũ thesaurizas tibi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicii dei. Eccle. 3. Cor durum male habebit in nouissimo die. qui amat periculũ, peribit in illo. Alii sunt attriti, scilicet, qui de suis peccatis leuiter & superficialiter commouentur. In istis est attritio, id est, quædam leuis pœnitudo. Et ista attritio licet sit bona tamen non sufficit, non enim paruum sed magnum dolorem deus a peccatore requirit. Hierem. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Alii sunt qui præcordialiter cõmouentur, qui, scilicet omnia peccata sua minutatim conterunt & in minimas partes frangunt dolendo profunde de peccatis magnis & paruis & de peccatorum circun-

stantiis,non tantum de omnibus in communi' sed etiam de quolibet in speciali. Et talis dolor vocatur contritio,quã do,scilicet,cor omnibus viribus animæ minutatim omnia peccata conterit. Psalm. 50. Cor contritum & humiliatum deus non despicies,& cæt. Minus dicit & plus signat,id est, quod multum diligat. Ista tria,scilicet,obstinationem,contritionem,& attritionem,possumus videret per tria exempla. Primum quod semẽ iactatum in terram duram,& nõ scissam non crescit. Iactatum vero in terrã scissam in grossas partes paruum fructum reddit. Iactatum autem in terram bene cultam minutatim tritam multum fructum facit. Cor obstinatum est tanquam terra dura quæ nullum fructum facit. Cor attritum est tanquam terra in grossas partes,scissa,quæ paruum fructum reddit. Cor contritum est tanquam terra minutatim trita q multum fructum facit. Secundum exemplum est quod species aromatica si est integra parum redolet. Si frangitur redolet multum. Sed si conteritur redolet plurimum. Sic etiam cor hominis integrum & durum non redolet,sed fœtet, Scissum vero per quandam attritionem modicum redolet. Contritum autem quod redolet multum. ¶ Tertium exemplum est,quia de grano integro non potest fieri panis, de grano vero grosso modicum trito fit panis sed non sapidus, de grano autem minutatim trito fit panis sapid' & delicatus Eodem modo de corde integro & duro non potest fieri panis,scilicet dei,sed tantum diaboli. De corde vero attrito & si fiat panis dei non tamen est deo multum sapidus: De corde vero bene contrito fit panis deo sapidus,angelis delicatus pœnitentibus nutritiuus. Psalm. 79. cibabis nos pane lachrymarum Secundo CHRISTVS intrauit in templum,& inde eiicebat vendentes & ementes in templo & mensas nummulariorum & cathedras vendẽtium columbas euertit, Spiritualiter sic est intelligendum. Postquam CHRISTVS intrauit templum cordis per gratiam præueniẽtem mouentem ipsum ad contritionem post hoc intrat in templum cordis per gratiam proficientem, purgando illud,scilicet per confessionem,eiiciendo inde oues & boues & nummularios & colũbas. Per boues qui cornibus ventilant significatur peccatum superbie, per columbas quæ sunt libidinosæ significatur peccatum luxu-

riæ. Per numularios peccatum auaritię. Per oues peccatum acediæ. Et sic omnia ista de templo corporis tui per cōfessionem abiicienda sunt. Vel potest dici quod per illos qui vendunt columbas significantur symoniaci, qui vēdūt dona spiritus sancti, quod est peccatum clericorum. Per numularios intelliguntur cupidi, quod est peccatum mercatorū. Per boues significantur superbi, quod est peccatū magnatū & prælatorum. Per oues significantur hypocritæ, quod est peccatum religiosorum. Matthæ. 7. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimētis ouium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶ Tertio Christus intrauit Bethaniam. Postquam enim Christus intrauit cor per gratiā pręueniendo, commouendo ad cōtritionem, & per gratiā proficientem purgando per confessionem, tandem intrat per gratiam perficientem perficiendo ipsum per obedientiæ satisfactionem. Et hoc est intrare in Bethaniā, quia Bethania domus obedientiæ interprætatur. Hic autem vere obedit qui de omnibus peccatis suis plenam & perfectā satisfationem facit satisfatio enim aliquando est minor quam debet, aliquando est aqualis, aliquando vero maior. Quando enim est minor, tunc deus supplet eam in purgatorio de rigore suæ iustitiæ. Quia sicut dicit Augustinus. Sicut nullum bonum irremuneratum, sic & nullum malum impunitum remanet. Quando vero est æqualis, tunc valet ad dimissionem. Vnde ad Roma. sexto dicitur. Sicut exibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire iustitiæ in santificationem Quandoque autem est maior quam videntur eius peccata requirere, tunc illa satisfactio valet ad dimissionem culpæ & ad cumulū gloriæ, De qua dicitur. Lucæ sexto Mēsuram bonam & confertam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum vestrum. ¶ Dixi secundo tangitur excessus legis vituperalis cum dicit. Scriptum est enim quia domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Hoc scribitur Isai. 56. ¶ Notandum est autem, quod CHRISTVS postquam intrauit in templum omnes vendētes & ementes de templo eiecit. Sacerdotes enim propter auaritiam ordinauerunt vt in templo oues & boues & columbæ venderentur ne aliqui ex defectu hostiæ sacrificia prætermit-

tere cogeretur, Et forte si aliqui pecuniam ad emendum non haberent statuerũt ibi campsores, qui sub cautione tradebant eis pecuniam. CHRISTVS autem facto flagello de funiculis omnes istos eiecit. Et sicut dicit Hieronymus inter cætera miracula quæ fecit Christus illud fuit potissimum quod scilicet vnus homo pauper cum potestate vendentes & ementes eiecit, mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. Sed mirum videtur quomodo Iudæi ista fieri sustinuerunt, Ad hoc dixit Hieronymus quod de facie CHRISTI fulgor quidam mirabilis procedebat qui omnes ad terrorem conuertebat & sibi contradicere non audebant, Nunquam legimus quod CHRISTVS tantam vindictam manu exercuerit sicut hic. Multa enim approbria sæpe audiuit, multas iniurias sustinuit: & nunquam vindictam fecit vt modo & ratio huius est, quia illæ iniuriæ erant propriæ, & ideo eas noluit vindicare, Ista autẽ erant iniuria patris, & ideo eam tã seuere vindicauit vt doceret nos quod iniurias nostras debemus remittere iniurias vero dei seuere vindicare Nos vero, econtrario facimus, quia de iniuriis dei non curamus & nostras implacabiliter persequimus ¶ Eiciente autem Christo de templo oues & boues dixit verbum quod positum est scilicet Domus mea domus orationis vocabitur. Ex hoc verbo habetur quod ecclesia dei ad duplex officium ædisticatur scilicet deo ad inhabitãdum: & homini ad orandum. Ideo subditur Domus orationis vocabitur. Est igitur ecclesia domus dei, quia in ipsa habitat iuxta illud, secundo Para. septimo, Elegi & sanctificaui dominum istam vt sit ibi nomen meum in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meũ ibi cũctis diebus & ores mea erectę erũt ad orationẽ eius q in isto loco orauerit. Ex quibus verbis habetur quod dominus in ecclesia posuit nomen suum, Cor suum, & oculos suos, & aures suas. Nomen enim suum ibi posuit, quia a seipso eã nominari volui. Sicut enim domus in qua habitant superbi potest dici domus luciferi, & domus in qua habitant vsurarii domus Mammonæ, & domus in qua habitãt immũdi potest dici domus Asmodie & taberna potest vocari domus beelzebub, quia propter multitudinem epularum ibi conuenit multitudo muscarum. Sic domus in qua conueniunt fideles dicitur do-

mus Dei. Vnde Gene.28. Non est hic aliud nisi domus dei. & porta cœli. Secundo in ecclesia posuit Deus cor suum, id est amorem suum. Et ideo multum pro malo habet quando ibi aliquis aliqua illicita exercet sicut patet hic, quando vendentes & ementes de templo eiecit. Legitur in historia quod Pompeius porticum templi Dei in stabulũ conuertit equorum suorum. & cũ vsque ad tẽpus illud semper fuisset victor hostium, a tempore tamen illo semper ab hostibus vincebatur. ¶ Tertio in ecclesia posuit deus oculos suos vt videret tibi genuflexiones, eleemosynarum largitiones, & alia opera deuota. Sed heu in allis quidem nũc temporis videt deus ornaméta in decentia, põpas, & vanitates, &c. Vnde Ambrosius qui in oratione vult exaudiri amota a se põpa inclinare se debet, vt dei misericordiã prouocet, habitus namque superbus nec impetrat, nec de se recte credi facit. Et quanto magis hominibus mulier splendescere videtur, tãto magis a deo despicitur. & tãto minus oratio eius acceptatur Legitur Hest.15. quod cum regina Hester se ornasset, & pinxisse, vt regi Assuero placeret, ipsa ex eo regem in iram conuertit, sed colore roseo in pallorem conuerso ipsum placauit. Sic etiam mulier, quando vultum suum depingit, deum offendit. Sed quando de vultu suo nihil curat deum placat. Quarto deus in ecclesia posuit aures suas quibus audit orationes deuotorum iuxta illud Isaiæ, 38. Audiui orationem tuam & vidi lacrymas tuas, &c. quibus auribus deus etiam audit verba indeuotorum. Audit etiam deus illos clericos & monachos qui negligenter cãtãt, & psalmos & versus, & dictiones multas omittunt. Secundo constructa est ecclesia ad orandum Deus enim orationes fidelium in ecclesia libenter exaudit, Vnde dicitur secundo Para. sexto Quicunque orauerit in loco isto exaudi de habitaculo tuo. Dicit tamen Beda quod tribus de causis contingit orationes non exaudiri. Primo quando petimus ea quæ non decet nos accipere, vt temporalia. Vnde Chrysost. Illa pete a domino quæ tibi expediat accipere & illũ deceat dare. Si autem terrena petis aut difficulter impetras aut forte non Quomodo autem decet eũ ibi illa dare quæ non habet. & tu habens ea contemnis. Multi diuitias desiderãt, & illæ sunt eis sibi causa mortis iuxta illud. 1. Ti. 6. Qui volũt diuites fieri incidũt in tẽtationẽ,

&c. & sequitur. Quæ mergunt homines in interitum
¶ Secundo orationes non exaudiuntur, quando petimus indigni, existentes in aliqua culpa siue in aliquo crimine. Isa. 1. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenę sunt. Threno. 3. Opposuisti nubem tibi ne transiret oratio. Zach. 5. Misit angelus massam plumbi in os amphoræ, & dixit: Hæc est iniquitas, &c. Ex his habet̃ quod peccatũ assimilat̃ sangui.i nubi & plũbo. Quando igitur peccatum est quasi sanguis orationes maculat, ideo tali oratio sic maculata non audet coram oculis dei apparere. Item peccatum est tanquam nubes, ideo orationem obumbrat. Item peccatum est tãquã nubes, ideo orationẽ obumbrat. Itẽ peccatum est sicut plumbum, & ideo nescit per viam cœli incedere. Tertio orationes nostræ nõ exaudiuntur quia pro indignis petimus, id est, pro peccatoribus qui sunt in proposito peccandi. Hiere. 14: Noli orare pro populo isto. Ioan. 9. Scimus quia deus peccatores non exaudit. ¶ Dixi tertio tangitur accessus inirmorum placabilis, cum, dicitur: Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo & sanauit eos. Sed quare tunc sanauit? Dicendũ primo propter authoritatis confirmationem: vt scilicet sententiam eiectionis, non solum authoritate scripturæ, sed miraculorum operatione confirmaret. Secundo propter veritatis testificationẽ: Vnde Ambrosius, Virtute sua magnalia ostendit in templo calumniantibus vt quod populi clamabãt, ille factis ostenderet: quasi testis veritatis illorum. Tertio secundum remigium quod in templo Christus sanauit significat quod homines non nisi in ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque soluẽdi. Hæc ille. Quarto vt illi visa Christi potentia conuerterẽtur. Ideo enim illis cernentibus cæcos illuminauit, vt illi fidei lumẽ reciperent. Et claudos ambulare fecit vt illi claudicationẽ mentis abiicerẽt, & meliores pedes in recta operatione habere inciperent. Ex huiusmodi ergo sanatione, & ex alio quod sequitur indignati fuerunt sacerdotes. Ideo sequitur Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit: & pueros clamantes in templo, & dicentes. Osanna filio Dauid, indignati sunt & dixerunt. Audis quid isti dicunt, quasi dicerent: Si iustus esses reuerentias declinares Videat ergo emptores vt ait Hieronymus: Et quantum li

tet sancti homines cum quanto periculo ista sibi dici patiantur si vero domino cui hæc dicebantur, quia nondum solida erat credentium fides, pro crimine impingitur. Hæc ille. Sciendum etiam secundum Chrysostomum, quod sicut columna si modicum obliquata fuerit accepto pondere vadit in latus. Sic & cor hominis si peruersum fuerit, & si alicuius viri iusti opera videat vel audiat nõ confirmatur: sed magis ad inuidiam concitatur. Hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum dicentes, Audis quid isti dicunt. Hæc ille: Iesus autem dixit eis. Vtique nunquid legistis. Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudẽ. Vnde Chry. super Matth. Non dixit illud Christus quod scribæ audire cupiebant. Benefaciunt inquit pueri quod mihi testimoniũ perhibent, nec propterea errant, quia pueri sunt quod si esset: deberetis tamen ætati ignoscere. Sed illa ætas profert exemplum de Psal. 8. vt tacente domino testimonium scripturarum puerorum dicta confirmaret. Hæc ille, Tanquã si dicat & idem Chrys. super Matt. ait Est mea culpa quod isti clamãt, nunquid mea culpa est: quod ante tot millia annorum hoc futurum propheta prædixit Hæc ille, quasi iterum dicat dominus. Quid me arguitis de laude puerorum, si peccatum est arguite spiritum sanctum qui per os prophetæ hoc esse futurum prædixit. Notandum autem quod dicit perfecisti, & cætera. Laus enim inchoata fuit in via a turbis, augmentata & perfecta in templo. Tria enim debemus notare quæ perficiunt laudem. Primo concordia quæ resonantiam facit. Ideo hic simpliciter dicitur. Ex ore. Daniel. 3. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt, & glorificabant, & benedicebant Deum. &c.

¶ Secundo munditia quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris, ideo dicitur infantium, Apoca. 14. Et nemo poterat dicere cãticum, &c. Et sequitur ibidẽ: Hi sũt qui cum mulieribus nõ sũt coinquinati. ¶ Tertio diuina scĩẽtia, Vnde Glosa. In quibus veritas operatur, nõ ingenium hominis ideo dicitur lactãtium. Ose. 2. Lactabo eam & loquar ad cor eius Laudẽ vero incipiunt pœnitẽtes, adiiciunt proficientes, & perficiunt innocẽtes. Tunc sequitur recessus hominis amabilis quod relictio probat vulgi remoti. Vnde subditur. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam. Vnde Chrysostom, ibi corporaliter manere voluit, vbi spi-

ritualiter repausabat. Nam sanctorum virorum non est in quirere mansionem vbi clariores sunt viri, sed vbi sanctiores & fideliores, Ibique mansit apud Lazarum & sorores eius & docebat eos de regno Dei Quia enim illi venientē dominum non vt dignum susceperunt: ideo nō immerito eos reprobatos ostendit per hoc quod abiit foras, Secundo ideo abiit foras secundum Chrysostom. super Matthę. quia malum hominem melius locum dando potest aliquis vincere quam respondendo, quia malitia nō instruitur sermonibus, sed excitatur, Et ideo dominus recedendo compescere studuit quos respondendo non compescuit. Hæc ille. Ecclesiast. 6. Ab inimicis tuis separare. Exemplum in Iacob. Esau, & Abraham, & Loth. Seneca optimum genus vicendi est patientia, Tertio ideo secundum Hieronymum, licet Christus pauper fuerit nulli tamē adulatus est Ideirco nullum hospitium, nullamque mansionem iuxta vrbem inuenit: sed in vico paruulo apud Lazarum & sorores eius habitauit. Fœlices certe multumque beati sunt qui dominum hospitem habere meruerunt, cuius pręsentia tristitia cūcta submouebantur: salubria & iucunda omnia prouidebātur, Sed & illi nihilhominus fœlicissimi summeque beatissimi, qui ita ab omni malitia castos immunesque custodiunt: Vt in ipsis dominus habitare & apud eos manere dignetur, Quod nobis præstare, &c.

Feria .iii. Sermo .I.

QVicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Matthæ. 12. Marc. 8. Luc. 11. ¶ Consuetudo dignoscitur, homo tenetur illi impendere honorem & eum præ oculis habere sine quo non potest esse, nec viuere, iuxta prouerbium vulgare. Onvueilli chen dermannit gelebenkan, den muser alle zyt vor ongen han. ☞ Spiritualiter sic, homo sine Dei misericordia nequaquam potest viuere. Psalm. 94. Si dicebā motus est pes meus misericordia tua domine adiuuabit me. Ergo misericordiæ dei semper debemus habere memoriam, & eā inuocare. vt facit ecclesia in introitu missæ. Reminiscere miserationum tuarum domine, & ca te. Et inuocat dei misericordiam in collecta dicens. Preces nostras quæsumus

domine clementer exaudi,& contra cuncta nobis aduersā tia dexteram tuæ maiestatis extende. Similiter in epistola habemus quomodo misericordia dei sustentauit Heliam.3. Regum.10.qui dormiuit sub iunipero:& cibauit eum pane subcinericio per angelum. Etiam de dei misericordia habemus in prophetia, Exod.14. quomodo Mosen.sustentauit quadraginta diebus,& quadraginta noctibus. Et sic sine dei gratia & misericordia pœnitentiam quadragesimalem portare non possumus. Sed videmus quod amicus auxiliatur amico ad portandum onus. Ergo vt simus Dei amici faciamus eius voluntatem vt auxilietur nobis. Ad quod hortamur in themate dicente, Quicunque fecerit voluntatē patris mei, & cætera Aliud thema. Dicit enim sapiens. Ecclesia.6.Amico fideli nulla est comparatio. Mora liter. Nullus fidelior amicus deo omnipotenti, Psalm.144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Eccle.2. Quis sperauit in domino & confessus est,& quis permansit in mandatis eius & derelictus est? Est enim ita fidelis quod semper astat nam si se subtraheret omnia in nihilum redigerentur. Psalm.94. Si dicebam,& cætera. Nam dicitur Ecclesiast.6. Amicus fidelis protectio fortis, medicamentum vitæ & immortalitatis. Nā a morte animæ nō habemus tueri siue protectione suæ misericordiæ. Threno.3. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius,& cæt. Illius non debemus obliuisci. Seneca: ingratus est qui beneficium accipiens obliscitur illud & retributionē pro eo nō facit. Ne igitur simus ingrati recordatur ecclesia hodie misericordiæ Dei, cum cantat Reminiscere miserationum tuarum domine. quasi diceret. Hodie est septimus dies ieiunii & pœnitentiæ. Deus sicut in septuagesimo anno liberasti filios Israel de Babylonica seruitute: sic hodie in septima die quadragesimali sis nobis peccatoribus misericors. Similiter in collecta recordatur misericordiæ Dei. Et in prophetia, quasi adiceret: Sicut Heliam confortasti per panem subcinericium: sic & nos per quadraginta dies,&c. Et sicut Mosi ieiunanti per quadraginta dies decē mēdata cōmendasti sic & nobis tua præcepta conseruare tribue per quæ amici dei efficimur Ioan.15. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Tullius; Amicorū idē est velle, sic & nos de quo thema.

¶ In summa euangelii duo innuuntur. Primo innuitur malignitas Iudæorum in petitione. Secundo innuitur charitas in examinatione, ibi. Adhuc illo loquente. De primo: Accesserunt ad Iesum, & cæ. Magister volumus a te signū videre. Sed diceres: Cur Iudæis petentibus signum nō dedit? Respondet. S. Thomas in scripto. 1. d. 1. ad literam. q. 1. & .2. Signum importat aliquod notum quo ad nos inducēs nos incognitionē alterius, vt exemplificat. Augu. in li. 2. de doct. Christiana. Sicut vestigium declarat animal, fumus ignem, tuba exercitum, circulus vinum. Et quia Iudęi non quærebant rem & veritatem signi per intellectum, sed tā tum signum per sensum, idcirco non dedit eis Christus signū. Quia di. Aug. in sermone de tentatione Christi. Inane est omne miraculum quod non operatur salutis effectum. Et si h c fuisset factū, quia curiositatem quæsierunt, vestigium quęrebant non animal, fumum non ignem circulum nō vinū, ergo signū eis nō dabatur. ¶ Sed di: qualia signa petebant? Respondet Hier. in Hom. In morem Heliæ. & c. ergo ignis tormentorum in eis non extinguetur, vel tonitruum vt tempore Samuelis. Et sic tonitruum dānationis ab eis audietur. Ite maledicti, & c. Idcirco respondit Generatio mala, & c. O in fœlices Iudæi, nōne quadruplex signū eius diuinitatis vidistis. Primo in reuelatione vestrarū cogitationum quod soli deo cōuenit 2. Reg. 8. Tu solus nosti corda filiorum hominum. Secūdo in locutione, Ioh. 7. Nunquam sic locutus est homo. Tertio per miracula quæ nemo fecit. Io. 9. A seculo nō est auditum, quia quis aperuit oculos caeci nati. Ioā. 15. Si nō & venissem & loquutus eis fuissem, peccatum non haberent. Quarto testimonium omniū prophetarum. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Subdit: Et adultera quia multis amatoribus se copulauerat. Aug. Anima deserta a creatore, & amans creaturā adultera est, & sic adulterantur idololatræ. Similiter auari. Gala. 5. Auaritia est idolorum seruitus. Similiter amatores mundi. Iaco. 4. Adulteri nescitis quoniam amicitia huius mundi inimica est deo. Tales sunt qui adhuc quærunt signa, & c. sed non est opus. Augu. Magnum est prodigium quod toto mundo credente Iudæi nō credunt, ideo adulteri. Dicit enim Valerius lib. 6. de Zabulon rege qui statuit legem quod adultero depręhenso vter-

que oculus eis cerneretur. Factum est vt filius suus adulter ef ficeretur, idcirco tota ciuitas legi resistebat propter honorem patris. Ne igitnr lex statura euacuaretur sibi vnũ oculum, & filio vnum iussit eruere. Spiritualiter, & sic rex regũ sustinuit mortem temporalem, ne homo duplici morte moreretur. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Et Ose. 13. O mors ero mors tua. ¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo tentatio potestatis ammirandæ, ibidem: Accesserunt. Secundo subditur comminatio pœnalitatis infligendæ, ibi. Viri Niniuitæ. Tertio tangitur examinatio charitatis amplexandæ, ibi. Adhuc eo loquente. De primo dicit: In illo tempore. s. post eiectionem surdi & muti, accesserunt ad illum quidam de scribis & pharisæis dicentes: Magister volumus a te signum videre. Dicit Hiero. Signum postulãt quasi illa quæ viderant signa non fuissent, vt lucas exprimit capite. 11. Petentes non ex deuotione vt ex hoc crederent, sed ex curiositate signum de cœlo, forte vt tonitrua audirent vt tempore Samuelis. 1. Reg. 2. Quod fuit magnum in Palestina tẽpore ætatis propter defectum materię, & potentiam agentis, scilicet solis qui consumit omnes vapores, ita quod non possunt ibi generari huiusmodi passiones aereæ: & ideo raro sunt ibi pluuiæ. Vel forte petebant ignem de cælo descendere sicut tempore Heliæ. 4. Reg. 1. quasi non possent talia signa calumniari, & dicere, quod ex variis aeris passionibus accidissent. Contra quos Hieron. sic ait: Nam si calumniaris ea quæ oculis vides, manu tenes, vtilitate sentis, quid facturus esses de his quę de cœlo veniunt vtique respõdebis, & magos in AEgypto multa signa fecisse de cœlo. Hęc ille. ¶ Et nota quod Verba eorũ sunt plena adulatione quia magistrum vocant quem prius dæmoniacum appellabant. Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signũ quærit & signũ nõ dabitur ei nisi signũ Ionę prophetæ. Vbi sciendum quod quando conuiciabantur ei dicentes: quod in principe dęmoniorum dæmonia eiiceret, mansuete respondit eis per rationes improbans dictum eorum. Hic vero eum laudando adulantur magistrum vocãtes, aspere respondet eis. In quo docet opprobria & adulationes esse vitandas vel vt Chrisosto. dic hoc fecit demonstrans quod vtraque passione erat superior, & neque conuitiis in ira m

adducitur neque adulatione mollitur. Hæc ille. Et sciendum quod vocat eos primo generationem malam, quia vt dic. Chrysost. Ipse CHRISTVS propter hoc dicit eos generationem malam quoniam ingrati super facti sunt contra benefactores, & per benefacientes moniti deteriores fiebant, quod est vltimæ malitiæ. Hec ille. Secundo vocat eos generationem adulteram: quia & si idola non colebant tamen a vero sponso CHRISTO se alienabant Et quia dixerat quod non dabitur eis signum, scilicet nisi signum Ionæ prophetæ, ideo quale illud signum fuerit ostẽditur cum subditur. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus. & tribus noctibus, Ionas enim fuit signum Niniuitis dupliciter verbo & facto. Verbo quia viua voce eis significauit quod perirent nisi conuerterentur. Facto quod fuerit in ventre ceti tribus diebus & noctibus Vbi fuerunt tria. s. absorptio, de tẽtio, euomitio. Absorptio fuit mortis signum, de tentio sepulturæ, euomitio resurrectionis. Vnde Rabanus ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos & nisi pœniteant subuersioni fore proximos. Sed sicut illis denuntiatur supplicium & demonstratur remedium: ita Iudæi non debent desperare veniã si saltẽ post Christi resurrectionem egerint pœnitentiam, quia mors Christi reconciliatio est mundi. Ionas enim. id est columba vel dolẽs est signum eius super quem descẽdit spiritus sanctus in specie columbę, qui & dolores nostros portauit. Piscis qui Ionam deuorauit in pellago significat mortẽ quam Christus passus est in mundo, Tribus diebus & tribus noctibus fuit ille. s. Ionas in ventre ceti. Et ille, scilicet Christus in sepulchro, ille eiectus est in aridam, ille surrexit in gloriam. Hæc ille. ¶ Et sciendum quod illi tres dies intelliguntur per synecdochen secundum Hieronymũ vt in parte totum intelligas. Prima ergo dies computatur a parte diei parasceues cum nocte præcedente. Secunda a die integra. s. sabbati cum nocte præcedente. Tertia parte diei dominicæ cum nocte præcedent. Et sic sunt tres dies artificiales, & tres noctes, vel aliter, trib⁹ noctibus. id est. duabus secundum rem, & tertia secundum rationem. Nam ante passionem dies præcessit noctem in quo significatur status innocentiæ præcedens statum culpæ, secundum hoc

dies parasceue cõputatur cum nocte sequẽte, dies sabbati cum nocte sequente. Et sic duo dies, & duæ noctes. Tertia dies dominica cũ nocte præcedente, quia tunc nox præcessit diem, & sic illa nox in ratione duarum computatur. Et sic sunt tres dies & tres noctes. ¶ Nota secundum Gregorium. Signa facere non est sanctitatis probatio, sed vnum quenque sicut seipsum diligere virtus Christiani hominis consistit in amore non in miraculi ostensione. Ioh, 13. In hoc omnes cognoscent quod mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad inuicem, non di. Si signa feceritis Hieronymus. in primitiua ecclesia signa necessaria erant, nunc non, Primo quia fides non erat introducta. Nam per filium zeta inseritur & postquã filium est introductũ zeta non est necessaria, Secundo in primitiua ecclesia fides non erat roborata. Gregorius exemplificat de iuuenibus plantis quæ primo rigantur, postea non. Tertio: ideo quia ecclesia modo meritis est cumulanda. Vnde Gregorius dicit, Fides non habet meritum vbi ratio, & cæte. Ideo reprehensibiles sunt tales qui signa quærunt ad credendũ, vel qui desiderant quod eis loquatur deus visibiliter vel p angelum, vel volunt certificari an sint in gratia vel nõ. Quod si fieret forsitan per reuelationẽ superbirent, & peiores efficerentur. Vnde Romanorũ. 1, Iustus ex fide viuit Ideo hæc est generatio mala quæ fidem inficit. Et ideo Iaco. 2. capitulo sic dicitur. Fides sine operibus mortua est. Psalm. Generatio mala non dixerit secundum deum cor suum, nec est creditus cum deo spiritus eius. Adultera quæ spirituale adulterium committit, Psalm. Fornicati sunt in adinuentionibus suis. Ideo talibus non datur signũ vanitatis & curiositatis, sed vtilitatis. Ionas propheta figurat peccatorẽ qui est in mari pœnitẽtiæ, & non submergitur per desperationem sed a ventre ceti suscipitur & in sinu diuinæ misericordiæ sustentatur in quo manet per triduum contritiõis & satisfactionis. Et per hoc triduũ suscitatur a morte peccati. Osee. 6. Viuificauit nos post duos dies. i. die. 3. suscitauit nos & viuem⁹ in conspectu ei⁹, & trib⁹ noctib⁹ cũ deflet tria peccata cordis, oris & operis. Vel defler p̃terita, declinat præsentia, & cauet futura. De his noctibus Tob, 8, Deprecemur deũ hodie & cras. quia his trib⁹ noctib⁹ deo iũgemur Hę noctes nõ habẽt ob curitatẽ. Psam. Nox sicut dies illuia

bitur. Sed multi figuram Ionæ non respiciunt: ideo viri Niniuitæ condemnabunt eos. Sed diceres quare non signũ de cœlo, sed signum de inferno, vel sepulchro, Respõdetur propter indignitatem, quia filii viperarũ, Matthæ. 3. Progenies viperarum quis demõstrabit vobis fugere a vẽtura ira. secundo ideo quia filii diaboli propter prauitatẽ. Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, ergo non de cœlo sed de inferno. ¶ sed dicitur: Cur ionas & nõ alter propheta a Christo ponitur pro signo? Respondet Hieronymus, Quia in Iona dominicum mysterium manifeste mõstratum est in multis quæ significabant Christum. Primo ideo. Ionas missus prædicare Niniuitis tempestatem patitur maris. sic filius Dei missus a patre in mundum tempestatem, id est, persecutionem a populo patitur. Hiero. Actualis nõ defuit sæuitia premẽs & iustitia patiens. Secũdo Ionas dormiuit in tempestate: sic Christus mortuus in persecutõe. Tertio Ionas missus in profundũ maris aceto deglutitur. & sic Christus amarissima morte mortuus anima infernum intrauit corpus sepulchrũ, & deitas cum vtroque. Quarto: ideo qa sicut Ionã cetus ille nec digerere nec intra se valuit retinere: ita infernus & mors non potuit retinere Christũ: Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionẽ. Quinto quia sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. & sicut cetus tertia die cum euomuit: sic & Christus tertia die resurrexit. Item sexto ideo: quia sicut Ionas solus eiectus est in mare vt alii saluarentur, ita Christus solus mortuus est vt nos omnes saluaremur, Ioan. 18. Si me quæritis sinite hos abire. Item septimo sicut Ionas prædicauit Niniuitis si non pœniterent absorberentur: ita Christus Iudæis. Lucæ. 13. Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Subdit: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cũ generatione ista, & condemnabunt eam. Sed di. tamẽ dicitur Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Respõdet Hiero. in homil. quod ipsi condemnabunt eam non ea authoritate vt Christus, nec approbatione sententiæ vt apostoli sed comparatione exemplo. s. melioris Vitæ. Hic vlterius quæritur super illo verbo. Signum non dabitur eis. &c. Quare non dedit eis signũ vt viso signo crederẽt in ipsum Dicendum quod non quærebant signum ad credẽdum. sed ad reprehendendum secundum Chriso. ideo tunc non de-

dit parcens eis. Item dicitur, signum non dabitur. Contra. Multa signa dedit eis ante suam passionem sicut illumina tionem cæci & multa alia. Dicendum quod illud nõ est di ctum quod alia signa ante mortem Christi non fuerãt da ta sed quia mors & passio ei⁹ fuit signum præcipuũ & vl timum signum signorum in quod omnia ducebãtur, quod specialiter datum Iudæis dicitur quod illi si crederent sal uarentur sin autem aliter subuerterentur. Vel intelligendũ est illo modo. Signum non dabitur eis, & si postea datum sit. Similiter alia dubia superius mota. s. in præcedentibus hic etiam possunt adducit. ¶ Dixi secundo tãgitur commi natio pœnalitatis infligendæ. De qua nunc sequitur. s. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & cõ demnabunt eam quia pœnitentiam egerunt in prædicatio ne. Ionæ, &c. ¶ Vbi sciendum quod ne quis secundũ Chry sostomum æstimaret quod Iudeis in futuro conuerterent sicut Niniuitæ, ideo Saluator totum contrarium dicit, quo niam ex beneficio passionis Christi nullum fructum per ceperant, quia Niniuitæ condemnabunt generationem iu dæorum non authoritate iudicandi sed comparatione me lioris vitæ. Si condemnabunt ergo non conuertentur. Hoc verum est de Iudæis qui rei fuerunt in passione Christi, ex certa malitia, Melioris autem vitæ fuerunt Niniuitę quan tum ad hoc quod pœnitentiam egerunt ad prędicationem Ionæ. Et subdit: Ecce plusquam Ionas hic. s. in medio vestri Quia secundum Hieronymum: Ionas triduo prædicauit Christus tribus annis cum dimidio. Ille assyriis genti in credulæ, Christus Iudæis populo Dei. Ille voce simplici, Christus voce signis & miraculis. Illi Assyrii cõuersi sunt ad prædicationem Ione isti Iudæi non conuertuntur nec meliorantur. Ideo Assyrii condemnabunt istos: quia plus quam Ionas. Hec Hieronym. ¶ Sciendum quod Rabanus dic. Tunc ostendit dominus his presentibus verbis vnam esse bonorum & malorum resurrectionem futuram cõtra quosdam hęreticos qui dixerunt vnam esse resurrectionẽ bonorum & alterã malorum. Destruit etiam in his verbis fabulam Iudeorum qui solent dicere quod ante iudicium mille anni. celebrabitur. resurrectio aperte his verbis ostẽ dens quia mox vt celebrabitur resurrectio. celebrabitẽ & iudicium. Hæc ille. Et notauit in his verbis, Surgent & con

demnabunt eam. Subdit, Regina austri. Luc. 12. Seru⁹ sciēs voluutatem domini, & non faciens vapulabit plagis multis. Et sic Iudæi & mali Christiani, Psal. Nos autem populus eius & oues pascue eius. Grego. Quanto maiora beneficia tanto maiora supplicia. Ad Roma. 1. Quia cum cognouissent Deum non sicut deū non glorificauerūt, aut gratias egerunt sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratum est incipiens cor eorum. Ideo apostolus ad Hebræ. Si quis non faciens legem Mosi sub duobus vel tribus testib⁹ moritur quanto magis qui sanguinem Christi conculcauerit. Heb. 6. Rursum crucifigentes filium dei, &c. Regina austri surget in iuditio cum generatiōe ista quæ venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis. Prouer. 1. Doctrinā atque sapientiam stulti despiciunt. O quot sunt vt dicitur ibid. Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus Sicut impossibile est peccatorem saluari sine pœnitentia sic & a peccatis abstinere sine sapientia. Et ecce plusquam Salomon hic. Hiero. Eodē modo condemnabit regina austri populū Iudæorū quo condēnabunt viri Niniuitæ Israelē incredulum. Hæc ille Illa a remotis venit isti presentem habuerūt Illa mullier, isti viri. Illa cū labore, isti sine difficultate. Illa laudauit alienigenē. s. Salomō, Isti condemnauerūt propriū terrigenā. s. Christū. Illa ad ipsum venit quē sola fama cognouit isti probatū miraculis contēpserūt Illi ad purū hominē isti ad deū hominē Illa cum muneribus isti cum opprobriis & vulneribus. Idcirco dicit Chrysostomus: Regina austri venit a finibus terræ & Christiani nolūt venire de plateis ad audiendum Christum. Multi de ecclesia exeunt, & Christum ibi solum relinquāt. Sequitur nunc comminatio æternæ pœnæ per præsentem comminationem, ibi. Cum immūdus spiritus exierit de homine, &c. vsq; ibi Sic erit generationi huic pessimæ. Hoc inuenies expositum intra dn̄ica tertia quadragesimæ , ideo hic exponere prætermitto. ¶ Dixi tertio tangitur examinatio charitatis amplexandæ quod desiderium probat de maternis reb⁹ vel affectibus. Adhuc eo loquēte ad turbas ecce mater eius & fratres eius stabant foris quærētes loqui. eis. &c. ¶ Vbi sciendum quod Christus turbis prædicando confudit scribas & phariseos sicut & hodie debet fieri prędicando ad populum vulgarem vbi reuera expedit vitia prælatorū ta-

gi, attamen generali sermone quia prædicator non descendat ad singularia hominum. Et sciendum quod licet Pharisei essent mixti cum turbis, tamen principaliter prædicabat propter turbas erudiendas. Aduertendũ est etiã secundũ Chrisost. quod quando dyabolus vidit quod Christus persuadebat populo quod esset filius Dei dicens. Ecce plusquã Ionas hic, &c. Et timens ne si filius dei cognosceretur qui putabatur homo ipso derelinqueretur ab ominibus. Ideo advincendos sermones eius introduxit parentes eius carnales vt per eorum contemplationem diuinitatis eius obscuraret naturam. Et venit vnus diaboli existẽs aduocatus, quia humano ore verba diabolica loqbatur dicẽs: Ecce mater tua. &c. Incidiãdo hoc dixit, vt exploraret si carnis affectu prædicationem inceptã dimitteret. Et ideo multas implicauit instantias quæ ipsum mouere poterant ad cessandum dicens. Ecce quasi in prõptu sunt & in patulo vbi verecũdum est stare. Item mater tua quæ præcipitur honorari. Itẽ fratres tui quos natura & lex iubet diligi. Item fortis stant expectantes te in loco exteriori. Itẽ quærẽtes te, quia propter te solũ venerũt ideo debes ad eos egredi. q. d. secundũ Chrys. Qui gloriaris o Iesu de cœlo dicẽs te descẽdisse qui radices habes in terra, nõ potes esse filius dei qui hoĩes generũt nõ potes in te illã abscõdere quẽ natura cõuicit, Fratres autẽ nominat cognatos eius secundũ morẽ scripturæ, vt dicit Hier. cõtra helsuidiũ. ¶ Vlterius nũc sciendũ, quod quatuor modis in scripturis diuinis fratres dici mereatur, natura, gẽte, cognatione, affectu. Natura vt Iacob & Esau. Gẽte vt omnes Iudæi fratres inter se vocantur sicut in Deute. Non poteris super te constituere hominem alienum qui non est frater tuus. Porro cognatione vocantur fratres qui sunt de vna familia. Sicut in Genesi dixit Abraham ad Lot. Nõ sit rixa inter me & te, quoniam fratres sumus. Affectu etiam fratres dicuntur quod in duo diuiditur, in speciale & commune. In speciali, quia Christiani fratres dicuntur vt saluator dicit. Vade dic fratribus meis. Porro in communi quia omnes homines ex vno patre nati pari inter nos germanitate coniungimur, sicut ibi. Dicite his qui oderunt vos, fratres nostris vos estis. Interroga ergo iuxta quem modum fratres domini, in Euangelio appellantur iuxta naturam, Sed scriptura non dicit nec

Maria nominans eos filios, nec Ioseph iuxta gentem Sed absurdum est pauci ex Iudæis vocati sunt fratres cum omnes qui ibi erant potuerunt appellari iuxta affectum humani iuris & spiritus videtur quod sic: quia magis erãt fratres quã apostoli quos dominus docebat intrinsecus, aut si oẽs quia hoĩes sunt fratres stultũ fuit nũciare quasi propriũ Ecce fratres tui quærunt te. Restat igitur vt fratres eos intelligas appellatos cognatione non affectu, non gentis priuilegio, non natura. Hec Hierony. Et respondens dicenti sibi ait. Quæ mater est mea & fratres mei, quasi dicat Non habeo carnalem affectum ad eos. Per hoc enim secundum Hiero. non negauit matrem ne natus de fantasmata putaretur, sed apostolus cognati prętulit, Vt & nos in cõparatione dilectionis carni spiritũ præferamus, hec ille. Et extẽdẽs manũ suã in discipulos dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Mater eius sunt qui eum in corde suo concipiunt & eum pariunt per prædicationem in cordibus auditorũ Et fratres eius sunt qui opera patris eius faciunt qui ei cohęredes erunt in cœlo. Et hi fuerunt discipuli eius de quib? dixit Iohã. 20, Vade ad fratres meos & dic eis In hãc maternitatẽ aut fraternitatẽ spiritualẽ confidere debemus non in carnalem. Vnde Chris. Cum his autem quæ dicta sunt & aliud nos docet, videlicet in nulla cognatione confidentes virtutem negligere. Si enim Marię nihil prodesset matrem esse nisi virtus adesset, quis vtiq; alius per cognationẽ saluabitur vna enim sola nobilitas est. s. dei facere volũtatem, hęc ille. Et sciendum quod non solum dixit hic saluator se habere spiritualem affectũ ad discipulos sed ad omnes alios. Ad Hebræ. 2. Non confunditur eos vacare fratres. De quibus nunc subditur. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est ipse meus frater & soror & mater est. Frater enim & soror Christi efficitur homo credendo. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Mater vero prædicando, quia gignit fructum in cordibus antiquorum. ¶ Nota verbũ dei concipere & parere es tres fœlicissima. Vnde Aug. loquens de virginitate dicit. Gratior fit Virgo Maria profitendo CHRISTVM quam concipiendo carnem CHRISTI. Nihil enim Mariæ materna propinquitas profuisset nisi illa fel[illegible] eius corde quam carne gestasset. Sed diceres quare d[illegible]

minus non fecit mentionem de patre dicendo ipse meus fra ter soror & pater est. Respondetur secundum Hierony. ad hoc quod homo generat alium spiritualiter, oportet quod homo a deo accipiat. Non enim homo hoc a se habet, vt aliũ posset spiritualiter generare, ideo non meretur dici pater generati. Nam pater concurrit ad generationem actiue qualiter homo ad spiritualem generationẽ concurrere non potest, sed solũ more matris passiue & receptiue. ¶ Sed dices, quare Christus non dicitur filius noster. Respondetur quod hæc formatio non dat esse Christo, sed potius nobis: aliud est enim formare Christum, aliud Christum formari in nobis. Sicut aliud est figurare sigillum, aliud figurare sigillum in cera Christus non figuratur per nos: sed figuratur in nobis. ☞ Nota voluntatem dei debemus implere. Primo propter seruitutis conditionem. Augu. in solilcquio Noli esse proprius in tuæ voluntatis potestate, non est serui vt viuat sibi, sed domino. Et sic loquitur apostolus ad Galat. 2. viuo autem iam non ego sed viuit in me Christus. Et sic scribitur ad Ro. 6. cap. Quod enim viuit, viuit deo. Secundo propter fortem beneficiorum obligationem. Vnde Ber. in libro de diligendo deum. Ratio dictat, iustitia naturalis vrget totum se tradere illi a quo se totum habet & subdit postea. Si totum me debeo pro me facto qui addã iam pro me redẽpto & refecto. In primo opere. s. creationis me mihi dedit. In secundo. s. redẽptionis se mihi reddidit. Tertio propter voti promissionem, promisimus enim ei in baptismo renunciare diabolo. Psal. 72. Vouete & reddite domino deo vestro. Ecclesiast. 5. Melius est non vouere quam post votum promissa non reddere. Quarto propter nostræ voluntatis impletionem, quia qui voluntatem dei implet deus facit voluntatem suam. Iohan. 9. Si quis dei cultor est & voluntatem eius facit hunc audit.

¶ De eodem Sermo. II.

V Iri Niniuitæ consurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam quia pœnitentiã egerũt in prædicatione Ionæ. Matth. 12. Ista verba terribilia sũt his qui hoc tempore pœnitentiã agere nolunt. Ideo Hieronym. Omnis peccator in pœnitentia duplicem gemitum habere debet. Nimirum quia bonũ quod

portuit non fecit, & malum quod non oportuit fecit. Cum ad bona opera non resurgimus, necesse est vt nosmetipsos dupliciter defleamus. ❡ Ad hoc autem vt pœnitentiam agamus, nos multa incitare debent. Attendamus igitur vtilitates pœnitentiæ quæ adpræsens sunt quatuor secundum quatuor quę peccatū in anima dereliquit. Peccatum enim aufert gratiam, debilitat naturam, elōgat gloriam. & obligat ad pœnam. Sed econtra, pœnitentia recuperat gratiā reparat & confortat naturam, reddit gloriā & relaxat pœnam. Primo pœnitentia recupera gratiam quandoque maioram quam perdita sit per culpam. Sicut legitur Iob. 42. Dominus conuersus est ad pœnitentiam Iob cum oraret ille pro amicis suis, & addidit deus omnia quæcunque fuerant Iob duplicata. In signum huius dicitur Iohel. 2. Reddā vobis annos duplices quos comedit locusta, id est, peccatū consumpsit. Et habetur de filio prodigo Lucæ. 15. Cito proferte stolam primam, &c. Item figuratur. 2. Parali. 33. cap. Egit pœnitentiam Manasses, & restitutus est in regnum. Vnde Cyprianus: O pœnitentia quæ miserante deo peccatum dimittis, paradisum aperis: quæ contritum sanas, tristē que exhilaras, vitam de interitu reuocas, statū restauras, honorem reddis, fiduciam reformas, gratiam habundantionē infundis. Secundo reparat & confortat naturam. Hinc est quod dicitur Iudic. 5. Quotienscunque pœnituerunt recessisse a cultura dei sui, reddidit eis dominus virtutem resistēdi. Vnde Iohan. episcopus. Quid horres a peccator confiteri quod non es confusus perpetrare: cur vereris domino iudicare quod non es veritus ipso præsente committere. Nunquid deum ignorare putas quod fecimus, nobis pœnitentibus astat. Peius est confiteri non velle, quam legem cōtemnere. Peius est admissam pœnitentiam spernere, quam monita diuina despicere. Peius est offensam dei nolle placare, quam peccando dei bonitatem offendere. Filii Israel peccauerunt, & ideo hostibus tradebantur. Quotiens autem se peccasse confitebantur, de ipsorum manibus eruebantur. ❡ Tertio pœnitentia reddit gloriam. Matthæi. 3. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Ad pœnitentiam autem agendam inuitamur Apocal. 2. Memento vnde excideris & age pœnitentiam, & prima opera fac s. innocētiam. Sin autem venio tibi & mouebo cādelabrū

tuum de loco suo nisi pœnitentiam egeris. Qui si pœnitueris deus piissime respiciet & multa bona impendet. Vnde August. de spiritu & anima: Beata anima quam dei pietas respicit, humilitas subiicit, pœnitentia reducit, iustitia inducit, perseuerãtia perducit, deuotio introducit, puritas vngit, charitas venit. ☞ Quarto pœnitentia relaxat pœnam, Hieremiæ. 18. Si gens ista pœnitentiam egerit a malo suo quod locutus sum aduersus eam agam & ego pœnitentiã sup malo quod cogitauit vt facerem ei. Psalm. 105. Et pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suę. Ibi glo. Nu quod pœnitẽtia in deum cadat, sed remittat quod faciendum contra eum videbatur. Vnde Ambrosi. Nouit dominus mutare sentẽtiam si tu noueris mutare delictum ☞ Item nota quatuor quæ inter alia pœnitẽtiam commẽdabilem faciunt videlicet si sit humilis & deuota, si sit generalis & integra, si sit discreta & moderata, si sit bona intentione facta. ☞ Primo pœnitentia debet esse humilis & deuota. De humilitate dicitur. Iob. 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te Ideo meipsum reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Pœnitentiam agere aliud non est quam contemplatiuam animã in fauilla, & cinere sedere & se cognoscere. Bernar. Humilis est satisfactio quam præcessit transgressionis superbia Item pœnitentia debet esse lachrimosa & deuota. Iudit. 8. Pœniteamus cum lachrymis & indulgẽtiam eius postulemus. De lachrymis pœnitẽtis dicit Augustinus. Omnes aquę non extinguerent vnam scintillam in inferno, sed vna lachryma si de puro & contrito corde processerit totum ignem inferni extinguit. ☞ Secundo pœnitentia debet esse generalis & integra, non debet enim pœnitere de vno, sed de omnibus propter quod dicit dominus. Ezechielis. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia pręcepta mea & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Ideo libenter debemus agere pœnitentiam isto tempore, quia multam salutem & consolationem pater cœlestis, & misericordiarum propter pœnitentiam nobis vult impendere. Quod testatur Isidorus, sic dicens, Pœnitentia est medicamentum vulneris, spes salutis, per quam peccatores saluantur, per quam Deus ad misericordiam prouo-

catur quæ non pensatur tempore, sed luctus & lachryma rum profunditate. ℭ Tertio pœnitentia debet esse discreta vt secundum quantitatem culpæ fiat pœnitentia, Matth. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ, Glos. Dignos secundum quantitatem culpæ quod sit ex discretione quæ necessaria est pœnitenti. Quam discreta autem debeat esse pœnitentia dicit Hierony. Non oportet ieiunare vsq; ad defectum orare vsque ad tædium, genua flectere vsque ad debilitatẽ quia bona opera non solum indigent deuotione, sed etiã discretione Alia glo. Discretio in pœnitentia est quæ timorem & metum ante oculos dei ponit recordans antiquę turpitudinis, Gregorius in Pastorali. Vniuscuiusque mens tantum pœnitendo compunctionis suæ eliciat lachrymas quãtum se meminit a deo meruisse culpas.

ℭ Quarto pœnitẽtia commendabilis est si sit bona intẽtione facta nõ per ostẽtationẽ vel mundi gloriam, sicut Pharisæus qui se iactabat de hoc quod bis in sabbato ieiunaret. Luc. 18. Sed sicut Manasses. 2. Paralip. 33. qui postquã coangustat⁹ est orauit dominum deum, suum, & egit penitẽtiã valde corã deo patrum suorum & non corã mũdo, In quo intelligitur recta intẽtio pœnitentis. Nos igitur salubriter hoc tẽpore pœnitẽtiã agam⁹, quia pœnitẽtia nostra cor nostrum emundat, sensum illuminat, animam suscitat, & ad susceptionẽ Christi præparat, præcordia exhilarat, diuinã aufert offensam, & hominem a venia & misericordia patris cœlestis excludere non permittit, Vnde August. Quę necessitas cogit pœnitentiam nõ agere nec criminis immensitas nec horæ breuitas, nec vitæ enormitas excludit a venia, si sola fuerit mutatio, voluntaris. Considera de criminis immẽsitate in Petro, vitę enormitate in magdalena, de horæ breuitate in latrone.

Feria. V. Sermo. I.

Men amen dico vobis. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati, Iohan, 8. ℭ In summa A euãgelii duo innuũtur. Primo prędicatio christi benigna ibi dicebat Iesus ad eos. Secundo subditur Iudęorũ murmuratio maligna, ibi. Respõderunt Iudæi. De primo dicit. In illo tẽpore scilicet dum quadam vice dominus prædicaret Et erant ibi discipuli sui. Erant etiam ibi quidã de nouo ex Iudæis conuersi

& erant etiam ibi alii iudæi nondum conuersi. Tunc dominus iesus dicebat ad eos qui crediderunt ei, ad illos iudæios scilicet qui de nouo erant conuersi. Si vos manseritis in sermone meo, id est, si sermonem meum bene seruaueritis triplicem vtilitatem habebitis. Primò discipuli meieritis, quia verbum dei facit hominē discipulum Christi Ioan. 8. Qui ex deo est verba dei audit. Secundo, & cognoscetis veritatē, id est, me quia ego sū via veritas & vita. Ioā. 14. Verbū enim dei illuminat intellectum vt veritatem qui cognoscat. De quo Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum Et Pro. 6. Mandatum dei lucerna est, & lex lux, scilicet veritatis. Nam sicut dicit August. Veritas opponitur falsitati duplicitati & vanitati. Illud enim quod verum est non est falsum non est duplex non est duplex non est vanum. Verba igitur dei faciunt nos de mundo cognoscere veritatem, quia faciunt nos cognoscere quod omnia mundana sunt falsa, duplicia & vana. Falsa quidē sunt quia mundus in diuitiis promittit satietatem & dat vacuitatem sicut patet Lucæ. 16. In illo diuite epulone qui ad tantam vacuitatem deuenit quod guttam aquæ habere non potuit. In delitii promittit delectionem & dat amaritudinam Proue. 5. Fauus distillans labia meretricis, nouissima autē illius amara quasi absintium, In honoribus promittit sublimitatē vel sublimationem & dat subitam deiectionem, Vnde Iob. 21. Tenent timpanum & citharam atque gaudāt in sonitu organi, ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descēdunt. Itē. 30. Eleuasti me & quasi super ventum me ponēs allisisti me valde. Secunda ipsa mundana sunt duplicia & mixta. In mundo enim nihil purum, sed omnia sunt mixta iuxta illud Isaiæ. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Siquidē gaudium mundi est mixtū cum dolore Sapiētia est mixta cum obliuione. Sanitas mixta cum ægritudine. Vita est mixta cū morte, In præsenti ergo vita sunt mixta, sed in beata vita erunt pura, in inferno autem erunt fœculenta. Deus autem a gaudio separabit dolorem, a sapientia obliuionem a sanitate ægritudinem, a vita mortem, & omnes feces, scilicet dolorem proiiciet in infernum, sanctis autem remanebunt omnia purissima, scilicet gaudium sine dolore, sapiētia sine obliuione, sanitas sine ægritudine, vita sine morte. ¶ Tertio ipsa mundana sunt vana, habent enim va-

nitatem ex parte principii, quia ex nihilo sunt creata, Ex parte medii, quia multiplici mutabilitati sunt subiecta. Ex parte finis quia in nihilum sunt redigenda. Ecclesia. 3. Cuncta subiacēt vanitati. &c. Hic refertur de vanitate ex parte principii, quia de terra facta sunt & in terrā pariter reuertuntur. Hic refertur de vanitate exparte finis. ❡ Tertia efficatia verbi dei est, quia per ipsum cōsequitur homo plenam libertatem. Ideo subdit. Et veritas liberabit vos, scilicet a seruitute peccati, quia verba dei in corde recōdita faciunt vitare peccata. Psalm. 118. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi.

❡ Dixi secundo tagitus Iudæorum maligna murmuratio cum dicitur. Respōderunt ei Iudæi. s. ista audientes & hoc illi qui nondum erant conuersi, grauiter enim isti tulerunt verba Christi & maxime pro eo quod dixerat, & veritas liberabit vos putātes Christum de carnali libertate dicere & ipsi iā seruirēt. Ostēdūt igitur Iudæi se liberos esse, quia haberent triplicem libertatem. Primo libertatem quę prouenit ex carnis propagatione, quia habent liberum patrē. Vnde dixerunt. Semen Abrahæ sumus. Secundo dicunt se habere libertatem, quæ fit ex animæ virtute cum dicunt Et nemini seruiuimus vnquā quasi dicerent. Tantę sumus magnitudinis & virtutis quod nullis nationibus vnquā seruire voluimus, nec subiici nisi deo, Vbi dicit glos. Mentiuntur quia Ioseph seruiuit in Aegypto & patres eorum seruierunt Pharaoni in luto quadringētis annis. Et isti seruierunt Cęsari in tributo. Ideo Aug. inuehitur cōtra eos dicēs, ergo prophetæ non sunt in captiuitatem ducti. s. in Babyloniam septuaginta annis. O ingrati quod est quod vultis. vobis assidue imputat deus quod vos de domo seruitutis liberaret, vos quid loquimini. Si nemini seruitutis cui soluebatis tributa? Tunc ostendit ergo dominus seruitutem peccati esse in eis dicens. Amen amen dico vobis omnis qui facit peccatum seruus est peccati, Et dicitur notanter omnis siue Iudæus siue gētilis, diues vel pauper, imparator vel mādicus si facit peccatum seruus est peccati. Et quāto liberiores ad peccatum tanto magis ligatus es ad seruiēdum peccato, vt dicit Grego. in mora, Et de hac seruitute dicitur. 2. Pet. 2. A quo quis superatus est huius & seruus est Nam seruitus peccati durior est quam quæcunque seruitus domini secularis

Vnde Aug. O miserabilis seruitus seruus hominis aliquādo sui domini duris imperiis fatigatus fugiēdo requiescet. Seruus autem peccati qui fugit peccatum tuum secum trahit. Peccatum enim quod facit intus est fecit enim peccatū vt aliquam corporalē caperet voluptatē, voluptas trāsiit peccatū nō transit, præteriit quod delectat remansit quod pūgit. Sicut diabolus licet delectatur in peccato tamen secum portat infernū. Sic pecator & si delectatur in peccato, tamē pœnam eius secū portat. Ideo Hiere. 16. Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiē die ac nocte. Ergo peccatores nō habent libertatē animi sed sunt serui peccati. Vnde Aug. Peccator est seruus tot dæmoniorū quod vitiorum. Vnde legitur cum Alexander corā philosopho Diogene dixit se esse dominatorē mundi. Ille ait. Nequaquam es dominus, sed seruorū meorū seruus. Superbia enim ancilla mea est, sed domina tua carnalis cōcupiscentia & gula sunt dominæ tuæ & ancillæ meæ. Ista enim oīa sub pedibus meis teneo, & tamen tibi dominantur, & ideo es seruus ancillarum mearū. Cum ergo famuli Alexādri in eum vellent irruere: ait Alexander. Videte ne quis eū attingat, quia seruus dei est, & veritatem vtiq; dicit. Tunc subdit quod hi q sunt serui peccati sunt exhæredendi dicēs. Seruus nō manet in domo in æternū. Filius autē s. dei naturalis manet in ęternum, quia solus est sine peccato & sic habet potestatē alios liberādi a peccato, faciēdo eos filios dei per gratiā adoptionis vt secum maneant in domo libertatis. Et hoc est quod concludit dicens. Si ergo filius qui vere liber est vos liberauit vere liberi eritis, nō a barbaris, sed a diabolo, non a corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Tūc subdit. Scio quia filii Abrahæ estis. s. secundum carnem, sed non secundum imitationem. Nam Abraham habuit tria opera commendabilia Primo quod ad dei pręceptum filium suum immolare voluit. Iudæi autem econtrario filium dei occidere volebant. De quo subdit. Sed quęritis me interficere quod Abrahā non fecit. Secundū cōmendabile, nam Abrahā sermoni dei obediuit deo dicēte sibi. Gen. 12. Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, & c. Sed Iudæi sermoni ipsius nolebant obedire. Ideo subdit. Sermo meus non capit in vobis. Augu. i. non capit in cor vestrum: quia nō recipitur a corde vostro. Sic eī est sermo dei fideli

bus, sicut pisci hamus tunc capit quando capitur. Tertium, Abraham dei veritati credidit deo dicente sibi: Gen. 12. Semini tuo dabo terram hanc. Sed Iudæi veritati quā eis prædicabat Christus nolebāt credere. De quo subdit. Ego quod vidi apud patrem meū loquor vobis & vos quæ vidistis apud patrem vestrū facitis. q. d. Hęc non faceretis si sermonem meum audiretis, & filii Abrahæ essetis secundum imitationem. Tunc secundum Aug. Iudæi volebant prouocare Christum, vt diceret aliquid contra Abrahā vt esset eis occasio faciendi quod cogitabant, Ideo sequitur responderūt & dixerunt: ei pater noster Abrahā est. Tūc Christus ostēdit eos solo nomine & non vita esse filios Abrahæ, Vnde subditur. Dicit eis Iesus: Si filii Abrahæ estis opera Abrahæ facite, nūc autē quęritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum quā audiui a patre meo, hoc Abraham non fecit. Vos opera facitis patris vestri. s. diaboli. q. d. secundum Chrys. Rebus & factis ostendite vos esse filios Abrahæ & non solo nomine. Sic & vos Christiani animo & rebus ostendite Christum in vobis. Sed vide excusationē qua se Iudæi excusant. Vnde dixerunt ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. vnum patrem habemus deum. q. d. licet aliquando nostra synagoga a deo recedēs fornicata est cū diabolis nos tamen a deo non recessimus, nec cum idolis fornicati sumus. Nunquid non pater vnus est omnium nostrum, vt dicitur Mal. 2. sed hoc non fuit verum signū quod filii dei erant. Ideo ostendit Verum signum filiationis diuinæ dicens. Si deus pater vester esset diligeretis vtique me ego enim ex deo processi. s. per æternam generationē, & veni, neq; enim a meipso veni, sed ille me misit, quare loquelam meam non cognoscitis. q. d. Si diligeritis me congnoscceritis loquedā meam, quia ego loquor verbū patris mei, cum ego sum verbum. Eccle. 24. Ex ore altissimi prodii. Sicut autem Iudæi Christum ex inuidia, nec poterant sustinere vt ipsum viderēt iuxta illud. Sa. 2. Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimulis est aliis vita illius. sic ex inuidia non poterant sustinere vt ipsum audiret. Ideo subdit Quia non potestis audire sermonem meam, quia est contrarius vobis. Et subdit rationem. Vos ex patre diabolo estis. Quod autem diabolus pater eorum sit ostendit quia ipsum imitantur in tribus. Primo quia diabolus est iniquus in

desiderando,sic Iudęi contra Christum inique iudicabant Ideo subdit. Et desideria patris vestri vultis facere, scilicet cogitando me interficere. Hiere.18. Venite cogitemus contra iustum cogitationes. Secundo diabolus crudelis est in occidendo. Sic Iudæi Christum occidere proponebant. Ideo subdit. Ille homicida erat ab initio, vt dicit glosa, Ille non solum est homicida qui ferro, sed etiam qui verbo occidit. Vnde diabolus primos parentes verbis occidit. Psal.56. Lingua eorum gladius acutus. Ideo dicit ab initio. August. in li.11. Homicida fuit ab initio, scilicet amicus humani generis ex quo homo factus est. Sed secundum Orig. ab initio, id est, statim post creationem apostatauit, fuit tamē ibi aliqua morula, sed breuissima vbi seipsum occidit & post hoc genus humanum. Tertio diabolus est mendax in fallēdo siue in famendo. Sic & Iudæi Christum suis mēdaciis infamabant. Vnde subditur. In veritate non stetit: quia Veritas non est in eo. Cum loquitur mendatium ex propriis loquitur, quia mēdax est & pater eius. s. mēdatii. Sic & Iudæi Christum suis mendatiis infamabant dicentes. Ioan.9. Scimus quia hic homo pecator est dicentes eum peccatorem in corde. Item dicebant eum seductorem in ore. Mat. 27. Recordati sumus quia seductor ille adhuc viuens, &c. Item dicebant eum transgressiorem in opera. Ioan.9. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Quia ergo Iudæi sic iniquæ contra Christum cogitabant sic crudeliter eum occidere disponebant, sic mendaciter eum infamabant, ideo ex patre diabolo erāt qui ab initio peccauit hoc est, ex quo creatus est iustitiam recusauit, & in veritate nō stetit, id est, nūquam cum sanctis angelis creatori subiectus fuit sine peccato, sed post creationem per paruam morulā non permansit, Sic & Iudæi, Ideo sequitur. Ego autem si veritatem dico non crædit is mihi. Ecce flebile verbū diabolo mentienti creditur, Christo verum dicenti contra dicitur.

ℭ De eodem. Sermo. II

QVI facit peccatum seruus est peccati. Ioan.8. ℭ Notandum quod in peccato viuere malum est specialiter propter quatuor mala quę peccatum facit in nominis vita. Primo nanque hominē bonis spiritualibus & temporalibus spoliat. Secundo malis spiritualibus & corporalibus replet & cruciat, Tertia

deum ad iracundiam prouocat. Quarto huminem bonorū societate priuat & spoliat. Primo peccatum hominem bonis temporalibus & spiritualibus priuat. Bona nostra spiritualia sunt virtutes & diuitię & gratiarum actia. Isti sunt thesauri bonorum quibus homo spoliatur per peccatū mortale. Hiere. 15. Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratias in omnibus peccatis tuis. Ecce quomodo peccatum hominem omnibus bonis virtutibus spoliat. Vnde Basilius in regula. Remissam facit animam & negligētem erga præcepta vt neglecta sua non possit ad memoria preuocare. Sed obliuiscens non se instigat ad pœnitentiam & ita paulatim omnibus bonis spoliatur. Nō solum autem peccatum aufert homini bona spiritualia: sed & pleumque temporalia. Ideo dicitur Amos. 5. Vineas amantissimas plantabitis sed non bibetis vinum ex eis, quia cognoui multa selera vestra & fortia peccata vestra. Ecce qualiter homo per peccatum rebus tēporalibus spoliatur. Ideo sciendum res iemporales non sunt hominis sicut dicit Ambrosius. Non sunt hominis bona quæ secum ferre non potest, sed sola eleemosyna vel misericordia comes est defunctorum. ¶ Secundo peccatum malis spiritualibus & temporalibus replet & cruciat homines: excecat enim sensum, & intellectum ne videant: inficit affectum & cor cruciat. Propter primum dicitur sophonie. 1. Ambulabunt vt cæci quia domino peccauerunt. Ecclesiast. 1. Omnis qui peccat non cognoscit deum. Et Isaie. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. Gregorius in homi. Carnis delectatio mentem quam inficit obscurat ne videre veri luminis possit claritatem. Sed vnde inferius delectatur inde mens ad superiora caligineobfuscatur Ecclesiast, 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Coluber animal venenosum est, sic peccatum quia quādiu homo in peccatis est deo digne seruire non potest Gregorius. Bonum meritorium non agitur, nisi prius malum deseratur. Propter tertium dicitur Psal. 37. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea: Et hoc propter peccatum. Sic ergo multiplici malo spirituali replet peccatum, & non solum spiritualiter sed etiam corporaliter cruciat. vt patet in Anthiocho. 1. Macha. 6. Ideo dicit dominus de illo infirmo qui triginta & octo annos habuit in infirmitate sua. Ioh. 5. Ecce inquit

sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi cōtingat. Si autem homo a deo misericorditer a peccato liberatur et sanatur, & ipsum peccatum iterum committit deum perdit, & quamdiu in peccato est ipsum verum amicum non habet. Gregor. deum apprehendere non valet qui adhuc in delectatione peccati iacet. Tertio peccatū deum ad iracundiam prouocat. Eccles. 5, In peccatores respicit ira dei. Psalm. 77. Apposuerunt adhuc peccare ei, in iram concitauerunt excelsum in inaquoso. Et tales qui sine timore peccant deus supra modum odit. Sicut pater in lucifero & Iuda Ecclesiast. 12. Altissimus adio habet peccatores. Et merito dominus peccatores odit, qui a peccatis magnis eū cruciant, & offendunt in cœlis regnantē, magis quā Iudæi In terris morantem, Greg. Plus peccat qui contemnit regnantem in cœlis quam qui crucifixerunt ambulantā in terris. ¶ Quarto peccatum facit hominem societate bonorum indignum. Propter quod dicitur Tho. 4. Panem tuū & viuū tuum super sepulturam iusti constitue & noli eo manducare & bibere cū peccatoribus. Quia dicit. Psal. 17. Cū sancto sanct⁹ eris &c. Et Gre. in homil. Morib⁹ prauis semp gravis est vita bonorum. ¶ Item nota quod peccatum non solum nocet homini in vita sed etiam in morte In morte nāque occurunt homini quatuor mala. Sæpe enim supplentatur & ignominiose moritur, a diabolo capitur, & tunc cruciandus ad gehennales flāmas deducitur & quod grauissimum est a gratia Dei visione in perpetum separatur ita ꝙ nec de suis rebus possit disponere nec peccata sua cōfiteri. Et ideo. di. Proue. 13. Iustitia custodit innocentis viam, impietas autem peccatorum supplantat, & ignominiose moritur, Hiere. 3. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra quoniā do. pec. Greg. Hac anima aduersione percutitur peccator Vt moriēs obliuiscatur sui q dum viueret oblitus est dei. Hoc ap literam plurib⁹ accidit peccatoribus qui ad tantam ignominiam & confusionē in morte deueniunt, quod etiam eorum corpora priuantur ecclesiastica sepultura. Sicut legitur de vsuratio quem plebs sepelire noluit & posuit eum super asinū qui gramina semper solebat portare tunc asinus cum deberet ire cum cadauere super cimeterium iuit subter patibulum. Vnde legit 3. Re. 16, de Baasa de quo dixit domin⁹ pro eo quod pecca

re fecisti populum vt me irritares in peccatis ei⁹, ecce ego demetam posteriora baasa, &c. Et sequitur. Qui mortuu fuerit de baasa in ciuitate comedent eum canes, & q̄ mortuus fuerit ex eo in regione comedent eum volucres cœli Bernard. Non est dignus in morte accipere solatium, q̄ se non cognouit moriturum. Secundo peccator in morte a diabolo capitur. Hinc est quod dicitur de peccatore. Psal. 108. Diabol⁹ stet ad dextris ei⁹. Et illud Hester. 14. Peccauimus tuo in conspectu & idcirco traditi sumus in manus inimicorum nostrorum. Tunc certe in morte traduntur in retiaculum peccatores & tā grauiter cadunt, vt etiā a diabolo absorbeantur. August. Quem diabolus non potest deuorare seductum hunc ad seducendum absorber per nequitiam. Et famam ipsius inquinare conatur vt si fieri posset opprobriis & malarum linguarum detractiōe deficiat: & sic in eius faures ruat. Si autem nec famam innocentis maculare poterit hoc ei persuadere tētat, vel per malinolas suspitiones de fratre suo iudicet & sic ab illo implicetur & absorbeatur. Et ideo dicit sanctus Petrus in cano. sua. 1. Pe. 5. Circuit quærens quem deuoret, &c. Tertio peccator cruciandus ad tenebras & flammas gehennales deducitur: Ecclesiast. 21. Via peccatorum complantata est lapidibus, & in finem eorum inferi & tenebræ, & pœne. Ibidem: Stupa collecta synagoga peccantium consummatio eorum flamma ignis. Psalm. 105. Flamma combussit peccatores. Et alibi Psalmo. 33. Mors peccatorum pessima. Mala quidam in amissione temporis, peior in separatione carnis, pessima in afflictione ignis quia duplici contritione conteret eos dominus. Quarto peccator a grata dei visione in perpetuum separabitur & hoc vnum ipsam gehennam superat, Vnde Chrysostomus super illud Psalm. Sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie Dei. Tollentur mali & impletur in eis illud. Isai. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum, &c. Et ideo ibidē dicitur. Væ gēti peccatrici. Et dicent tunc damnati. Væ nobis qui peccauimus De istis peccatoribus & de carentia diuinæ visionis di. Augusti. Mallent reprobi omne tormentum sustinere quam faciem iudicis tunc videre nec scient quod hic scire noluerunt in vita semper moriātur. & in morte semper viui habentur, & deum amplius nunquam sunt visuri.

Feria.vi. Sermo.I.

ECce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat.&c.Iohan.5.vbi nullius excediter erga patrē in aliquo dilecto,& videt quod pater vult eum corripere.tūc occurrit patri & petit vt hoc sibi indulgeat.Spiritualiter etiā sic est.Vnde nos sumus filiis patris omnipotentis:& excessimus in multo,& audiuimus vindictam patris erga nos.Ne ergo se vindicet in nobis,tunc debemus ei occurrere & supplicare vt non faciat vindictā & sibi proponere bonam Volūtatem non excedendi vlterius.Et hoc facit ecclesia sancta in introitu dicens. De necessitatibus meis eripe me:vide humilitatem meam.& dimitte omnia peccata mea,&c.Et in collecta.Adesto domine propicius plebi tuæ & quam tibi facis esse deuotam benigne refoue miseratus auxilio.Similiter in epistola,Ezec,18.Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Si iustus auerterit se a iustitia sua,& fecerit iniquitatem,omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. Si autem iniustus egerit pœnitentiam iniquitatem eius non recordabor. Sic pater excessum filii si velit se emendare dimittet.Ecce concordia epistolæ cum euangelio,Et sic dimisit peccata istius infirmi in euangelio iniungens si ne amplius peccaret,dicēs Ecce sanus factus es,iam noli peccare.&c. Infirmus curatus a graui infirmitate indiget bono regimine ne reciduet & illud a medico supplicat sibi dari.Spiritualiter.Per infirmum intelligitur peccator constitutus in mortali.qui indiget bono regimine vitæ suæ ne recidiuet.Ecclesi.34. Qui baptizatur a mortuo & iterū tangit quid prodest lauatio illius:quasi diceret nihil,vt dicit Pius papa.Et habetur de consecratio distinct.5.cap.nihil.Nihil prodest ieiunare.orare,vel alia pietatis opera facere,nisi mens ab iniquitate cohibeatur,& lingua a detractione.Idcirco ecclesia petit medicum pro regimine eum dicit introitu. De necessitatibus meis,&c.& in collecta.Vide infra,quia graue est recidiuare.vt pater in epistola.s.Si auerterit se iustus a iustitia sua.&c.Idcirco dicitur.Ecce sanus factus es.&c In summa euangelii tria innuuntur,Primo infirmitatis miraculosa curatio.Secundo curatione inuidiosa calumniatio, ibi.Erat autē sabbatum.Tertio amicabilis & amorosa ammonitio ibi.Ecce sanus factus es,&cæt.

¶ Vel sic diuidatur euangelium.s.quod in summa euãge lii tria innuuntur. Primo cuiusdem miraculi prælocutio, ibi, Erat dies festus, Secundo cuiusdã infirmi sanitatis adeptio, ibi. Non habeo hominem. Tertio eiusdem infirmi sanatio ibi surrexit & tulit lectum suum &c, De primo dicit In illo tempore erat dies festus iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam. ¶ Nota quod Iesus ascendit ꝑpter duo. Primo ne videretur legi contrarius, quia habet Exo. 23. quod omne masculinum ter in annuo deberet se præsentare in templum in Hierusalem.s.in pasca. pentecoste, & scenophegia: quam legem Christus noluit soluere. Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere. Sed ter singulis annis venit in Hierusalem, Et festum illud de quo fit hic mentio fuit pentecoste secundum Chrysosto. Secundo vt multitudinem populi illuc currentis ad diem festum per signa & doctrinas ad eum traheret, secundum illud Psalm. 108. In medio multorũ laudabo eum. Et Psalm. 39. Annũciaui iustitiam tuam in ecclesia magna, Ad idem Iohã. 18. Ego palam locutus sum mundo. Sequitur. Erat autem Hierosolymis probaticqua piscina cognominata Hebraice Betsaida quinque porticus habens. ¶ Sciendum probaticqua dicitur a probato græce quod est ouis latine, quia oues quę Deo immolabantur ibidem lauabantur dicebatur hebraice betsaida, id est, domus ouium Et dicebatur piscina per contrarium: quia piscibus carebat, & erat prope templum ex aquis pluuialibus collecta. Dicitur etiam quinque porticus habuisse.s.per circuitum. vt multi sacerdotes absq; impedimento commode starent ad lauandũ cadauera. In his iacebat multitudo magna languentium cæcorum, claudorum aridorum expectantium aquæ motũ.s.qui fiebat per angelum. Ideo subdit: Angelus autem domini secundum tempus descẽdebat in piscinam & mouit aquã, & q prior descendebat in piscinam post motionẽ aquæ sanus fiebat a quacunque tenebatur, infirmitate, ¶ Nota, piscina illa a duobus habebat virtutem illam. Primo ab hostiis sacratis quæ ibi lauabantur & postea sacrificabantur. Secundo a motu angeli descendentis. ¶ Dixi secundo tangitur cuiusdam ægri sanitatis adeptio. Erat autem ibi homo triginta & octo annos habẽs in infirmitate sua. Chrysost. di. quod ab annis puerilibus fuit paralyticus, Ecce lõgua in

firmitas, in quo patet quod naturaliter curari non poterat Hunc cum vidisset Iesus iacentem & cognouisset, quia iam multum tempus haberet in infirmitate sua, dixit eis, vis sanari, non quæsiuit quasi ignorans, nam satis constare poterat quod sanus fieri voluit, sed quesiuit vt excitaret eiusdē infirmi desiderium. Respondit autem ei languidus. Domine hominem non habeo vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam, dum venio enim ego alius ante me descendit ¶ Sciendum duo in respontione sua implicat quę causæ fuerunt suæ diuturnæ infirmitatis. Primo paupertatem quia hominem non habeo secundum Chrysosto, quia opinabatur sibi Christum vtilem fore ad mitendum eum in aquam. Secundo debilitatem, quia dum venio ego, &c. quasi diceret. Tam debilis sum vt festinanter ire non possim, semper enim ab alio pręuenior. Sic poterat dicere illud Iob. 6. Ecce non est auxilium mihi in hoc, per hoc signatur quod non erat aliquis homo purus, qui humanum genus posset saluare nisi CHRISTVS. Iddeo dicit ei IESVS. Surge & tolle grabatū tuum; & ambula. Duo præcepit. s. surgere, & ambulare: vt ostendat perfectam sanitatē homini restitutem. In omnibus enim miraculis secundum optimum illius naturæ dominus perfectum opus fecit, sicut de aqua perfectum fecit vinum. Deuteronom. 32. Dei perfecta sunt opera. Dixi tertio tangitur eiusdem infirmi sanatio, ibi. Et statim sanatus est homo: & substulit grabatum suum & ambulabat. Iussit enim dominus vt grabatū secum ferret quia pauper erat ne alius eo absente ipse auferret, & eo carere compelleretur, quia in necessitate pauperi forte licet, & maxime ex licentia prælatorum suorum quod diuiti nequaquam liceret. Quia necessitas frangit legem vt prouerbialiter dicitur, Tunc subdit, Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudæi illis qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Vnde quia CHRISTVS illud miraculum sabbato fecit calumniabantur ei tunc iudæi, quasi male fecerit sabbatum violando. Et ex hoc iste sanatus assumpsit occasionē in signum gratitudinis suum medicum honorandi. & se a violatione sabbati excusandi. Vel intelligitur aliter quod hęc calūnia infertur cōtra istū de hoc quod sabbato grabatum portat, & non de curatione. Vnde dicunt: Sabbatum est,

non licet tibi tollere grabatum tuum. Cuius ratio est quia iudæi frequenter de curatione Christo in die sabbati calũniam inferentes confidendi erãt a Christo per hoc quod etiam ipsi iumenta de puteo in die sabbati eruebant & sanabant, vt habetur Luc. 14. Et ideo de curatione tanquam de re vtili & necessaria tacent de portatione vero lecti quę non videbatur necessaria calumniantur, quasi dicerent: Sanitas non erat differenda, quia erat quod dam necessarium nunquid & opus fuerat imperandum. Chrysosto. Hoc opus fuit necessitatis quo ad curationem & etiam lectuli portationem. Et opus necessitatis semper licuit facere in sabbato vt oues & asini qui ceciderant in fossa extrahebantur. Quod autem ille fuit obrutus lapidibus. Num. 15. Qui colligebant ligna, secundum Albertum quia quæsiuit lucrum & hoc fuit opus seruile, quia auaritiam commisit, Secunda ratio est, quia licet in lege vniuersaliter prohibitum esses iudæis ne aliquid in die sabbati operarentur: specialiter tamen portatio onerum in die sabbati prohibita fuit. Hiere. 17. Ne poteris onera in die sabbati. Et ideo specialiter calumniati sunt portationem lecti vt pote dicto prophetæ cõtrariam. Sed tamen hoc mandatum prophetæ mysticũ est. Nam per onera non portanda intendebat eos inducere vt in die sabbati requiescerent ab oneribus peccatorum, De quibus Psalm. 37. Iniquitates meæ sicut onus graue, & cęt. Vnde quia iam erat tempus soluendi figuras ocultas mandauit Christus isti grabatum tollere. s. proximum in infirmitentibus sustentare secundum illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portare. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit Tolle grabatum tuum & ambula. Ecce quomodo se excusauit & medicum honnorauit, confitendo ipsum verum Deum, quasi diceret. Vos dicitis prohibitum esse vt onus portetur in sabbato & hoc authoritate diuina. Sed mihi eadem authoritate est impositum vt tollam grabatũ Nam ille qui me sanum fecit per restitutam sanitatem diuinam virtutem se habere ostendit: in eo quod mihi dixit Tolle grabatum tuum, &c. Et ideo mãdatis eius merito teneor obedire. Psalm. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas. Interrogauerunt ergo eum quis est qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula. Quia sanatum hominem calumniari non poterant Christum curatorem ca-

lumniari nitebantur. Ideo non bona intentione, sed maligno animo vt Christum perderent, & persequerentur quærũt quis sit. Ioh. 8. Quæritis me & non inuenietis. & in peccatis vestris moriemini. Is autem qui sanus factus fuerat nesciebat quis esset. s. genere & patria licet sciret in persona & præsentia quia diu lãguidus iacuerat & facta Christi, & eius famam ignorabat. Et etiam ideo. Quia subditur. Iesus autem declinauit a turba constituta in loco. ¶ Sed di. quare hoc? Dicendum primo vt daret nobis exemplum bona opera occultendi, & non quærendi in eis fauorem hominum. Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibns vt videamini ab eis. Secũdo vt declinem⁹ a turba, quia CHRISTVS ibi non inuenitur. Ecclesia. 28. Ne obiecteris in turbis, &c. Nam Maria in turba perdidit Iesum. Lucæ. 2. Ideo subditur. Postea inuenit eum Iesus in templo. Ecce signum gratudinis quod ille post sanationem fuit in loco Dei inuentus. Cui dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi contigat. Manifeste patet quod propter peccatum suum languebat. Est ergo sẽsus secundum Bedam. Iterum non pecces ne maiorem dãnationem peccati tui incurras, quia qui pro a peccato punitur, & ex ipsa pœna a peccato non retrahitur, usum est vt grauius puniatur. Hierem. 2. Frustra percussi filios tuos, & disciplinam non receperunt. Tunc abiit ille homo & nunciauit iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanum, & hoc fecit bono zelo commendans iterum medicum suum, & manifestans eius virtutem, quasi diceret venite mecum & laudate eum pro tanto beneficio mihi præstito, Psal. 45. Venite & videte opera domini, &c. ¶ Moraliter piscina. i. gẽs iudaica fuit munita ne sine modo deflueret ad peccata quinque porticibus, id est, quinq; libris Mosi, In his iacebat multitudo languentium. ad Heb. 7. Nihil enim ad perfectum adducit lex. Roma. 3. Ex operibus legis non iustificatur omnis caro. i. legem carnaliter intelligens nisi Christum futurum & passurum protestans. Ratio, quia litera sine spiritu occidit. ☞ Sed di. quare lex data est? Respondet Augustinus, ad ostendendum quantis vinculis peccatorũ quisque constringatur. Nam di. Roman. 3. Per legem cognitio peccati. Ibidem, 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret. Non cõ-

cupisces, Gala. 3. Lex propter transgressionem posita est donec veniret semẽ cui promiserat. Si enim data esset lex quę posset viuificare: tunc ex lege esset iustitia. Contra quod dicitur. Romano. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi. Ergo quinque libri Mosi porticus sunt: quasi custodia portæ quia iudæi adhuc stant ante portam: nec vnquam intrabunt nisi per ostium, id est Christum. Iohan. 10. Ergo sum ostiũ per me si quis introierit saluabitur. In his quinque porticibus iacebat magna multitudo languentium cæcorum, claudorum, aridorum. Nam Iudæi vt plurimum omnes tempore Christi fuerunt excæcati, quia verum lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum nõ cognouerunt. Iohan. 1. Lux venit in mundũ & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. vnde Isa. 53. cap. in persona eorum dicit. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit. Item claudi omnes affectu & effectu. 3. Regum. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes, si dominus est deus: sequimini illum. Si autem Baal sequimini illam. i. auaritiam, O quot hodie sunt claudi qui volunt Deo seruire & mammonæ. Matth. 6. Non potestis Deo seruire & mammonæ. Omnes adhuc sunt aridi. Ariditas enim causatur ex defectu humoris radicalis & sanguinis naturalis & abundãtia caloris in naturalis. Iudæi caruerunt & carent certa & sancta fide catholica, quæ est initiũ & radix vitæ spiritualis, sicut humor radicalis est radix vitæ naturalis. Carent naturali sanguine agni incontaminati, quia anima, id est vita omnis carnis in sanguine est. Leui. 17. Heb. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio peccatorum. Hunc sanguinem effundunt innocentes, quem iudæi super seipsos petierunt sentialiter. Matthæi. 27. Sanguis eius super nos. &c. Item abundant calore innaturali, qui causatur ex sanguine immundo. id est, ardore diaboli. Nume. 11. Anima nostra arida est, &c. Sed expectant aquæ motum. Aqua secundum Augu. est populus iudaicus. Aqua enim siccatur ex vento & calore, & sic ipsi ex superbia & auaritia. Aqua cuius libet rei imaginem prębet, & sola imagine caret. Et sic iudæi omnium mysteriorum imaginem in suis libris legerunt, & vera imagine Christi carent, ipsi ostenderunt eum in Bethleem nasciturum. Matth. 2. & natum minime cognouerũt, vt patet figura. Gen. 27. Isaac fi-

lium nõ vidit.s.Iacob,cui tamen multa in posterum præuidit. Augustinus,motus aquæ,id est,populi fiebat per angelum,id est,per Christum:O quotiens mouebat populum iudaicum per verba sed signa,& ipsi vsque ad finẽ sæculi iacebunt. Aliquos mouit ex eo malitia ad iram Christi:Omnis malitia confunditur cum per rationem veritatis corrigitur. Hoc est illis qui peccant ex malo proposito, & sic iudęi feruebant vt mare. Isa.57.Cor impii quasi mare feruẽs quod quiescere non potest. Isa .9. Succensa est quasi ignis impietas,Chryso.super Matthæ.Sicut ignis quanto magis ligna suscipit,tanto magis erigitur.Sic animus malus quãto magis veritatem audierit,tanto amplius in maliciã excitatur quod probauerunt Iudæi Christo dicentes.Iohan.8. Samaritanus es,& dæmonium habes,& voluerunt lapidare eum.Item sanabatur vnus ad designãdum quod in vna fide omnes saluari debent . Augustinus libro de patientia. Antiqui iusti erant credentes futurum quod nos credimus factum.Item hoc quod sanabatur vnus,commendauit vnitatem. Si quis præter vnitatem fuerit,sanari non poterit. Ephes.4.Vnus dominus,vna fides,vnum baptisma,vnus deus pater omnium qui est super omnes,& sup omnia,& in omnibus.Ergo qui vnum deum nõ habet,nullum habet & vitã nõ habet.Et habetur.23.q.1.vbi sana,vbi di. Aug. Vbi sana fides non est,non potest esse iustitia,quia iustus ex fide viuit.Augustinus in libro de vera innocentia. Omnis infidelium vita peccatum est,& nihil est bonum sine summo bono.Ad Heb.11.Impossibile,est sine fide placere Deo Et eorũ infirmitas figuratur in isto homine sanato qui triginta octo annis.&c.Duo deficiunt a numero quadragenario,qui numerus signat perfectionem.Et sic Iudæi deficiũt in duplici perfectione,scilicet Dei & proximi.Ideo semper In firmi sanatem exprobrant sanato insultant cur propter grabatum.Et sic iudęi quãdiu viuunt christum & suos maledicunt,Psal.7,In vertice ipsorum iniquitas eorum descẽdet,Qui vsq; in finẽ sæculi peregrinãtur in terra aliena cũ Abrahã.Gene.12.Caligant oculi eorũ ne futura videant, cum Isaac Genes.vicesimo septimo:Claudicant semper a tramite recto cũ iacob.Gen.32.Velamẽ in facie cum Moise portãt:donec velut fures,& latrones cum iuda suspendio tradantur,Item quod antiqui nostra fide sunt saluari patet.

1.Corinth.10. Mysticus sensus probatica piscina & pœnitentia. Nam sicut in illa laudabantur oues quæ erant domino immolandę: sic qui pœnitentia non fuerit lotus, non erit deo dignus offerri: Quique porticus sunt quinque, considerationes ad pœnitentiam disponentes. Prima est consideratio mortis repentinæ aduenientis quæ debitam pœnitentiam surripit. De quo August. de pœni dist. 5. Si quis positus in vltima necessitate suæ ægritudinis voluerit pœnitentiam accipere, accipiet & mox reconciliabitur & hinc vadit, fateor vobis & non illi negamus quod petit, sed non præsumimus quod bene hinc exit, si securus hinc exierit, nescio, pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Vis quod incertum est euadere, age pœnitentiam dum sanus es, si sic agis dico tibi quod securus es quia eo tempore pœnitentiam egisti quo peccare potuisti. Si datem vis agere pœnitentiam quando peccare non potes, tunc te peccata dimiserunt, tu non illa. Idcirco Eccle. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut oues laqueo cōprehenduntur & pisces capiuntur hamo, &c. 1. Thess. 5. Cum dixerint pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus. Ecclesiast. 14. Memento quia mors non tardat.
Secunda est consideratio districti examinis. Heb. 10. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Ecclesiast. 18. Ante iudicium para iustitiam. Apocalyp. 10. cap. Post hoc tempus non erit tempus, scilicet pœnitendi. Eccle. 2. Si pœnitentiam nō egerimus: incidemus in manus domini Iob. 10. Dimitte me vt plangā paululum dolorum meum ante quā vadē & nō reuertar ad terrā tenebrosam. Iob. 31. Quid faciam cum surrexerit dominus ad iudicādam. &c. Eze. 7 Finis venit Apocalyp. 6. Incipient dicere petris & montibus, &cæ. ¶ Item sicut aqua piscinæ fuit collecta ex aquis pluuialibus, sic pœnitentia ex effusione lacrymarum pro amissione supernorum. Zach. 10. Petite a domino pluuiam in tempore serotino, & dominus faciet pluuias & niues in tempore nubis pluuiam, id est, lachrymas pro peccato. Hiere. 5. Metuamus dominum qui nobis dat pluuiam temporaneam & serotinam, id est compunctione pro malis cōmissis, & bonis dimissis. Hæc pluuia descendet in valles, id est, humiles. 2. Regum, 1. Montes gelboe nec ros, pluuia descendat super vos, &c.

¶ Tertia est consideratio æternæ damnationis vbi non est locu pœnitentiæ, sed pœnæ non agendi sed patiendi. Ecclesiast. 9. Quodcunque potest manus tua operari instanter fac. Psalm. Conuertetur populus meus hic. &c. Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis vt non vos tenebræ comprehendant. ¶ Quarta est consideratio periculi criminis, quia sicut non est differenda medicina non morbus inualescat, ita nec pœnitentia ne culpa per diuturnitatem crescat. Gregorius, Peccatum quod non cito per pœnitentiam deletur suo pondere ad aliud trahit. Ecclesiast. 5. Ne tardes conuerti ad dominum & ne defferas de die in diē. Bernar. Qui hodie non aptus est, cras minus aptus erit. ¶ Quinta est consideratio commodi & vtilitatis, sicut infirmus propter recuperandi sanitatem subiicit se consilio medici. Multo fortius peccato propter recuperandam sanitatem animæ, debet se subiicere consilio sacerdotis. Ecclesiast. 38. Fili in tua infirmitate non despicias reipsum, sed ora dominum & ipse curabit te Seneca, Seipsum interimit qui præceptis medici nō obedit. August. Pone te omnino in iudicio sacerdotis & potestate, nihil reseruans tibi vt omnia iubente eo paratus sis facere pro recipienda vita animæ quæ faceres ꝑ euitanda corporis morte. In his autē porticibus iacebat multitudo lāguētium quorum quidam cæci qui peccauerunt ex ignorātia, & in filium vt Paulus. Quidā claudi qui peccauerunt ex impotentia & in patrē vt Petrus. Quidā aridi qui peccāt ex malitia & qui sicci sunt ab humore gratiæ & hi peccant in spiritum sanctum.

¶ De eodem. Sermo .II.

Ecce sanus factus es iam noli peccare Ioan. 5. ¶ Pro quo sciēdum mystice per hunc infirmum intelligitur quilibet peccator in mortali peccato constitutus qui aliquando non tantum habet, 38. annos, sed heu plures Nam peccatum mortale comparatur infirmitati. Primo, quia infirmitas doloribꝰ vexat, & sic peccatum mortale: Isai. 57. Nō est pax impiis Psal. 37. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Iterum Psal. 109. Anima eorum in malis tabescebat, quia semper habet remorsum consciētiæ. Vnde Isido. Nulla pœna grauior mala conscientia omnia potest homo fugere Præter cor suum, quocūque vadit conscientia sua cū

non derelinquit, Quid prodest si omnes excusant sola con-
scientia accusat. q.d. nihil. Seneca: Nunquam nascitur læti-
tia nisi ex pura conscientia. Prou. 15. Secura mẽs quasi iuge
conuiuium. Richar. Nulli iucundius bona conscientia. Nam
homo securus cum corpus moritur, tunc anima deo præsen
tabitur cum ante faciem iudicis statuetur. ¶ Secundo pec-
catum mortale comparatur infirmitati, quia infirmitas iu-
dicium sensuum permutat, videlicet iudicium gustus, ado
ratus, & sic de aliis, & sic peccatum iudicium mentis. Isai. 5.
Væ vobis qui dicitis amarum dulce, & dulce amarum. Et
sicut Catho. di. Ira impedit animũ sic & luxuria. Psal. 106.
Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius., &c. Gulosus enim
& acediosus non sapiunt diuina Psalm. 106. Omnem escam
abominata est anima eorum. ¶ Tertio comparatur pec-
catum mortale infirmitati, quia hominem debilitat quod
non potest operari, & sic peccatum mortale. Psal 37. De re
liquit me virtus mea. Gre. Quia extra charitatẽ est oẽ bonũ
amittit. Vnde Eccl. 9. Qui offendit in vno, multa bona per
det, vt patet in Saul, Quarto peccatum mortale cõparatur
in infirmitati, quia infirmitas deturpat totum hominẽ, &
pallefacit eum, sic & peccatũ mortale reddit animã pal
lida & rugosam. Threnor. 1. Egressus est a filia Siõ omnis
decor eius. Item ibidem Threnor. 4. Quomodo obscuratum
est aurum mutatus est color optimus, vt deus possit dicere.
Mat. 22. Cuius est hęc imago. Thre. 4. Denigrata est super
carbones facies eorum & non sunt cogniti in plateis, Mat.
25. Nescio vos, &c. Quinto infirmus conturbatur timore
mortis. Psal. 53. Cor meum cõturbatum est in me, & formi
do mortis cecidit super me. Nam omnis reus timet morte
& sic peccator, Gen. 2. In quacunq; hora comederitis mor
te moriemini. Vnde Iaco. 1. dicitur. Peccatum cum consum
matum fuerit generat mortẽ. Ergo bene comparatur pec-
catum mortale infirmitati. Si igitur vis a tali spirituali in-
firmitate sanari, tunc debes ingredi piscinã. i. pœnitẽtiam
in qua lauantur omnia peccata Zacha. 13. Erit fons patens
domui dauid, & habitãtibus in Hierusalem in ablutionem
peccatorũ. Iste fons pœnitẽtię olim erat occultus, quia nul-
lus tantam pœnitentiam facere poterat quod regnũ cęleste
acquireret, sed modo omnibus est patens. Ideo dicitur, Erit
fons patens. In isto etiam fonte. i. pœnitentię sanantur om-

hes infirmi. Matth. 9. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. s. peccatis, & ego reficiam vos. s. per miseri= cordiam & gratiam. Secundo passio Christi sanat cæcos. i. peccata facta per ignorantiam: hoc signatum est in longi= no, qui cũ clare non videret gutta sanguinis Christi in eius oculum cecidit, & statim clare vidit. Et enim sanguis chri= sti est collirium quod sanat omnem cæcitatem oculorum. Apoc. 3. Collirio vnge oculos tuos vt videas. ¶ Tertio pas= sio Christi sanat peccata facta per infirmitatem humanam sicut patet in Petro, qui ex humano timore Christum in sua passione negauit sed tamen eum CHRISTVM res= pexit & sanauit.

¶ Quarto sanat peccata quæ sunt per malitiam facta sicut patet in latrone a dextris qui multa peccata commisit & tamẽ Christus sibi pepercit & regnũ sibi cœleste dedit. ¶ Quinto sanat peccata quæ sunt per cõsuetudinẽ facta in quibus homines mortui erant. Hoc signatum est quando in passione eius multa corpora mortua, & iam putrida surre= xerunt. Per motum aquę qui fiebat per angelum designa= tur motus animæ, quia ipsa anima ministerio angeli quan= tum ad omnes suas potentias, scilicet memoriam, intelligẽ= tiam voluntatem debet in pœnitentia moueri ad recogi= tandum & dolendum de omnibus suis peccatis. Isai. 38. cap. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine ani= mæ meæ. De isto motu, dicit Psalm. 47. Ipsi videntes sci= licet peccata sua sic ammirati sunt, scilicet, de Dei patientia conturbati sunt, scilicet per contritionem magnam. Mo= ti sunt ad se accusandum per confessionem veram, tremor apprehendit eos, scilicet propter pœnam æternam cui obli gati erant. Intelligentia debet moueri sapienter & discre= te ad confitendum. & cognoscendum, & intelligendum suorum circunstantias peccatorum. De isto motu potest intelligi quod dicitur in Psalm. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. Sicut enim ebrius quod bibit cum delecta= tione illud postea eiicit cũ dolore. Sic & pœnitentes pecca= ta quæ fecerunt cum omni delectatione debent euomere per confessionem & dolorem, & ruborem. Prouerbio. 30. Verba congregantis filii vomentis, & cætera. Peccata eni quæ peccator congregauit male operando debet euome= re confitẽdo. Et sicut ebrius nullum tenet secretum, sic pec

peccator sacerdotibus aliquod celare debet peccatum. Voluntas debet moueri ad satisfaciendum. De isto motu debet intelligi illud quod dicitur. Psal. 95. Commoueatur a facie eius oĩs terra. Terra est caro nostra quæ vniuersaliter moueri debet ad satisfaciẽdũ & aqua in satisfactione est assumenda iuxta illud ad Rom. 6. Sicut exhibuisti membra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, & ita nunc exhibere membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Ideo dicit vniuersa terra, quia omnia quæ sunt in nostro corpore debent satisfacere pro peccatis. s. oculi lachrymando aures verba dei libenter audiendo, os deũ laudando & orando, manus eleemosynas largiendo pedes ad ecclesiam properando. ¶ Item hæc piscina habet quinque porticus. Arima est cognitio peccati vt displiceat. Psalm. 50 Qnoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, i. displicet. Aug. Si homo cognoscit. s. per displicentiam deus ignoscit. Vnde versus, Dupliciter peccat qui se de crimine iactat. Et qui non vult cognoscere sicut Cain noluit cognoscore peccatum cum dominus ait ad eum. Vbi est Abel frater tuus, &c. quid fecisti. &c. Ergo eiectus. Similiter Saul cũ samuel cum redarguit. Secunda porticas est dolor. Psal. 37. Dolor meus in conspectu meo semper. Et sic Ezec, vt patet. Isai. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et sic Maria Magdalena non solum cognouit sed fleuit. Lucæ. 7

☞ Tertia porticus est integra confessio. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Et Lu. 17. Ite & ostẽdite vos sacerdotibus. Thren. 2. Effunde sicut aquam cor tuum,

☞ Quarta porticus est satisfactio. Luc. 3 Facite dignos fructus pœnitentiæ. Non dicit flores. Sapient. 31. Per quæ quis peccat per hæc & punietur. Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra. &c. ¶ Quinta porticus est intentio non peccandi. August. vera pœnitentia est peccata deplangere & deflenda amplius non committere. Et hoc docuit hunc infirmum Christus dicens. Surge. s. contritione & displicentia, tolle grabatum conscientiæ scilicet in confessione, & ambula in satisfactione. & vade scilicet in proposito bono, & amplius noli peccare. Subdit, Ne tibi deterius fiat, scilicet recidiuando. ☞ Nota multi sunt qui recidiuare solent Primo tyranni & oppressores pauperũ qui consueuerũt ho

mines exactionare,difficile etiã possunt peccata dimittere & pœnitentiã perficere,vt patet in pharaone qui dixit Mosi & Aaron.Ite orate pro me,& tamen recedẽte plaga recidiuauit,finaliter tamen insecutus filios Israel submorsus est. ¶ Secundo auari vsarii raptores qui in quadragesima promittunt reddere male acquisita , post pasca autẽ ab aliis iterum vsuras recipiunt & tales eucharistiam recipiunt vt Iudas. Matth.19.Quam difficille diues intrabit in regnum cœlorum.Eccles.26.Difficile exuitur negotians a negligentia.Leo papa Difficile est inter ementis & vendẽtis commertium non interuenire peccatum. ¶ Tertio falsi religiosi qui non causa salutis religionem intrant vt patet de Iuliano apostata qui blasphemauit deum.Et cum sãctus Basilius orabat beatam virginem Mariam tunc iussit mercurium militem Christianum interficere Iulianum.

¶ Quarto sortilegi vt patet de Saul qui consuluit pythonissam. ☞ Quinto luxuriosi adulteri & sodomitæ,Vt vxor Loth. ☞ Sexto homicidæ vt Achab.2.Reg.penul.qui post occisionem Naboth pœnituit vt dixit dominus.Nonne vidisti Achab coram me humiliatum sed recidauauit.Et quia ficte penituit occisus est in bello.Ibidem vltimo. ☞ Septimo gulosi vt Iudæi.Nuber.11 . Recordatur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis.O graue est. post pœnitentiam recidiuare.Vnde Bernard.Reincidere quam incidere deterius est.Vnde.2.Pet.2.Melius est viã veritatis non agnoscere quam post agnitionem retrorsum conuerti.Eccles.5.Ne adiicias peccatum super peccatum.Primo ex parte dei propter ingratitudinem.Gre.Non est dignus dandis qui non agit gratias de datis.Nan in simili , si aliquis pacem firmaret cum domino & in tali pace occideret suos ille grauius offenderet. Et sic de deo.Nam recidiuantes in peccata sua sunt similes Iudæis qui genuflectentes dederunt alapas Christo dicentes,Aue rabi.Vnde Hebr.6.Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei,&c. ☞ Secundo ex parte diaboli,quia recidiuans fortius a diabolo custoditur sicut miles castrum quod semel perdidit post modum fortium custodit Vt Pharao Vel qui habet vnum vinctũ si semel euaserit & iterato eum dominus arripuerit grauius vincit eum. ☞ Tertio ex parte hominis quia debilitatur ad resurgendum.Sicut enim econtra infirmi in infirmita-

tem cadentes graue est cum eis & in maiori periculo. Sicut in sotularibus qui si multotiens fuerint reparati & adulti-mum non tenent futuram in lutum proiiciuntur. Et sic ta-les non habentes propositum cauendi peccata pœnitentia eorum non valet. 2. Pet. 2. contingit enim eis illud prouer-bium. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volu tabro luti. Luc. 16. Memores estote vxoris loth. Ecclesi. 24. Qui baptizatur a mortuo, &c.

¶ Sabbato. Sermo. 1.

Domine bonum est nos hic esse. Mat. 17. & Mar. 9. & Luce. 9. &c. ¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo quorum intuitu transfigura-tio fuit celebrata, ibi. Assumpsit Iesus, &c. Secun do quanto miraculo fuit glorificata ibi. Ecce ap paruerunt. Tertio quomodo secrete fuit occultata .ibi. Ne mini dixeritis visionem. de primo dicit. In illo tempore, sci licet quādo ait discipulis de morte sua. & Petrus noluit cre dere. idcirco corripuit eum Iesus. Et inter cætera ait. Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videāt filio hominis in regno dei. Et post sex dies voluit tenere promissum, & licet Luce. 9. dicat post octo, Respondet tamen Hierony. quia hic dies intermedii ponuntur dies autem ibi prim⁹ quo promisit additur & vl timus quo soluit promissum. ¶ Nota dicit post sex dies ad designandum quod omne tempus debet prius expendi in bonis operibus: si volumus videre claritatem diuinam, nam deus in sex diebus omnem rerum naturam formauit in septimo quieuit. In cuius figura mandatum fuit filiis If-rael vt sex diebus colligerent manna, septimus est sabbatū domini. Exod. 16, Manna significat opera meritoria. Ec-clesiast. 9. Quodcunque potest manus tua operari instanter fac. Mat. 15. Voca operarios & redde illis mercedem. Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Apocal. 14. Ope-ra enim illorum sequuntur illos. Item notatur quod pro bo nis non aliud premium quam gloriam claritatis optemus de quo Augusti. in libr. de verbis domini sermone. 16. dicit Vnusquisque se probet in his quæ ex charitate fecit operi-bus vt non expectet temporalem retributionē. sed promis sam dei faciem. Quid sunt cœlum & terra mare & omnia sidera præter dei faciem. non saluant non satiant, sed ipse

est salus nostra & saturitas nostra. Psa. Satiabor cum appa ruerit gloria tua. Tunc assumpsit Iesus Petrum & Ioannē & Iacobum fratrem eius.s.maiorem. Hierony. Non statim post promissionem sursum eos duci,,sed post sex dies vt reliqui discipuli nihil patiantur humanum.i.aliquem inuidiæ motum. Tres discipuli sursum assumpti significant tres potentias animæ quæ a terrenis ad cœlestia debent esse eleuatæ. Primo Petrum. Ratio q̄a est caput. Gregor, Sancti viri quo verius summa cognoscunt eo sublimius terrena despiciunt. Secundo Iacobum. August, sicut nullum est nomen tū quo nō vtatur dei bonitate & misericordia & sic sēper in memoria. Grego. Dei memoria excludit omnia maleficia. Tertio Ioannem.i.voluntatis affectum. Luc.11. Fiat voluntas tua. Ambro. Nisi vacaueritis a terrestribus nihil cognoscere poteritis de cœlestibus. Aug. Inuisa diligere possumus incognita nequaquam. Item assumpsit tres ad designādū quod q̄ vult habere dei claritatē debet habere fidē trinitatis. Heb.11. Impossibile est sine fide placere deo. Ideo subdit, Et eduxit eos in mōtem excelsum.s.Thabor qui distat a nazareth quatuor miliaribus. Et trāsfiguratus est ante eos secundum Hierony. qualis futurus est tempore vltimi seu extremi iudicii talis apparuit apostolis. Nemo enim putet pristinam eius formam perdidisse vel amisisse corporis veritatē, vel assumpsisse corpus spirituale vel æreum Sed quomodo transfiguratus est euāgelista demōstrat dicens. Resplenduit facies eius sicut sol, ergo non mutauit faciem scilicet per dispositionem. Ideo Hiero. Substantia non tollitur. sed gloria commutatur quantum ad omnia lineamenta, & effigiem faciei, etiam quantum ad habitum transfiguratus est. Ideo subdit, Et vestimenta eius candida sicut nix. & hoc a claritate corporis quæ claritas fuit sicut sol. Quia secundum Remigium. Nihil lucidius in temporalibus & corporalibus inuenitur sole. Idcirco ad manifestandum exēplū futuræ resurectionis facies domini resplēdere & fulgere dicitur sicut sol, nō q̄ nisi claritas sit sicut sol, sed quia euangelista non potuit in rebus visibilibus nobis ostendere cui eius claritatem assimilaret. Attamen claritas eius corporis bene comparatur soli, quia sicut sol est origo cuiuslibet luminis corporalis sic & claritas CHRISTI est origo nostræ claritatis spiritualis. Et hanc clari-

tatem Christus non ostendit in valle sed in monte. Primo ideo secundum Bedam ad intelligendũ quod voluntas volentis peruenire ad claritatẽ Christi debet esse eleuata in contemplatione ad Philipp.3. Nostra conuersatio in cœlis est, & non depressa in delectatione. Sicut illi quorum de⁹ venter est. Secundo ideo transfiguratus est in monte. Quia sicut ascensus ad montana est difficilis sic & multo labore peruenitur ad claritatem dei. Matth, 7. Arcta est via ꝙ ducit ad regnum cœlorum. Ideo non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in illud: sed qui facit voluntatem patris. Actum. 14. Per multas tribulationes oportet nos, &c: ❡Sed diceres Quare Christus voluit clarificari vel transfigurari Respondetur primo secundum Ambrosium vt ostenderet veritatem future beatitudinis ne videtur in ania pro mittere, Ideo ostendit gloriam sui corporis. Secũdo secundum Chrysost. quia audientes discipuli se debere mori pro Christo timebant mortem vt ergo prouocaret eos ad appetendum futuram gloriam pro qua deberent cõtemnere præsentem vitam & nõ timere mortem ostẽdit eis gloriam sui corporis. Tertio secundũ Hierony. vt non scandalizarentur in morte Christi, sed separarent gloriam resurrectionis ideo ostendit gloriam corporis Quarto secũdum Bedam vt ostenderet in quanta gloria rediret ad iudicium. ❡Nota dicit Hieronymus: In Christo hic mansit eadem substẽtia qualitas & quantitas corporis sed hic maior splendor accessit & sic naturalis Christi color non fuit mutatus, sed solum obumbratus, vt pater in lumine candelæ ardentis in splendore solis. Vnde Lucæ nono. Species vultus eius facta altera non alia non per mutationem sebstantiæ quantitatis vel qualitatis sed per refulgentiam nimii splendoris quod pater in textu dicen. Resplenduit facies eius sicut sol. ❡Sed di. quomodo poterant in eum respicere sine læsione, nam solis intuitus lædit oculos facies vero ei⁹ fuit clarior sole. Respondet Effren dicens quod non totam suam claritatem ostendit, sed tantam quantam delectabiliter poterant contemplari, Vel dicitur quod lux in facie Christi non offendebat oculos sicut lux solis, sed demulcebat eos in tantum quod se a delectatione solis visio non poterat auertere. Thom. parte. 3. q. 45. ar. 2. Claritas illa quã in transfiguratione assumpsit: fuit claritas glo

riæ quantum ad essentiam non tamen quantum ad modũ essendi. Nota sicut post resurectionem in carne Christi immortali ciquatrices permanserunt ita in carne mortalitate manente immortalitatis gloriam ostendere potuit. Et sic illa charitas fuit subiectiue in Christo, non deponens mortalitatem sed ea monente & fuit charitas gloriæ, id est. corporis glorificati, hæc Iordanus. Et vt dicit Hugo, hoc fuit factum diuina dispensione, vt secundum varia tempora diuersas assumeret dotes gloriosi corporis scilicet subtilitatem in exitu ab vtero & agilitatẽ super mare & claritatẽ vt hic. ¶ Nota conuenerũt illa. s. claritas transfigurationis & gloriæ quod ad essentiam sed non ad esse essentiæ, quia disconuenerunt in aliquibus vt patet in subsequentibus.

¶ Nota claritas transfigurationis conuenit & differt in aliquo cum claritate gloriæ. Primo conueniunt in substantia, quia vtraque substantialiter est eadam. Secundo conueniunt in existentia quia vtraque existit in corpore hominis & non alibi. Tertio conueniunt ex parte subiecti, quia neutrat variat corpus hominis substantialiter. Quarto conueniunt ratione originis: quia vtraque claritas est adiacẽs corpori non originaliter cum corpore, Quinto conueniunt in excellentia fulgoris mirifici quia vtraque claritas excellit omnem sensum humanum. Sed differunt etiam in quinque. Primo differunt: quia claritas gloriæ est maior claritate transfigurationis quia tantam claritatem vt est claritas gloriæ oculi apostolorum non potuissent pati. Sicut filii Israel non potuerunt intendere in faciem Mosi. quæ tamen multominus emicuit. Secundo differunt in herentia, quia claritas gloriæ inhæret corpori per modum habitus permanentis sed transfigurationis extitit in corpore Christi per modum passionis transeuntis. Tertio differunt quia claritas transfigurationis erat in corpore mortali & corporali. sed claritas gloriæ in corpore immortali. Quarto differũt quo ad causam originalem. Nam claritas corporis gloriosi deriuatur ab animæ claritate vt dicit August. in epistola ad Dioscorum, sed claritas in trãsfiguratione deriuata fuit a diuinitate ipsius Christi. Quinto differunt in ratione miraculi. Claritas transfigurationis miraculosa fuit, sed claritas gloriæ nõ quia nõ est miraculum quod corpus suscitatũ ambulat. Itẽ Diony. in episto. 4. ad Gaiũ. Claritas quę erat

In corpore Christi repræsentabat futuram claritatem corporis, Christi sic claritas vestimentorum designabat futurã sanctorũ claritatẽ. Grego. 33. mora. Vestium nomine iustos significat Isa. 49. his omnibus velut ornamento vestieris ad philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum copori charitatis suæ. ¶ Item nota non est dicẽdum quod Christus assumpsit dotem claritatis in trãsfiguratione quia dos denotat claritatem immanentem corpori gloriose, Sed ea que ad dotes pertinent miraculose habuit Vnde glo. dicit illam claritatem non fuisse gloriæ & immortalitatis sed quandam eius imaginem. ¶ Dixi secundo minuitur quanto miraculo fuit glorificata cum dicitur. Ecce apparuerunt Moses & helias cum eo loquentes. Imperauit enim limbo & terræ & suscitauit Mosen, & deliciarũ paradiso & emisit Heliam. Sed diceres. Vtrũ Moses & Helias veraciter apparuerunt an angeli eorũ in assumptis corporibus. Ad hoc respondetur secundum glosam quod non angeli eorum vel fantasmata quoddã sed ipsi veraciter affuerunt quod probat Hieronymus dicens. Christus de cœlo signa dedit discipulis Helia inde descendente quo conscenderat. & Mose ab inferis resurgente. Quod sic est intelligendum quod Helias cum proprio corpore & anima ibi fuit Moses vero cum propria anima non cum proprio corpore sed cum aliquo alio assumpto quia non legitur quod surrexisset corpore proprio, sed tantum secundum animã Hoc etiam Vult sanctus Tho. parte. 3. q. 45. ar. 3. Diceres quid loquebantur. Dicitur: Lucæ nono. de excessu quẽ completurus erat in Hierusalem. Primo de excessu amoris, de quo Iohan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis per amicis suis. Similiter de excessu amoris ipsius patris de quo Iohann. 3. Sic deus dilexit mũdum vt filium suum vnigenitum daret. Secundo loquebãtur de excessu passionis sic quod passio eius excederet omnem passionem. Theren. 1. O vos omnes qui transitis ꝑ viã videte si est dolor similis sicut dolor meus. Tertio de excessu humilitatis De quo Philippe. 2. Exinaniuit semetipsum formã serui accipiens. Quarto de excessu iniquitatis, quia iudęi excesserunt, mẽsurã patrũ quia patres occiderunt prophetas. ipsi vero dominũ prophetarum. Ideo Cyrillus dicit

Ipsi loquebantur de mysterio passionis & mortis in cruce, nō Christo reuelādo quasi nesciret sed gratias ei agebant, quasi vero deo,quia in eoimplerēturverba prophetarū quę dixerūt de eo.Et gauisi sunt prophetæ vidētes humanitatē eius.Effrē dicit,Eū adorabāt,& gratias agebāt de sua benedicta incarnatiōe,attamē cōpatiebātur quod gloriosa eius facies debebat cōspui & flagellari.Aug.de quinque hæresibus. Quid sunt Moses & Helias nisi lex & prophete loquebātur cū illovt ostēderet se illum quē lex & prophetæ prædixerūt.Item quare vnusviuus alter mortuus apparuit Respōdetur primo secūdum Hieronymū.Vt significarent Christū moriturū,& iterū victurū.Secundo vt ostendatur si volumus participes fieri gloriæ resurrectionis,Vt simus mortui mundo & viuamus Christo.Ad Colo.3.Mortui estis,& vita vestra abscōdita est cū Christo.Tertio vt ostēdatur quod esset profuturus tamviuis quam mortuis ¶ Sed diceres quare apparuerunt illis prophetæ & nō alii.Respōdetur secundū Chrysosto.Pprimo ideo quia homines dicebant Christum esse Heliam,vel Hieremiam,vel vnum ex prophetis . Vt ergo ostenderet quod ipse esset dominus prophetarum,capita prophetarum secum adduxit:vt statimvideretur differentia seruorum domini . Secundo quia Iudæi accusauerunt eam de transgressione legis:& quod sibi vsurparet diuinum honoremvt ergo ostendatur ab vtraq; occasione innoxius,ideo Mosen latorem legis & Heliam æmulatorem Dei voluit sibi assistere,Tertia causavt ostēderet se habere potestatem vitæ & mortis,Ideo Heliā viuētem & Mosem mortuum adduxit,Quarta causavt audientes discipuli eos loquentes de Christi passione intelligerent quod expediebat Christum mori. Quinta causa quia istis duobus prophetis prius reuelata fuit gloria domini in mōte.s.Sinay ipsi Mosi,& in mōte Oreb,Heliæ.Vt igitur essent testes idonei quod hęc gloria esset a diuinitate, ideo eos adducit.Sextā rationē ponit Amb.dicēs,Nō plus transfiguratus est,sed solū corā prophetis & apostolis vt veritas diuinitatis authoritate apostolica & prophetica cōfirmaretur.Ideo dicit Hiero.quod scribis & pharisęis de cœlo signa petētibus dare noluit,hicverovt apostolorū augeat fidē dat signū de cœlo & de terra.Isa.7.Pete tibi signū a deo tuo in profundum inferni,s.de anima,Mosi siue in excelsum

supra.s.de Helia. Tunc subdit: Tunc respondens Petrus ait ad IESVM, qui feruentior erat aliis. Domine bonum est hic nos esse. Augustin. in lib. de quinque hæresibus exclamat contra petrum apostolum di. Quid diucis, sancte Petre mondus perit & tu secretum petis. Vides tot gentes in vnū conuenisse, & tu requiem quæris, vides tenebras mundi, & lumen abscondis. Nemo ascēdit lucernam & ponit eā sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Ista domus totus est, mundus lucerna verbi dei incarnatio . Candelabrum crucis est lignum lucerna in candelabro lucens est Christus in cruce pendens. Tu Petre vis lucernam abscondere, hic in monte permanere vis totam mundi domum deserere. Crysosto. Petrus voluit manere, quia audiuit Mosen. & Heliā loquantes quod oportet Chystum Hierosolymam & ad mortem ire, & sciebat iudæos Christo insidiari, & adhuc timet pro Christo. Sed post increpationem non audet aperte dicere rursus, propicius esto tibi ne iterum audiret, vade post me sathanas, ideo occulte per alia signa insinuat quia enim videbat multem quietē & solitudinem cogitauit conuenientem vbi esse stationem ex loci dispositione quod significat dicens. Bonum est nos hic esse. Voluit etiam semper hic esse, ideo meminit tabernaculorum di. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Cogitauit etiam si hoc fieret non ascendere Hierosolymam, & si non ascenderet Christus non moreretur. Cogitauit etiam si iudæi obsedissent eos tunc ei adhæreret Moses qui Pharaonem deuicit, & Helias qui ignem de cælo descendere fecit. 4. Reg. 1. Et sic nullus persecutorum eos lædere posset. Vel secundum Regimium, Petrus visa domini maiestate & duorum seruorum, tunc adeo delectatus est vt cuncta tēporalia obliuioni traderet, & ibi in perpetuum manere vellet. Si autem tunc Petrus sic accensus est quanta erit suauitas & dulcedo videre regem in dicere suo & interesse choris angelorum & omnium sanctorum. De quo. Psalm. 132. Ecce quam bonum quam iocnndum habitare fratres in vnum. Ideo subdit. Domine bonum est nos hic esse si vis nō absolute, quia timet repræhentionē. Faciē hic tria tabernacula, tibi vnū. Mosi vnū Heliç vnū. q. d. hic moremur, te cō tēplabimur, quo habito nullo alio indigemus. Sufficit enim nobis domine videre te. Sufficit iniquam tanta tua dulcedi

me satiari, Vnā stillā dulcedinis iste gustauit. & omnē aliam dulcedinē fastidiuit. Quid putas eum dixisse si illam dulcedinis multitudinem diuinitatis suæ gustasset, quā præparauit Deus diligentibus se. Ideo Aug. in. 5. soliloquiorum Tantā dulcedinē Petrus gustauit & omnium inferiorū oblitus clamauit. Bonum est nos hic esse: & non fecit mentionē de tabernaculo suo, quia desiderabat Christo cōmorari. Ideo Hieronymus inuehitur contra Petrum dicens. Erras Petre sicut alius euangelista testatur Marc. 9. Nesciebat quid diceret. Reuera nesciebat, sed errauit sicut dicit Remigius, quia voluit vt regnum cœlorū cōstitueretur in terris, quod dominus promiserat dare in cœlis. Errauit etiam quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit ire ad æternam fœlicitatem. Errauit quia Moses & Helias non indigent tabernaculis talibus. s. de ramis palmarum seu arborum vt voluit Pet. Et sic Christus potuit sibi dicere. O simō quid dicis si manserimus hic verba prophetarum quis adimplebit? s. Foderunt manus meas & pedes meos dinumerauerunt omnia ossa mea. Quomodo adimplebitur. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Cui erit asscribendū. Dederunt in escam meam fel. Cui continget. Quis inter mortuos est liber? Quis soluet ea si hic manserimus. Quæ tibi dixi quomodo fient? Quis erit pastor ecclesiæ? & claues regni cœlorum quas accepisti cui debentur? Ergo Petrus ita erat grauisus, vt omnia esset oblitus, similiter & sui & quid comederet in monte non perpendit quando dicit. Faciamus hic tria tabernacula Mosi vnum, &c. ☞ Sed di. quomodo Petrus cognouit Mosen & Heliam cum prius eos non vidisset. Respondetur, sicut lux solis habet facere omnes colores cognoscibiles, ita claritas glorificationis habet hunc effectum vt ducat in notitiam omnium cognoscibilium, & sic in patria omnes se cognoscunt. Tunc subdi. Adhuc eo loquente. s. Petro. Ambr. Interrumpuntur verba Petri, & responsionem non meretur, quia non sciebat quid diceret. ¶ Sed di. quare dominus Petro nō respōdit. Amb. Petrus ex feruore deuotiōis loquebatur: ostēdēs ergo dominus nō esse īprobū sed inordinatū quod cōcupiscebat, ideo nō merebatur audire respōsum. Vel potest dici, Dominus eius ignorātiā nō verbo sed facto arguebat. Ideo subdit. Et ecce nubes lucida obūbrauit eos. 2. q. d. Ecce tabernaculū sine

fastidio. Et fuit spiritus factus in nube. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus non adoptiuus, sed per naturam in quo mihi bene complacui, ipsum audite. s. tanquam idoneū præceptorem, quasi di. Iste est filius, alii sunt serui, & in illo figite vobis tabernaculum. s. per charitatē Ideo dicit ipsum audite, Hoc clamat mater. Iohan. 2. Omnia quæ dixerit vobis facite. Hoc clamat legis lator. Deu. 18 Prophetam suscitabit vobis dominus, quem audietis sicut me, & omnis qui non audierit prophetam ego vltor existam. Hoc clamat Dei filius Isa. 55. Audite audientes me & comedite bonum. &c. Hoc clamat pater hic in textu. Ipsum audite Remigius. Recedāt typi legales & vmbræ prophetarum, & solum sequimini euangelii lumen. Ecce Christus quadruplices habet testes suę claritatis. Primo de cœlo, scilicet vocem sui patris, de paradiso Heliam, de inferno Mosen, de mundo apostolos. ¶ Nota attestatio patris facta est tam in baptismo, quam in transfiguratione. In baptismo ad designandum quod est dator gratiæ. In trāsfiguratione ad designandum quod est dator gloriæ. Augusti. de quinque hæresibus dicit. Vbi estis qui aduersamini filio? Pagani negant Deum habere filium. Iudæi negant filium incarnatū. Respicite intrate scholam Dei, audite vocem patris. Hic est filius meus dilectus. O Iudæi inite consilium, si increduli filio fuistis, & eum occidistis. & eius sanguinem effudistis, nolite desperare, sed credentes baptismum suscipite, & bibite sanguinem quem fudistis. Non horreatis, effusus est sanguis medici, & facta medicina frenetici non dubitetis, sed gustate & videte, quoniā suauis est dominus. Per hęc verba. Hic est filius meus dilectus, &c. obstructū est os loquentium iniqua. Audi manichæe qui sfantasma somnias cum audis de nube, hic est filius meus dilectus. Audi de cœlo patrem, de terra filium, Sabelliane noli diuidere æqualitatem quia qualis pater talis filius. &c. Tunc sequitur. Audientes discipuli ceciderunt in faciam suam. Hieronymus. Quia humana fragilitas aspectum gloriæ sustinere non potest, sed sicut stellæ obscurantur in ortu solis, ita a voce patris prophetæ fugerunt: & apostoli ceciderūt, quia vox patris erat quasi tonitruum mirabile, ita vt etiam terra contremuit. Etiam ideo ad designandum quod in iudicio erit decorus & terribilis. Chrisostomus. Multa concurrebant quæ ti-

morem incutiebant.s.mons altus, locus occultus & secretus, magnitudo luminis, vox patris quæ secundum Eth em quasi tonitruum sonabat. Tunc accessit Iesus & tetigit eos dicens. Surgite & nolite timere. Accessit tanquam pius consolator & adiutor vt timorē fulgaret, corpora leuaret. Ecce confortat eos. Et leuantes oculos neminem viderunt nisi Iesum. Hieronymus: Ad vocem patris fugerunt prophetæ, quia si perstitissent dubium fuisset, an de altero eorum vel de Christo hæc verba intelligi deberet. Hic est filius meus. ¶ Dixi tertio tangitur quomodo secrete fuit occultata dicens. Et descendentibus illis de monte præcepit illis Iesus dicens. Nemini dixeritis visionem hanc donec filius hominis a mortuis resurgat.

¶ Nota Christus inhibuit populo prædicari istā claritatē propter quatuor. Primo secundum Hier. ne esset incredibile propter magnitudinē. Secundo secundum Theophilact. ne scandalizaretur qui postea viderēt eum crucifigi. Tertio secundum Remigium, quia si maiestas fuisset diuulgata in populis, plurimi impedissent passionem eius, resistendo prīcipibus sacerdotum. Et sic redemptio humani generis retardaretur. Quarto secundum Damasce. quia alii imperfecti discipuli fuissent contristati quod talem visionē etiam non vidissent, & Iudas magis incitatus ad proditionem saluatoris fuisset. Si volumus videre claritatem Christi tunc debemus ascendere in montem, hoc est, suscipere pœnitentiam. Vnde Isa.2. Venite ascendamus in montem domini dei nostri, & docebit nos viam suam, s. per quam possumus venire ad clarificationem. Figuratur: Exod.19. Moses non vidit claritatem domini in valle, sed in monte. Spiritualiter per Mosen intelligitur quilibet fidelis qui est sumptus ex aquis baptismatis, talis non potest videre claritatē Christi in valle peccatorum, sed in monte pœnitentiæ.

¶ Nota pœnitētia dicitur mons propter proprietatem montis. Primo mons cito illuminatur a sole, sic homo citius illuminatur in monte pœnitentiæ quā in valle peccati. De quo Aug. Pœnitentia est clauus aperiens portas paradisi. Secundo in monte homo est propior cœlo quam in valle. Et sic homo in pœnitentia. Isidorus. lib.2. de summo bono. c.12. Pœnitētia est medicamētū vulneris spes salutis. Chrysost. Nihil nos ita glutinat deo sicut pœnitētia vera. Matthæ.3

pœnitentiam agite apropinquabit enim regnum cœlorum Tertio propter ascendendi difficultatem & sic,in pœnitentia est difficultas.Matt.7.Arcta est via quæ ducit ad regnũ cœlorum,& Matt.16.Qui vult venire post me abneget se metipsum & tollat crucem suam.i.pœnitẽtiæ & sequatur me.Item si in hoc monte pœnitentiæ volumus videre claritatem christi,tunc debemus tres apostolos assumere sicut Christus fecit,scilicet Petrum iacobum & ioannem. Primo Petrum qui interpretatur agnoscens,& sic homo debe agnoscere primo pietatẽ dei. ad Rom.2. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Secundo debet agnoscere tempus quoniã solum in hac tempore est remissio peccatorum,Apoca.10.Iurauit angelus quod post hoc tempus non erit tempus.s.pœnitentiæ. Tertio debet agnoscere locum, Psal.conuertetur populus meus hic, non in cœlo,quia ibi nõ est dolor. Nec in inferno. Psa.6.In inferno quis confitebitur tibi quasi diceret nullus quia ibi non est misericordia.Quarto debet agnoscere peccatum,Augu. Si homo cognoscit,deus ignoscit.

¶ Secundo debemus assumere Iacobum qui interpretatur luctator vel supplãtator,cõcupiscẽtia,& delectatione supplatates Sic fecit apostolus Philip.4.cap.Omnia arbitratus sum vt stercora:Figuratur Genes.27.Iacob supplãtauit Esau binis vicibus.s.in paterna benedictione, & in primogenitorum emptione.Spiritualiter per Iacob intelligitur pœnitẽs hic debet supplatate Esau qui interpretatur prophanus,i.peccatum dupliciter.s.in affectu.Psal.17.Supplantasti insurgentes in me subtus me. ¶ Tertio debemus assumere Ioannam,qui interpretatur in quo est gratia dei.s.trĩplex.Primo charitas spiritualis,secũdo puritas intellectualis tertio castitas virginalis.Ioan.19.Hic est discipulis que diligebat Iesus.Et sic nos debemus habere charitatem vt nihil diligamus vltra deum.Matth.10.Qui amat patrem vel matrem plusquam me non est me dignus secundo in Ioanne puritas intellectualis,& sic nos.Psalm.Quis ascendet in montem domini,&c.innocens manibus.&c.Et Matth.5. Beati mundo corde,s.in affectu.Exemplum in cæco nato. Ioan.9.qui dum lutum habuit super oculos nihil vidit, sed postquã lauit oculos clarificatus est visus.Sic nos lauare debemus affectum,tunc videbimus clarificationem dei.Etiã

requiritur puritas in affectu. Psal. Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. ☞ Alius sensus mortalis. Tres discipuli viderunt claritatem. s. Petrus, Iacobus, & Ioannes. Sic spiritualiter, qui vult videre gloriã dei opus quod sit vnus ex istis. Oportet autẽ eum esse Petrum. Petrus interpretatur agnoscens & pertinet ad incipiẽtes, qui debẽt se cognoscere quanta demeruerunt peccatis suis, vt quemadmodum peccauerunt ita acriter pœniteant. Item aliqui sunt qui tantummodo loquuntur de deo, & non agunt opera deifica, & hoc non sufficit, Vnde Augu. deum agnoscere veraciter, est deum diligere. Idem Augu. Deus creauit hominem rationalem, vt eum cognosceret, & cognoscẽdo diligeret. Vnde. 1. Ioan. 2. Qui dicit se nosse deum & mãdata eius non custodit, mendax est. ¶ Secundus fuit Iacobus qui interpretatur supplantans in quo denotatur proficiẽs quia ille debet supplantare omnia vitia & se ornare virtutibus, & hoc duobus modis, videlicet vitia vitando per fugam, secundo per resistentiã. Primo vt vitet originẽ peccatorum & occasionẽ peccati. Secundo per resistentiã in animo vt si homo vexatur tribulationibus exterioribus quod patiẽter illas sustineat. Et asserat illud se meruisse peccatis, quia proficiẽtes plus vexãtur quã incipientes, quia diabolus nititur eos summo conatu ĩpedire. Hoc figuratur. Matt. 13. in tritico & zizania, vbi dicitur quod venit diabolus & seminauit zizania in medio tritici, &c. Vnde nulla est virtus sine labore. Ideo proficiẽtes significãtur, per Iacobũ qui interpretatur supplẽtator: eo quod debẽt viriliter supplãtare vitia. Tertio discipulus fuit Ioãnes qui interpretatur Dei gratia in quo significãtur perfecti qui semper debẽt esse in gratia Dei quia sicut Ioãnes habuit specialẽ prærogatiuã a Christo, sic adhuc & ipsi perfecti spiritualiter diliguntur a domino dilectione spirituali. Vnde Gre. Summum bonum in hac vita, est vita contemplatiua.

☞ Dominica Reminiscere. Ser. I.
De euangelio.

Miserere mei filii Dauid. filia mea male a dęmonio vexatur. Matt. 15. & Marc. 7. ☞ Quando paterfamilias habet in compositum & malum hospitem qui velit sibi nocere. & si propria virtute nõ valet eum expellere, tunc inuocat aduocatum &

iudicem. Spiritualiter, Et sic quilibet nostrũ est paterfamilias domus conscientiæ suæ. Et si in illa malum habet hospitem, id est, diabolum sibi nocere volẽtem. s. per peccata, tũc debet inuocare iudicem viuorum & mortuorum, scili. Christum. Et hoc facit ecclesia sancta in introitu missæ. s. Reminiscere miserationum tuarum domine, &c. quæ a seculo sunt. s. filios Israel eripiendo de manu Aegyptiorum. Et in collecta: Deus qui nos conspicis omne virtute destitui interius & exterius custodi. Et hoc hortatur apostolus. 1. Thessa. 4. in epistola vt familiam diaboli non dimittamus regnare in domo conscientiæ, cum dicit, Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos a fornicatione, vt vnusquisque vestrum studeat vas suum possidere sanctificaione & honore. Non in passione desiderii sicut gẽtes quæ ignorant deum. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam sed in sanctificationem. Et sic fecit hæc mulier volens domum filiæ suæ mundare non potuit dæmonem. expellere. Idcirco inuocauit aduocatum & iudicem, dicens: Miserere mei filii Dauid. Aliud thema Non est bonũ sumere panem filiorum & mittere canibus ad manducandum. Matthæ. 15. Plinius dicit quod semen coriandri hominibus est medicina, & cibus: sed canibus est mors. Spiritualiter sic verbum dei est semen. Isai. 1. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semẽ quasi Sodoma fuissemus. Quod homini est cibus quia pascit electos. Deut. 6. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini. Et medicina. Vnde Sapien. 16. Sermo tuus sanat omnia. Sed canibus, id est, reprobis est mors, quia verbum dei iudicabit reprobos dignos morte, & reprobi dicuntur canes. Sunt enim multi peccatores qui cõparãtur canibus. Primo detractores, nã sicut canis latrando & mordẽdo fugat aliquem de domo corporali: sic & tales peccatores expellunt verbum dei per detractionem. Eccle. 10. Si serpẽs mordeat in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Secundi sunt auari, nam sicut canis quantumcunque comedit semper famescit. & sic auarus, Ecclesi. 5. non impletur pecunia Psal. 58. Famen patientur vt canes. Matt. 13. Fallacia diuitiarum suffocat verbum & sine fructu efficitur. Tertii sũt luxuriosi, nam sicut caro canis immũda est, & sic luxuriosi Eccle. 21. Audiuit luxuriosus, & displicebit ei, & proiicit

illud post dorsum suum, Quarti sunt recidiuãtes. Proue. 26. Sicut canis qui reuertitur ab vomitũ, & sic stultus reiterãs stultitiam suam. Et talibus non est bonum dare verbũ dei propter immunditiam, tamen dignos se faciunt per pœnitentiam vt hæc mulier. Ideo epistola, 1. Thessa. 4. Hæc est volũtas Dei sanctificatio vestra. ¶ In summa euãgelii tria innuuntur. Primo huius mulieris deuota deprecatio, ibi, Miserere mei secundo a Christo despectæ obiurgatio. ibi. Non est bonum sumere panẽ & filiorum, &c. Tertio Christi pia exauditio, ibi. O mulier, & cætera. ☞ De primo dicitur. In illo tempore, scilicet cum Christus docuit quod mãducare illotis manibus non esset peccatum, Egressus Iesus, scilicet a terra Genezareth relinquens obstinatos Iudæos secessit in partes Tyri & Sidonis, Vnde Chrysostom. In hoc fecit sicut bonus venator, qui dum in vno loco non capit in alium se transfert, & sic ipse dum in terra Iudæorum per rethe verbi dei capere non posset in terram gentilium se trãsferebat. Vnde secundũ Remigium. Tyrus & Sidon fuerunt ciuitates gentilium, quia Tyrus erat metropolis Chananæorum. Sidon verò terminus Chananæorum ad patrẽ aquilonarem. Nam Iudæi nõ potuerunt totaliter expellere gentilis de terra sua, Item causam egressionis dicit Chrysostomus, Cum vidit quod escam verbi Dei Iudæi abominabantur, corporalem suam præsentiam voluit eis retrahere transferans se ad gentiles, Sed diceres, tamen docuit discipulos. Matthæ. 10. In viam gentium ne abieritis. Respõdet Chrysostom. Non erat obnoxius præcepto. Lucæ. 6. Dominus filius hominis est etiã sabbati. Vel sic intelligitur, nec abieritis, scilicet ad prędicandum. Et ergo Marc. 7. dicitur, Occultabat se ipsum. Et ergo inhibebat inuitationem sed non receptionem si per se venirent, & sic recepit tres magos tanquam primitias gentium. Sequitur. Et ecce mulier Chananæa, scilicet natione. ¶ Notandum Chanaan filius fuit Cham filii Noe qui patrem derisit. Vnde terra ista dicitur Chananæa, quia ipse primo eam inhabitauit. A finib⁹ illis egressa audiuit quid Ies⁹ fecerat miracula. Chrys. Chananæi expulsi de terra promissionis ne peruerterẽt Iudęos inuẽti sunt prudentiores Iudęis, quia Iudęi Christũ expellebãt, hęc aũt Chananęa egrediť vt eũ suscipiat. Orig. O mira res & noua cogitatio mirabile negotiũ, Iudę fugiunt

Chananæa sequitur, domestici derelinquũt, alienigenæ appropinquãt. ¶ Sed diceres. Cur nõ attulit filiã. Respõdetur secundũ Chrys. Egressa non attulit filiã, sed fidem cogitans intra se. Ad quem vado omnia nouit, absentia videt tãquã præsentia. omnipotens est. Igitur si voluerit poterit filiam meam sanare, quia vbiꝗ pręsens est. Nec rogauit vt ad eã veniret vt regulus. Ioan. 4. dicens descende priusquam moriatur filius meus. Ratio Bedæ quia solo verbo confidit salutem posse dare. Igitur eius præsentiam non requirit. Clamabat dicens. Miserere mei domine fili Dauid. Glo. Ista Cananæa confitetur Christum deum cum dicit. domine, & hominem, ibi, filii Dauid. Audiuit enim CHRISTVM promissũ descẽdere de stirpe Dauidis, quasi diceret. Dauid ĩ misericordia consecutus est regnum, & sic tua misericordia super omnia opera tua, ergo miserere mei. Dauid psallẽdo fugauit diabolum vexentem regem Saul, & sic tu ĩ prędicando in psalterio decem chordarum expellis dęmonia Dauid dimissis ouiculis patris fuit et liberauit fratres in Israel de manu Goliath. & sic tu relectis nonaginta nouẽ ouibus patris tui. i. nouem choris angelorum venisti ouem errantem quærere. Et ecce filia mea etiam est ouicula errans & rapta a diabolo. Ergo miserere mei, filia mea male a dęmonio vexatur, Hic detegit vulnera medico & magnitudinẽ morbi. cum dicit a dęmonio, & qualitatem cum dicitur vexatur male. ☞ Nota diabolus hominem vexare potest, ex se autem vincere non potest nisi volentem, vt patet per beatum Ambro, in lib. de beata vita, & habetur. 15. quest. 1. capit. non est dicentem. Nemo nostrum tenetur ad culpam nisi propria voluntate se deflexerit, voluntarium militem sibi elegit CHRISTVS, voluntarium seruum sibi actionatur & diabolus neminem iugo seruitutis astrictum possidet nisi se ei prius peccatorum ære vendiderit. Nam licet ex permissione diuina habeat potestatem in corpus, non tamen in animã: vt patet Iob. 1. &. 2. Similiter de sancto Antonio. Vnde triplices peccatores specialiter vexat diabolus .s. superbos. Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ Apoca. 9. Habebant super se regem angelum abyssi. Similiter auaros, & luxuriosos. Vnde. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia oculorum, aut est superbia vitæ, Clamabat miserere mei, quasi diceret. Non ex meis

actibus seu iustitia, sed de tua misericordia qua carnem su scepisti ego clamo ad te. Origenes: Ecce quanta huius mulieris fiducia, Cherubin in conspectu ei⁹ tremunt in cœlo, hæc mulier non formidat eum in terra sed clamat: Miserere quia misericordiam quæro dolorem suffero, quia filiā a dæmonio vexatam habeo. O noli spernere me peccatricē quia quid faciam nescio, quo fugiam ignoro. Nam tu solus consolator & adiutor in tribulatione. Ideoque obsecro me aspice domine me exaudi, vide diuturna vulnera mea ipsa patitur, & ego deficio. Non possum diu ab ea discedere non habeo liuorem exterius sed pugnatorem interius. Quotidiæ vulnus meum crescit & approbrium: nunc video toruū eius aspectum, nunc manibus crines spargi, spumas de ore fundi. Audio eius luctum. Nam hæc ipsa filia mea est dæmonis esca, non audio tangere eam nec ei appropinquare. Ergo miserere mei quasi diceret: Omnes qui fuerunt patres & matres cōsiderate luctum, quam flebilis mater ego sum. Subdit: Qui non respondit ei verbum. Origen. Vide & mirum & in aditum negotium, hęc flebilis mater petit & obsecrat & lamentum suum producit in clamorē & cōsolator omnium lugentium non respondit ei verbum, Latet fons, vitæ, summus medicus occultat medicinem, quare vt tempore suo daret, Ergo non respondet non propter indignationem, sed vt dicit Hierony. vt constantiam probaret & probatam manifestaret. ¶ Sed di. quare tacet pius medicus cum. dicitur, Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Respondet Beda: tacet quod non despiciat præces miserorum, sed vt perseuerantiam eorum demonstret. Secundo nō respondet dicit Hierony. vt desiderium eius. scilicet Chananææ magis accendat. Prouerbior, 13. Spes quæ differtur affligit animam. Tertio vt discipulorm animos excitaret. atque vt ipsi exinde ad intercedendum pro ea plus mouerentur, nobis in exemplum vt ad sanctos dei conuertamur iugiter eorum auxilium implorando. Iob. 5, Ad aliquem sanctorum conuertere. Bernardus: Si hic mortales existentes pro peccatoribus orauerunt: quanto magis nunc cum immortales sunt, quia beatitudo in patria charitatem non minuit sed auget. Et accedentes discipuli rogauerunt eum dicentes Hieronymus: Discipuli ignarii mysterii, diui me e

ricordia moti dixerunt. Domine dimitte eam quam tenes non exaudiendo, quia clamat post nos præ angustia quæ eam tenet puniendo: quia clamat post nos affectuose, quia compassi nõ audẽtes dicere: da ei gratiã. Et ex illo habetur quod Christus fuit in via. Sed Marcus dicit hoc factum esse in domo. Augustinus dicit quod venit in domum mente rogans & affectans, & nõ audebat loqui sed CHRISTVS exiẽs domum ipsa secuta clamauit post Christum & discipulos. Sequitur ipse respondens ait. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, id est, ad Iudæos. Origenes: O Domine quid est hoc verbum: quæ est ista accusatio? Nunquid es homo factus vt vnum angulum saluares plebis Iudaicæ: & integrum mundum relinqueres, videlicet Pontum, Asiam, Aegyptum, Cyliciã, Capadociã, & cæteras partes, & de Hierusalem tantum curas? Nonne vides iniuriam patris tui in falsis simulacris? An non prophetæ vulgauerunt, scilicet Dau d. Psalm. 2. Postula a me & dabo tibi gẽtes, & cętera Isai. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & dominabitur omnibus gentibus. Et Iacob. Ipse erit expectatio gentium. Genes. 49. & Malach. 1. Ab ortus solis vsque ad occasum magnum, est nomen meum in gentibus. Et Psal. 46. Omnes gentes plaudite manibus. Matt. vltimo: Ite & docete omnes gentes. Et nunc hic misera gentilit rogat & obsecrat pro filia, & tu dicis: Non sũ missus nisi ad oues, & cætera. Venit Centurio rogans dedisti veniã & dixisti, veniam & curabo seruum tuum paralyticum curasti leprosos mundasti mortuos suscitasti & solã hanc mulierem miseram Chananæam respuis deprecantem. Vnde Chrysostomus in Homilia dicit. Ideo noluit eam exaudire in momento ne Iudæi occasione accepta dicerent. Non credimus tibi quia soluisti legem quę pręcepit abstinere a Chananęis & fabulatut es cum eis. Ergo potest dicere CHRISTVS: O Iudęi, ecce teneo legem: hæc non sine causa clamat & obsecrat, & tamen nõ exauditur, quia ad Iudæos sum missus, vt dicitur Romano. 15. Dico Christum ministrum fuisse circuncisionis, id est, Iudæorum. Subdit. At illa venit, scilicet propitus, quia ante a longe clamauit: & adorauit eum, scilicet vt Deum creatorem cœli & terræ. Interius enim a spiritusancto didicerat: Adorabis dominum Deum tuum, & cætera. Et adhuc

non desperauit:sed ait:Domine adiuua me.Ecce fidelissima ter dolorem filiæ coputat,quasi proprium.Origenes Ecce prudentia fœmine ,non a seductore.non a falsis Vatibus postulabat auxilium,vt quidam heu faciunt.Contra quos.Leui.19.Non declinetis ad magos nec ab hariolis aliquid sciscitemini ne polluamini ab eis.& ibidem capit.20. Anima quæ declinauerit ad magos & hariolos & fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eã & interficiã eam de medio populi sui.Sic mortuus est Saul propter in iquitates suas.1.Paralip.10.eo ꝙ consuluit pythonissam quæ debat suscitare Samuelem,vt habetur.1.Regum.28.Psalm.59.In Deo faciem⁹ virtutam & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.Et ergo hoc dixit , Domine adiuua me,quasi diceret:Tu es potens iuuare me.Sequitur: Qui respondens ait: Hic tangitur secundum principale in quo Vt dixi subiungitur a C H I S T O despectæ obiurgatio dicen.Non est bonum sumere panem filiorum,id est euangelium & miracula.Ecclesiast.15.Cibauit illum dominus pane vitæ & intellectus.Et filii iudæi sunt, quia in culturam vnius de nutriti.Isai.i.Filios enutriui & exaltauit ipsi autem spreuerunt me.Et mittere canibus ad manducandum Rabanus gentiles propter idolatriam dicuntur canes.Sicut enim canes comedunt multa cadauera sic gentiles habuerunt pluralitatem deorum.Chrysostom. Ecce patiens mulier ne contradicere ausa est,nec dolet de inimicorum laudibus nec molestata est in proprio conuitio. ¶ Nota gentiles ante conuersionem dicebantur canes.Primo ratione immundittiæ. Secundo ratione idolatriæ.Tertio ratione sæuitiæ in sanctos. Apocaly.22.Foris canes & venefici,&c,Sed modo mutatio mirabilis ꝗ olim canes,fuerunt,nunc Christiani & filii Dei sunt,Ioan,1.Dedit eis potestatem filios Dei fieri.Et qui filii dei fuerunt,nũc canes appellantur.Et etiam extriplici proprietate canum quam ponit Auicenna In.4.Canone. Si homo comederet de felle canis ad quantitatẽ vnius lentis moritur.Sic Christus gustauit fel amaritudinis Iudæorum.Matthæ.27,Dederunt ei vinum bibere felle mixtum,Ideo,Psalm.20.Circundederunt me canes multi.Deuter.32.Fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile. ¶ Secundum Cassiodorum : Canis lat ant contra hos quibus i

uidit. Et sic iudæi contra Christum. Iohan. 18. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. ¶ Tertio sicut dicit Auicenna: Canes versi in rabiem proprios dominos non cognoscunt, & sic Iudæi Iohan. 19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Deuterono. 32, Oblitus es domini creatoris tui. ¶ Et sequitur. At illa dixit etiam domine. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorum. Chrysost, O mira patientia & humilitas medicus dicit: non est bonum: ipsa confirmat vtique Ipse iudæos filios vocat hæc dominos, quasi diceret. Tu me vocas canem ego te dominum tu mihi conuiciaris ego te glorifico. Et si sum canis tunc tu dominus meus, quasi diceret. Canis fidelis est domino, & sic ego tibi, quia a te non recedam. Item canis si expellitur per vnum hostiũ per aliud intrat. Et sic ego quamuis multotiẽs repulsa tamen adhuc confugio ad te Si ergo sum canis nutri me: vt canem qui edunt de micis Et sic præsta mihi minimam scintillam tuæ gratiæ: nam panem angelorum non merui nec ad mensam tecum sedere digna sum. ¶ Dixi tertio tãgitur pia exauditio, ibi, Tũc respondens IESVS ait, O mulier magna est fides tua. Reuera magna máior quam archisynagogi. Matth. 9. qui dixit: Veni impone manum tuam super filiam meam, & viuet, Hæc autem credidit, Christum in absentia posse sanare filiam Maior quam Matthæ. Iohan. 11. Domine si fuisses hic fratrer meus non fuisset mortuus, & cæ, O magna fides non vidit mortuos suscitatos, leprosos mundatos, nec prophetas audiuit nec scripturas legit. Fiat tibi sicut vis. quasi diceret, Tua volũtas curat tuam filiam, esto medica, iuxta voluntatem tuam fiat tibi. Et in hoc verbo fiat. Creauit Deus cœlum & terram. O si, volumꝰ exaudiri debemꝰ habere proprietates eiusdem mulieris. Primo sicut ipsa egressa est de finibus Chananæorum, sic & tu de consuetudine peccati. Gene. 12. Egredere de terra tua id est desiderio terreno. Primo propter famam Agg. 1. Comedistis, & non estis saturati. Hieronymus: Voluptas carnalis non satiat, vt habetur Lucæ. 15. de filio ꝓdigo. Secũdo propter guerrã Et sic Psalm. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suã Thob. 12. Qui faciunt iniquitatem, hostes sunt animæ suæ Et sic faciunt guerram cũ deo quod est difficile. Actuũ. 9. Durũ est tibi contra stimulum calcitrare. Et sic etiam cũ

Deo Iſai.59.Iniquitates veſtræ diuiſerũt inter vos & deũ veſtrum.Tertio propter crudelitatem dominorũ, ſcilicet peccatorũ. Iohan.8.Qui facit peccatum, ſeruus eſt pecca ti.Sic filii iſrael de Aegypto.Item etiam egredi debemus de finibus,id eſt,occaſionibus peccati, ſcilicet vitando lo= cum vt pater Gene.39.de Ioſeph qui non intrauit cubiculũ dominæ Danie.13.Ecce oſtia pomerii clauſa,&c. Tempus etiam & perſonã.Gene.19.Loth egreſſus de Sodomis &c. Eccle.13.ca.Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Eccle.6. Cum ſaltatrice ne aſſiduus eſto.Item propriæ miſeriæ con= feſſio filiam vaxatam liberat.Pſal.31.Dixi confitebor ad= uerſum me iniuſtitiam meam domino,& tu remiſiſti im= pietatem peccati mei Confitere quod mammon te vexat, id eſt.vſura:& aſmode⁹,id eſt,luxuria. Prou.28. Qui abſcõ dit ſcelera ſua non dirigetur qui autem confeſſus fuerit ea miſericordiam conſequetur.Et ſic tu. ❡ Secũdo compaſſio filiæ.2.ad Timo.2.ſi ſubſtinebimus conregnabimus. Matt. 5.Beati miſericordes quoniam,&c. ❡ Tertio magnitudo fidei.Marc.9. Omnia poſſibilia ſunt credenti ad Hebr.4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius,vt miſeri= cordiam conſequamur. ❡ Quarto humilitas orationis.Ec cle.25.Oratio humiliantis ſed nubes penetrat. ❡ Quinto perſeuerantia non ſemel vel bis petere debemus,ſed in om ni tempore.Ideo dicit Hiero.Non incœpiſſe ſed perfeciſſe virtutis eſt,Et Iſidor⁹.Tunc placent deo noſtra opera quã do quod incipimus implemus. Remig .Non inchoantibus ſe perſeuerantibus præmium attribuitur. ☞ Moraliter mulier eſt ratio ſuperior ſiue ſynteresis,filia eius eſt volun tas vel conſcientia quæ vexatur a dæmonio per diuerſas tẽ tationes.Rabanus:Si quis habet conſcientiam alicuius vi tii ſorde pollutam habet filiam a dæmonio male vexatam vnde Auguſt.quæ eſt maior pœna quam anima miſera po teſt pati in mundo?Reſplondet idem ſuper Pſalm.De⁹.no ſter refugiũ & virtus.Inter omnes tribulationes & turba tiones animæ humanæ nulla eſt maior pœna quam conſci entia delictis plena ibi ſunt tribulationes & turbationes. Ratio.Iſid.li.2.de ſummo bono.quia vbicũq; homo abie= rit reatus ſuæ conſcientie illlum non derelinquit. Omnia poteſt homo fugere,præter cor ſuum a ſeipſo enim nõ po= teſt recedere.Greg.Quid prodeſt ſi omnes homines te ex=

cusant & sola cōscientia accusat, quia iam habes infernum in te. Sapien, 17. Timidia nequitia dat testimonium cōdē nationi. Quid facies vide exēplum in muliere Chananæa, ipsa enim mox ad medicum cucurrit. Et sic. etiam tu Ec, 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem vt faciunt pigri, dicentes: Cras: nam crastinan dies nō est nostra sed præsens. Gregorius. Qui pœnitenti veniam spopondit, diem crastinum non promisit. Impedit diabolus hominem sicut tigridem venator ponens speculum in via, sic diabolus obiicit obstacula. Bernar, Qui hodie non aptus est, cras minus aptus erit. Iuxta me tristam. Non per cras, cras, cras, longas tibi pone metas, Nam per cras, cras, cras, omnis seducitur ætas. ☞ Secundo ipsa de finibus illis egressa est, scilicet Tyri & Sidonis, id est, a peccatis carnalibus & spiritualibus & a finibus, id est, circunstantiis. Gene, 39. Sicut Loth de Sodomis. Et clamabat. Miserere mei quia filia, id est, conscientia a dæmonio. idest, peccato male vexatur, quia rationis lumen obnubilat, quia animæ pulchritudinem fœdat & conscientię integritatem vulnerat ¶ Sed dices, quare mortale peccatū dicitur esse dæmoniū Respondetur primo propter grauitatem peccati: quia tantæ grauitatis est peccatum vt spirituum omni ære leuiorē in plumbi vertat grauitatem, Psalm, 37, Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Isa. 14. cap. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris? Secundo propter deformitatem, est enim tantæ deformitatis quod conqueritur Psalm. 52. Abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Et Threno. 4. capit. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus? Ergo dicere debemus cum muliere præsenti. Miserere mei domine filii Dauid. Necessarium est peccatrici animæ cogitare de Dei misericordia ne desperet, ¶ Nam multa faciunt peccatorem desperare. Primum est peccatorum magnitudo. Et sic desperauit Cain. Genes. 4. Maior est iniquitas mea quam vt Veniam merear. Contra quem Bernardus ait: Mentiris Cain. Maior est dei misericordia quam quæuis nostra miseria. Psalm. 35. Misericordia tua magna est super me. Idem Psalm. decimo octauo. Emundabor a delicto maximo. Nunquid magnum est filium Dei Vulnerare? vt fecit Longinus. & tamen sibi est remissum. Augustinus. Quid conuerso non ignoscitur

tum effusori sanguinis ignoscebatur. Bernardus: Misericordia Dei est tam magna quod omnis nostra malitia est sicut respectu totius maria vna gutta. Secundum est peccatorum multitudo. Prouerbiorum 18. Peccator dum in profundum venerit peccatorum contemnit. Et sic Iudas qui prius occidit patrem & matrem, & post hoc Christum tradidit. Sed recordare misericordiæ Dei, quæ multiplicior est. Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Recordare illud Matthæ. 18. quod seruo nequam dimisit decem milia talẽtorum. Recordare. 2. Paralippom. vltimo Manasses qui ait. Peccaui super numerum arenæ maris. Recordare Magdalenæ de qua Gregorius: Septem dęmonia habuit. id est, vniuersi vitiis plena fuit. Attamen lucæ septimo dicitur. Dimissa sunt ei peccata multa. Tertium est peccatorum turpitudo talis quod etiam homo plerunque verecundatur illa confiteri. De quibus ad Ephes. quarto. Desperantes tradiderunt semet ipsos in ignomiam impudicitiæ & operationem immunditiæ omnis. Nam quæ in occulto fiunt turpe dicere est. Sed reminiscere misericordiæ dei, Isaiæ primo: Si fuerint peccata vestra & coccinum quasi nix dealbabũtur & si fuerint rubea vt vermiculus velut lana dealbabuntur. Quartum est diuturnitas temporis quod homo diu iacuit in peccatis. Et sic Pharao desperauit. Exod. octauo. Sed contra hoc est misericordia Dei, quæ prompta est omni ora dimittere. Ezech. 18. In quacunque hora peccator ingemuerit, &c. August. Ne temporis diuturnitas, nec vitæ breuitas, nec criminis qualitas vel quantitas excludit a venia si fuerit contritio perfecta & vera. ¶ Quintum est reiteratio peccatorum, Multi enim dum se vident recidiuare in peccatis desperant cogitantes, Illud ad Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati gustauerunt etiã donum cœleste: & participes facti sunt spiritussancti, & ce. rursum renouari ad pœnitentiam. Sed contra hoc recordare illius misericordiæ. Matth. 8. Non dico tibi septies, sed vsque septuagiesseptics, id est, totiens quotiens, &c. Ideo Glosa super Iosue. 2. paratus est Deus vt saluet per clementiam quod non potest saluare per iustitiam.

¶ De eodem Sermo. II. de epistola.

H Aec est voluntas Dei sanctificatio vestra. Scribitur. 1. ad Thessa. 4. Crudelis hostis capta ciuitate vt ipsam destruit, & omnes munitiones ipsi⁹ ne amplius resistere valeat. Spiritualiter. Diabolus est crudelissim⁹ hostis nam si cōtra animam potest habere victoriam ad illam intrans omnes virtutes surripit & exterminat muros. i. sensus & cogitationes vt bruta infernalia ingredi & egredi valeant, & ibidē pascātur. Figuratur. 4. Reg. 25. vbi legitur: Nabuzardā princeps exercitus babylonis vt obtenta Hierusalem expoliauit tēplum, & abstulit inde candelabrum luminis altare aureum mensam propositionis, coronam faciei, vasa templi, & vasa incensi, & vasa sacrificii, & vestes sacerdotales. Et postmodum omni spurcitia templum repleuit. Spiritualiter sic diabolus vincens animam intrat templum cordis & primo extinguit candelabrum luminis. i. excæcat iudicium rationis. Secundo subtrahit altare aureum, id est, charitatem. Tertio mensem propositionis euertit, per quam verbum dei & prędicationes designantur, quia verbum dei spiritualis cibus est animæ. Quarto remouet coronam faciei templi, id est, aufert verecundiam peccandi. Quinto destruit vasa incensi id est, deuotas orationes. Sextoq́ vastat vasa sacrificii, id est. peruertit cor & oculos ne ibi videatur lachrymarum contritio: per quam deo fit sacrificium acceptum. vltimo lacerat vestem sacerdotalem, id est, vestem innocentiæ per prauam voluntatem. His igitur expoliatus homo, qui prius erat templum dei, efficitur stabulum brutorum, i. dæmonū & omnium vitiorum. Vnde August. in soliloquiis. Ipsi videntes me sine te despexerunt me, diuiserunt sibi vestimēta mea quibus honoraueras me, fecerunt sibi viam per me sub pedibus suis conculcauerunt me, & poluerunt templū sanctum tuum. s. per prauam voluntatem. Cui resistere debemus, & implere voluntatem dei, de qua dicit thema. Hęc est voluntas dei sanctificatio vestra. ¶ In summa epistolę duo innuuntur. Primo docet nos tenere veritatis viam ibi. Rogamus. Secundo docet nos habere mentis mundiciam, ¶ De primo dicit, Fratres rogamus & obsecramus vos. Apostolus scripsit illam epistolā Thessalonicēsibus, & Thessalonica erat ciuitas metropolis in macedonia quæ est quædam pars Greciæ. Et apostolus multum laborauit cum so-

clis suis ad conuersionem eorum.s.cum Siluano & Timotheo. Ideo hortatur ne falsos apostolos suscipiant,in domino IESV.per amorem eius,vt quemadmodum accepistis a nobis.s.verbo & exemplo quomodo oporteat vos ambulare,s.in via morum,& viuere spiritualiter,& placere deo scilicet per bona opera.De quo dicit magister in glosa. Ille Deo placet qui fidem rectam quam habet executione virtutum & perfectæ operationis decorat. Sic & ambuletis vt abundetis magis,id est, magis ac magis crescatis in bonis operibus quia secúdum Grego.In via dei non progredi est regredi.Vnde beatus August.dicit Summa perfectio christianæ religionis est,vt quamtumcunque homo in hac vita proficiat semper deficere se putet. Cuius causam assignat Leo papa,dicens,Nã qui æstimat se ad hoc peruenisse quod cupit,non quæsita reperit.sed in acquisitione deficit. Ex hoc patet error illorum qui dicunt quod homo in præsenti vita potest tãtum culmen perfectionis attingere quod amplius in gratia & charitate proficere non potest, quod reprobatur,in clemen.de Heræ.c.ad nostrum.Sed di.an progredi sit homini necessariũ ad salutem.Respondetur quod non quia tunc multi homines non saluarentur qui semper in vno statu sunt bonæ cõsuetudinis puta qui in eisdem orationibus & eleemosynis vitam continuant.Sed continus profectus necessarius est homini quantum ad desiderium, non autem quantum ad opera exteriora.Quod sic patet. Quilibet enim in hac vita quantumcunque sanctus dicere debet cum propheta,nunc cœpi. Lu.17.Si feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus.Greg. Hæc perfectorum summa est iustitia,vt se nunquam perfectos credant,ne ibi deficiendi incidant periculum,vbi proficiendi deponant appetitum.Ideo abundetis magis.s.desiderio,non autem oportet in operis exercitio. Subdit. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis.Hugo.Si deficiãt vires ad opus,attamen voluntatem & affectum adhibuamus.In summa epistolæ duo innuũtur.Primo docet nos habere mẽtis mundiciam,ibi. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.Secundo prohibet tria vitia ibi,vt abstineatis a fornicatione.&c,De primo dicit.Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra.i mũdicia.Leuit.9.Sãcti estote.i.mũdi, quoniã ego sanctus sum. Psalm.c. Ambulans in via immaculata

hic mihi ministrabat. Quod autem non vult immundos in ministerio suo habere patet in Oza. 2. Regum, 6. qui cum tenere vellet arca domini dum declinaret de curru, cecidit & expirauit, dicūt Iudæi, quia ea nocte cum vxore sua dormierit. Idcirco opus est habere conscientiam mundam, Nā dicitur Ecclesiastici. 10. Sicut princeps populi sic etiam ministri eius; Sed princeps noster candor est lucis æternæ, idcirco voluntas eius requirit in nobis sanctitatem. Nam anima nostra est templum Dei, & nisi templum istud mundū sit dominus in eo non habitat, 1. ad Corin. 3. Nescitis quia templum Dei estis vos, & spiritussanctus habitat in vobis. Si quis autem templum dei violauerit, disperdet illum dominus. Bern. Balsamus est gratia dei, ideo vos purum requirit. Sap. 1. Non habitat in corpore subdito peccatis. ¶ Sciendum tamen quod conscientiam nostram mundare debem⁹ tribus modis, Primo per verbum dei. Ioā. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quē locutus sum vobis. Et ideo sacra scriptura significatur per labrū de quo Exo. 38. quod habebat specula exterius in quibus qui intrabant in tabernaculum immundiciam suam videre poterant, & intus aqua lauabantur. Ideo ioānis decimo septimo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sæpe enim cōtigit quod peccator audit vnum verbum in sermone de quo tantā capit contritionem, quod si haberet mille peccata mortalia dominus dimitteret sibi omnia. ☞ Secundo mundatur per confessionem. Vnde. 1. Ioā. 1. Si confiteamur peccata nostra fidelis est Deus & iust⁹ vt remittat nobis ea, & emūdet nos ab omni iniquitate, & sic per confessionem peccati expellitur diabolus iuxta illud Lucæ vndecimo. Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea quæ possidet, si autem fortior eo superueniens vicerit eū vniuersa arma eius auferet, &c. Quod figuratur. 1. Machab. 4. Iudas mundauit templum a gentibus iniquitatum, Spiritualiter. Iudas cōfitens interpretatur. Nam tibi frequens confessio ibi decor & pulchritudo. ¶ Tertio mundatur per eleemosinarum largitionem. Lucæ. 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Augusti. Misericordiæ medicina tollit peccata maxima. ¶ Item sciendum præter hanc voluntatem adhuc multiplex est voluntas Dei. Prima est, a peccato conuertamur. Ezechielis decimo octauo. Numquid voluntatis

meæ eſt mors impii dicit dominus,non ſed magis vt con-uertatur & viuat quaſi diceret. Nolo mortem peccatoris, ſed volo magis vt cõuertantur & viuat. Augu. Erubeſcat humana pigritia plus vult ille miſereri quã nos a miſeria liberari,ergo Deus peccata hominum diſſimulat propter pœnitentiam.Quia voluntas eius eſt vt peccator conuertatur & viuat,& ideo expectat. Vnde Grego. Quiſquis viuit & derelinquit idcirco miſeratio diuina eum tolerat ,vt ab iniquitate ſe cõpeſcat. Vnde Bernard. Miſeratio tua domine quo poterit explicari ſermone quam benignus,quam liberalis quam gratuitus fueris,ego peccabam & tu diſſimulabas,ego a ſceleribus non continebam,& tu a verberibus continebas, ego prolongaui multo tempore iniquitatẽ,& tu domine prolongabas tuam pietatem. Secunda voluntas Dei eſt vt in bono proficiamus. Vnde beatus Auguſtinus dicit Summa perfectio chriſtianæ religionis eſt,vt quantum homo in hac vita proficiat:intantum ſe deficere putare debeat. Et ratio huius eſt,quia ſtatus pręſentis vitę eſt quędã via qua ad patrem pergimus vt dicit Gregorius,ſed via nũquam perficitur niſi adepto termino. Hinc eſt quod totus terminus præſentis vitę debet eſſe in proficiendo & nõ deficiendo. Ad quod hortamur. 1 Pet. 2. Sic eſt voluntas dei, vt benefaciẽtes ſitis,id eſt,vt bona opera faciatis,Illa enim duo ſibi inuicem concomitari debent. ſ. vt malum relinquemus & bonum faciamus. Vnde Pſalm. 36. Declina a malo & fac bonum. Iſa. 1. Quieſcite peruerſe agere: & diſcite bene facere. Quia nõ ſufficit ad vitam eternam vt malum relinquamus,niſi etiam bonum faciamus ,vt patet de ſeruo inutili, Matthæ. 25 .cui dictum eſt. Inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores,&c. ¶ Tertia voluntas dei eſt vt miſericordes ſimus. Matthæ. 9. Miſericordiam volo,& non ſacrificium. Prouerbi. 21. Facere miſericordiam & iudicium magis placet Deo quam ſacrificium. Et ſi homo non haberet in eleemoſynarum largitione , ſufficeret in proximorum cõpaſſione vt Iob qui quum omnia ſua perdiderat & non haberet vnde pauperibus ſubueniret, compatiebatur eis,& flebat. Iob. 30 .Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat,& compatiebantur anima mea pauperi. Ideo cõmendauit eum dominus , dicens . Iob primo. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in

terra; Gregor. Plus est compassio quam datum. Nunquam enim qui vere compatitur quod necessarium est primo negat. Qui enim de corde compatitur pauperi de seipso dat non de suis bonis. Grego. Exteriora largiens rem extra seipsum præbet, qui autem fletum ex cõpassione præbet proximo suo aliquid de seipso dat. ❡ Quarta volũtas dei est vt in bonis operibus perseueremus. Iohel. 6. Hæc est voluntas eius qui misit me patris vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Sola perseuerantia facit vt homo nõ tardet. Vnde Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit. Isid. Tunc placent deo opera nostra quando bonum quod inchoamus fine perseueranti implemus. ❡ Item sciendum qui impleuerit istas voluntates domini multas recipiet vtilitates. Prima vtilitas, quia amicus dei efficitur. Seneca. Idẽ velle, idem nolle vera amicitia est. Secunda in suis orationibus exauditur. Ioh. 9. Si quis dei cultor est & voluntatẽ eius facit hunc deus exaudit. Sicut patet in apostolis & aliis sanctis. Ideo. 2. Mach. 1. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum & faciatis eius voluntatẽ. Et statim sequitur. Exaudiat orationes vestras & reconcilietur vobis nec vos deserat in tẽpore malo, Si ergo fecerimus eius voluntatem nos ad eum conuertendo, ipse exaudiet nostras orationes culpam remittendo, sicut patet in filio prodigo. Lu. 15, qui reuersus ad patrem rogauit vt reciperet eum ideo. 1. Ioan. 5. Quodcunque petieritis secundum eius voluntatem exaudiet vos. Et Gre. Quid mirum si postulantes tarde exaudimur qui præcipientem dominum audimus tarde aut nullo modo. Tertia vtilitas in pace ei conformatur. Lucæ. 2. In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Nam qui non conformat voluntatem suam voluntati dei, pacem perfectã non habet. Iob. 9. Quis restitit ei & pacem habuit, quasi diceret, nullus, Sed qui omnia vult quæ deus vult pacẽ habere potest. Sicut enim deus omnia quęcunque voluit fecit: sic quasi omnia fiunt quę talis vult, vt legitur in exemplo secundum quod quidam respondit quibusdam admirãtibus de fertilitate agrorum & vinearum suarum. Non mirum inquit cum semper habeã tale tempus quale volo. Et cum mirarẽtur super eius respõsione & quærerent vtrum haberet alterius modi tempus, quam alii homines. Respondit. Nunquam volo tempus aliud esse nisi quale deus vult, & tale necessarium est.

¶ Quarta est remuneratio ad suam voluntatem Dicit enim deus seruientibus sibi. Si seruieris mihi ad meam voluntatem remunerabo te ad tuã voluntatem. Matthæ. 2:c. Non omnis qui dicit mihi domine domine, &c. sed qui facit voluntatem patris mei, &c. Psalm. 72. Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti me & cum gloria suscepisti me. Ille vero qui vult facere voluntatem suam sibiipsi seruire videtur. Non ergo a deo mercedẽ requirat sed a seipso, Vnde Oseę. 10. Confusio effraim capiet confundetur Israel in voluntate sua. ☞ Dixi secundo prohibet tria vicio, Primo luxuriam dicens. Abstineatis vos a fornicatione. Quod potest intelligi de carnali vel spirituali fornicatione. Fornicatio spiritualis est omne peccatũ mortale. Aug. Omnis anima aut est Christi spõsa aut diaboli adultera, væ animæ quę spõsum legitimum, & speciosum forma præ filiis hoĩm nobilissimũ & ditissimũ reliquit pro adultero leproso vilissimo turpissimo & pauperrimo diabolo. Sed fornicationẽ carnalẽ etiã prohibet cũ subdit, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificationem. i. in macerationem, ita quod non lasciuiat.

¶ Pro quo sciendum duobus modis homo maculatur luxuriæ vicio, Primo circa vsum illiciti sicut est in fornicatione. Secundo circa immoderatum vel inordinatum vsum liciti sicut est i propria vxore. Et ideo primo prohibet fornicationem cum dicit, Vt abstineatis vos a fornicatione Fornicatio est omnis vsus carnalis cõmixtionis præter legitimum concubitum, Vnde fornicari est foras nidum cadere, Nidus coniugatorum est matrimoniũ a quo mox vt cadit homo deuoratur a diabolo Vnde Prouer, 27. Sicut auis transgrediẽs de nido suo, sic vir qui reliquit locum suũ. Vitanda autem est fornicatio propter tria. Primo propter lucrum diaboli, Secundo propter contemptum dei. Tertio propter immunditiam sui. In nullo peccato tantum lucratur diabolus & pro tam vili foro sicut in illo, qui hic binos & binos deuorat. Prou. 6. Precium scorti vix vnius est panis, quia fatua mulier illo preciũ dat corpus fornicatori. & animam diabolo, cui non daret sotulares suos dudũ, ruptos nec solum animã suam tradit diabolo, sed etiam illius miseri qui commiscetur ei: Vnde sequitur vlterius in textu iam allegato. Mulier autem viri preciosam animam capit

Item in nullo peccato contẽnitur deus tantum, & pro tam vili re. Quia miser homo delectationem turpium & viliũ membrorum præponit delitiis paradisi, Vnde Ecclesia.21. Audiuit luxuriosus verbũ & displicebat ei, & proiecit illud post dorsum suum. Et dominus. Ezec.93. Proiecisti me post corpus tuum. Item in nullo peccato sordidatur tantum homo & tam turpi sorde sicut in fornicatione, quia nõ solum animã maculat sed & corpus contaminat. Vnde.1.ad Cor.6. Omne peccatum quodcunq; fecerit, homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpus suum peccat. Vbi glosa In fornicationis opere sic totus homo absorbetur a carne vt iam dici nõ possit ipse carnalis, sed simul totus homo dicitur caro. Item propter pœnã inflictam. Inno. in. li. de vilitate humanæ conditionis. Luxuria omnem ætatem corrumpit, omnem sensum cõfundit, omnem ordinem soluit. Vnde fornicatio dicitur quasi forme necatio. Quia sicut leprosos eiicitur a ciuitate & post mortem tugurium eius cõburitur igne, sic luxuriosus eiicitur ab electorum consortio & corpus & anima æternum traduntur incendio. Nam sicut hic arsit in culpa ita ibi semper ardebit in pœna, Fornicatores enim magis ardebunt sicut patet .2. Petr.2. Nouit dominus pios de tentatione eripere iniquos vero in diem iudicii cruciendos reseruare, Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, propter hoc Isid. ait. Omnibus peccatis fornicatio maior est fornicatio vniuersa accendit mala. Vnde melius est mori quam fornicari. ☞ Secundo prohibet immundiciam in propria vxore cum dicit. Et sciat vnusquisque vas suum, id est, vxorẽ suam possidere, quia mulier debet esse subiecta viro, non econuerso. Vnde domi. Gene.3. Sub viri potestate eris & ipse dominabitur tui. Et assignãtur quinq; rationes illius subiectionis ante peccatum, tres autem post peccatum. Prima ratio ãte peccatum est quia creata est post virum, aut quia vir precipuus, quia primus, Secunda quia propter virũ creata est. Tertia quia de viro. De his habetur.1. Cor.11. Quarta quia adducta ad virum non econuerso. Quinta quia imposuit ei nomen. Tres rationes post peccatũ sunt quia mulier locuta est cum serpente, quia primo comedit de pomo vetito & porrexit ipsum viro, seducta est enim & seduxit. Ideo in signum seductionis & subiectionis mulier velamẽ

debet habere ſuper caput ſuum. 1. Corinth. 11. Qualiter autem vir vxorem debeat poſſidere oſtendit cū dicit, in ſanctificationem abſtinendo ab ea pro loco & tempore ſicut apoſtolus docet. 1. Corinth. 7. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi, &c. Vnde Auguſt. Fruſtra veneratur Laurentium in craticula qui voluptatur in carnis laſbiuia. Fruſtra veneratur feſtum Petri & Andreæ in cruce qui āplexus exercet in voluptate. Vnde Vrias ait. 2. Regum. 11. Arca dei habitat in papilione & ſerui dei mei manent ſuper faciem terræ, & ego ingrediar in domum meam vt comedam & bibam, & dormiam cū vxore mea? Ideo ſubdit. Et honore ſcilicet mundo ſecundū illud quod natura docet, nihil fœdum in vxore, ſcilicet inordinatas delectationes quærere præter communem modum quem ordinauit natura. Vnde. 1. Petr. 3. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem tanquam cohæredibus gratiæ vt non impediantur orationes veſtræ.

☞ Item nota quod actus coniugalis multis fit de cauſis Aliquando fit cauſa prolis procreadæ ad cultum dei, & ſic eſt meritorius. Auguſti. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam. Secundo fit cauſa vitandæ fornicationis in proximo harū vna cauſa reſpicit ſeipſum, altera proximum de primo. 1. ad Corint. 7. Vxori vir debitum reddat ſimiliter autem & vxor viro. Augu. Redde debitū & pro ſanctificatione perfecta deus tibi computabit. Si autem ſit cauſa vitandæ fornicationis in ſeipſo tunc non eſt meritorium boni, ſed vitatio mali. Veniale autem eſt propter bonum nuptiale. Alio modo fit cauſa ſaturandæ libidinis, & tunc eſt mortale. Vnde philoſophus. Omnis vehemens amatur proprie vxoris adulter eſt, Hier. In matrimonio opera liberorū conceſſa ſunt voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur in vxore damnantur. Et hoc prohibet apoſtolus dicens. Non in paſſione deſiderii ſicut & gentes quæ ignorant deum. Thob. 6. Hi qui coniugium ita ſuſcipiunt vt deū a ſua mente excutiant & ſuæ libidini ita vacent ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmon ſuper eos. Tunc prohibet auaritiam dicēs. Et ne quis ſuper grediatur proximū. ſ. conculcando & affligendo ipſum, ſicut milites qui homi-

nes suos grauibus exactionibus opprimunt & affligunt sicut sæpe fit quod quicquid pauper per laborem & sudorē acquisiuit per annum ipsi nobis in vna veste vel in vno palefredo expendant vel in vno prandio inmunderante cōsumant, siue canibus & auibus suis distribuant. Eze. 10. Factus est leo & dicit capere prædam & homines deuorare, habent etiam leunculos suos. s. ministrales & baliuos qui admodum sanguisugæ sanguinem pauperum sugūt & in sinum dominorum euomunt. Mich. 7. Princeps postulat & iuxta in iudicando est. Contra hos etiam clamat dominus. Iaco. 3. Quare attereritis populum meum & facies pauperum commolitis quia propter oppressionem pauperum tędebat viuere sapientem, qui ait Eccle. 4. Verti me ad alia quę sub sole geruntur & vidi calumnias & lachrymas innocētiū & consolatorem neominē, nec posse resistere eorum violentiæ cūctorum auxilio destitutos & laudaui magis mortuos quam viuētes. & cę. A talibus nec eleemosynam debemus accipere. Vnde Hiero. ait super Isa. 1. Principes tui socii furum. &c. Nos quoq; cauere debemus, ne ab illis accipiamus munera qui de lachrymis pauperum congregant sibi diuitias. ¶ Tunc prohibet dolosam fraudem quæ species furti est dicens. Neq; circūueniat in negotio fratrē suū, sicut mercatores & artifices qui in stateris ponderibus & mēsuris & mendaciis iniquis, per mandacia & iniurias multos homines decipiunt, cum tamen dominus præcepit Leui. 19. Statera iusta & ęqua sint pōdera iustus sit modius æquusq; sextarius. Item mentiuntur quādo afferunt rem vilem vel corruptam esse preciosam & bonā & exercent pro magna parte quicquid doli vel fraudis potest excogitari. Contra quos ait Isai. 5. c. Væ qui dicitis malum bonum & bonum malū sicut venditores ponentes tenebras lucem sicut illi qui tenebrosa loca eligunt in quibus vendunt pannos vt defectus minime appareant. Ideo merito tanquam filiis tenebrarum proiicientur in tenebras exteriores ponentes amarum in dulce & dulce in amarum, sicut caupones, ne ista leuia videantur subdit. Quoniam vindex est dominus, ad Rom. 12. Mihi vindictam & ego retribuam. Et Psalm. 74. Cū accepero tempus ego iustitias iudicabo. Ecclesia. 5. Deus enim vindicans vindicabit. Bernadus: Quid faciet de iniustitiis ex quo ipsas iustitias iudicabit. Lucæ. 6. Eadem mensura

quā mensi fueritis remetietur vobis. Basilius: Qua mensura vnusquisq; peccat aut bene agit præmium habebit. Deuter. 25. Secundum mensuram delecti erit plagarum modus. Apocalips. 18. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit tantum date illi tormentum & luctum. Sed heu quidem illum non timent. Ecclesi. 8. Quia non profertur contra malos cito sententia absque vllo timore filiis hominum perpetrāt mala. Ecclesiast. 5. Ne dixeris peccaui & quid mihi accidit triste: deus enim patiens & redditor. Deuterono. 32. Mea est vltio & ego retribuam in tempore. Sed quia non profertur cito contra malos sententia non timetur. Contra quod Augu. Lento gradu diuina procedit seueritas, sed tarditatem compensat cōtinuitas. Subdit in textu dicens. Non Vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Ecce causa disponens ad virtutes est mundicia cordis. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam habebit amicum regem Philosophus. 4. de animalibus. Vas venenaticum si proiicitur in aquam pisces nō intrant, si autem mundum fuerit intrant. Spiritualiter. Et sic virtutes. Exod. 7. Pisces mortui in flumine sanguinibus, id est, peccatis. Psalm. Libera me de sanguinibus, id est, peccatis, &c.

¶ Feria II. Post reminiscere.

Sermo. I.

Quæritis me & in peccato vestro moriemini. Ioā. 8. videmus quod capti multa patiuntur detrimēta. Primo famen, secundo tristantur frequenter, tertio non habent requiem, & si habent dominū gratiosum ille liberat eos. Spiritualiter, & sic animæ fideles sunt captæ in purgatorio. Primo paciūtur famē scilicet bonorum operum. Psal. 58. Famen patiuntur vt canes. Nam nihil habent nisi quod eis præstamus, quia sunt extra statum promerandi. Secundo tristātur & cum tristitia capiunt cibum, id est, opera quia non exeunt nisi satisfaciant. Psalm. 79. Cibabis nos pane lachrymarū. Tertio requiem non habent, ergo clamant ad fideles amicos. Et sic facit ecclesia in officio missæ Redime me & miserere mei, &c. Et in collecta. Præsta quæsumus omnipotens deus vt familia tua vt affligendo ab alimentis abstinet sectando iustitiam a culpa ieiunet. Et figuratur in epistola. Danie 9. qui orauit. Domine deus qui eduxisti populum tuum

de terra AEgypti in manu forti peccauimus domine, iniq tatem fecim' in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua, &c. & exaudi deus noster orationē serui tui & prę ces eius, &c. Et quia videmus si vinctus habet gratiosū dominum exaudiet eum, si non mittit eum mori in vinculis. Et sic fecit Iesus Iudæis dicens: Quæretis me in peccatis vestris moriemini. ¶ In summa euangelii quatuor innuuntur. Primo vilis delicti castigatio, ibi ego vado & quęretis me. Secundo subtilis peccati meditatio, ibi si enim non crediderītis. Tertio fidelis dicti demōstratio, ibi dixit eis Iesus principium qui & loquor vobis. Quarto vtilis fidei mo dificatio, ibi, cum exaltaueritis. ¶ De primo dicit. In illo tempore, scilicet cum fuerat Iesus in templo in Ierusalē & ait. Ego sum luc mundi, tunc scribæ dixerunt. Tu de teipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Et respondit Iesus. In lege vestra scriptum est. Duorum hominum testimonium est verum. Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso. Et testimonium perhibet de me q mi sit me pater. Dicebant ergo ei, vbi est pater tuus. Respondit: Neque me scitis, neque patrem meum scitis. Si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis. Tunc inter cætera ait ego vado ad patrem, scilicet per passionem, prænūciat mortem suam esse voluntariam, quia per se vadit nō ab alio ductus, Ioā. 10. Nemo tollet a me animam meam. Nā dicitur, Ioan. 7. Quærebāt eum Iudæi apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venit hora eius.
Ideo bene dicit. Ego vado quasi diceret, Frustra me persequimini, ego enim elegi tempus quando pro humani generis salute mori debeam & quæretis me, scilicet persequendo in membris & non ex amore sed ex odio. Et in peccato vestro moriemini, id est, si perseuerabitis vsque ad mortem in ipso moriemini. ¶ Nota secundum quod sunt diuersi homines sic & diuersimode seu diuersis temporibus quęritur Iesus. Primo aliqui quęrunt eum mane, & sic inuenitur faciliter. Et sic istæ mulieres in die pascæ. Marc. vlt. Et valde mane vna sabbatorum, &c. Et sic tu in iuuētute. Prou. 8. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. ¶ Secundo aliqui quęrūt eum vesperes, & inuenitur difficulter, sicut dicitur, Lucæ. 24. de duobus discipulis euntibus in Emaus qui dixerunt Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit;

Et tamen dominus dure reprehendit eos. Et sic aliqui in senectute. Psalm. 21. Aruit tanquã testa virtus mea quia obstinati raro conuertuntur. Ideo sequitur & lingua mea adhæsit faucibus meis. Et sic quandoque moriuntur sine confessiõe, ex quo sequitur. Et in puluerẽ mortis deduxisti me. Tertio aliqui quærunt cum sero, & est dubilitate an inuenitur, Ioan. 20. Cum sero, &c. Iesus venit & tamen dubitauerunt quia spiritum esse crediderunt. Et sic aliqui in morte volunt eum quærere. Vnde Aug. Pœnitentia sera raro vera. Si vis agere pœnitentiam quando peccare nõ potes tũc peccata te dimittunt tu non ea, tene certũ & dimitte incertum. ¶ Quarto aliqui in nocte, & sic milites custodientes sepulchrum quærentes in nocte non inuenerunt. Et sic aliqui in peccato noctis non inueniunt. Can. 3. In lectulo meo quæsiui per noctem & non inueni. Reuera non inueni miseratorem post mortem, quia sic est in mundo, nõ vt glorificatorẽ quia sic est in cœlo, sed vt iustitię exactorẽ. Isa. 52. Quęrite dominum dũ inueniri potest. &c. Ergo subdit. In peccatis vestris moriemini. ¶ Nota quidam moriuntur pro peccatis & sic tãtum vnus est mortuus scilicet Christus. I. Pet. 2. Christus est pro peccatis nostris, iustus pro iniustis. Et hęc mors est amara. Thre. 1. O vos oẽs qui trãsitis per viã, &c. & Sapie. 1. Morte turpissima condemnemus eum. Aliqui vero moriũtur peccato, & sic tantum boni, 1. Pe. 2. Peccatis mortui iustitiæ viuamus. Aliqui propter peccatũ, & sic nos omnes, Rom. 5. Per peccatum intrauit mors in mũdum. Aliqui in peccato & sic Iudæi, de quibus hic in textu dicitur. Moriemini in peccatis vestris. Ecclesiast. 41. O mors quam amara est memoria tua. Tũc subdit. Quo ego vado vos non potestis venire, quia iam mortui erant in peccatis & in statu damnationis, ideo ad gloriam patris ad quam iuit saluator per mortem nunqua venire poterant Remigius. Non poterant venire quia noluerunt in eum credere nec eum diligere, illa est enim via ad eum. ℟ Sciendum multipliciter impediuntur aliqui adeo quod non possunt venire quo CHRISTVS vadit. Primi sunt ignorantes viam. Psalm. Non est timor dei ante oculos eorum, & viam pacis non cognouerunt. Et hæc est via pœnitẽtiæ per quam peruenitur, ad pacem æternitatis. De qua Exod. 5. Ibimus viam trium dierum in solitudine. Tres dies

sunt tres patres pœnitentiæ, sine quib⁹ nemo perueniet ad Christum. Lucæ.13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes si mul peribitis. ¶ Secundi ratione contrarietis. Et sic impediuntur peccatores. Et de hoc hic loquitur Psaml. Non habitauit in medio domus tuæ qui facit superbiam, sed solum qui peccato caret & est innocẽs. Psal. Domine quis habitauit in tabernaculo tuo. Innocens manibus. &c. ¶ Tertii ratione imperfectionis vel indispositionis. Hoc mondo impediunt iusti quandiu sunt in corpore. 2. ad Cor. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur a domino. Talibus nõ dicit dominus simpliciter ego vado vos non, &c. sed addit determinationem temporis. Ioh. 13. Quo ego vado non potestis me modo sequi. Sequitur malus Iudæorum intellectus circa prædicta. Dicebant ergo Iudæi. Nunquid interficiet semetipsum quia dicit, quo ego vado vos nõ potestis venire. Quæ quidem opinio secundum August. stulta est, nam poterant seipsos interficere & venire ad morté. Non ergo mors erat terminus quo iturus erat, sed via qua ibat ad patrem. Vnde non dixit quod non possent ire ad mortẽ sed per mortẽ non poterãt ire ad locũ quo Christus exaltabitur per mortem a dexteram patris, Vel secundum Origenem. Iudæi habuerunt ex. Isa. 53. quod Christus esset voluntarie moriturus. Dicit enim ibi pro quod tradidit animam suam in mortem. Et ideo ex hoc habuerunt aliquã suspitionem quod Iesus Christus esset. Ex hoc ergo quod dixit. Quo ego vado introduxerunt hanc opinionem quod ipse semetipsum voluntarie morti tradiderit. Contumeliose tamen hæc proferunt dicentes. Nunquid interficiet, &c. Alias dixissent. Nunquid anima cum ipsi placuerit egredietur relicto corpore quod nos non possumus facere. Sequitur iam illud quod eis dominus ad hoc respondit conuincendo eos quod verba sua non intelligebant. Vos deorsum estis ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Non ergo est mirum quod superiores vestri falsum habuerunt intellectum, quia ne mũdo fuerũt & animales, animalis autẽ homo non sapit ea quæ dei sunt August. Si non credideritis quia ego sum Christus, quia ego sum filius Dei non credetis quia ego sum verbũ patris quia ego fio conditor mundi, quia ego sum hominis creator & redemptor: Nisi hæc omnia credideritis moriemini

in peccatis. Ideo Iudæi dicebant Christo. Tu quis es, quasi dicerent ironice, vt sciamus te, & non moriamur in peccato. ¶ Sciendum, quod litera illa intelligi potest de Christo filio Dei & de Christo homine. Nã Christus secũdũ quod filius Dei est de supernis. Iohan. 16. Exiui a patre & veni in mundum. Et similiter non est de hoc mundo sensibili quia non consentit rebus sensibilibus quia præcepit mundum sicut causa effectum. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt & mundus per ipsum factus est. Si autem homo Christus est de supernis propter virtutem formatiuam quæ fuit virt⁹ spiritussancti quantum ad animã corpus eius bene est pars vniuersi. Et sic est de mundo quantum ad substantiam, nõ tamen quantũ ad peccati deordinationẽ, que de ordinatio nomine mundi in sacra scriptura sæpius intelligitur. Vnde nullum habuit affectum ad hoc mundum & ad hæc mundana, sed ad superiora vbi iam conuersabatur. Ad Philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Matthæ. 6. vbi est thesaurus tu⁹, &c. Iudæi vero sic erant de mũdo, quia habuerũt affectum ad terrena. Bene ergo concludit Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. ¶ Circa quod sciendũ quod vnũ quodq; in suo genere de inferioribus si sibi relinquãtur naturalia, deorsum tendit: sicut omnia grauia, & nihil naturaliter tẽdit sursũ nisi qd a superioribus habet originẽ sicut ignis & huiusmodi leuia Sicut ergo est in reb' corporalibus, sic in spiritualibus, quod innuitur, Ioan. 3. De cœlo descendit secundum hoc sensus literæ ille est. Hæc est causa quare non potestis venire quo ego vado quia cum sitis deorsum quãtum in vobis est non potestis ascendere, & ideo dixi, quia moriemini in peccatis vestris supra dixit in peccato vestro singulariter, quia principale peccatum eorum fuit persecutio Christi & membrorum eius, sed adhuc sequebãtur multa alia peccata propter hoc replicauit in plurali, dicens: in peccatis vestris moriemini. ¶ Dixi secundo tangitur subtilis peccati medicatio cum subdit. Si enim non credideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro. q. d. Nati estis in peccato originali a quo non potestis absolui nisi per fidem meam: quia nisi credideritis quia ego sum moriemini in peccato. Et sic remedium quo peccatum eorum curari potuit, fuit fides. Dixit autem christ⁹ notanter quia ego sum, & non dixit: quia ego sũ Christ⁹ ve

filius dei, vel quē prophetæ dixerunt, vt ostenderet se esse illum qui olim Mosi dixerat. Ego sum qui sum, Eodē enim verbo essentiæ vsus est loquens ad Iudæos dicens, Quia ego sum. q. d. Ego tunc qui veni per angelum vt mitterem Mose ad populum meum ego ipse per meipsum veni ad liberandum genus humanum, illi autem in stultitia sua perseuerantes & subtilitatem verborum non intelligentes dixerūt quod sequitur. Tu quis es, scilicet vt credeam⁹. Quod cognoscens quondam sapiens aiebat: pauper locutus est: & dicunt ei. Tu qui es? Eandem quæstionem fecerunt olim scribę & pharisęi Ioanni baptistæ. Ioan. 5. ¶ Dixi tertio ostenditur fidelis dicti demonstratio: cum subditur Dixi autem Iesus principium q̄ & loquor vobis. Fidele quippe dictum fuit quod remedium contra peccatum persecutionis fuerit fides, Et ad hoc sunt rationes inducentes, Prima est naturæ subtilitas quæ innuitur cum dicitur, principiū, &c. ¶ Vbi sciendum quod pater dicitur principium filii p̄ generationem, Ioan. 1. In principium erat verbū, &c. Fili⁹ autem dicitur principium cum patre spiritussancti per inspirationem, Et tres personæ simul sunt principium creaturę per creationem. Psalm. In principio, id est filio: tu dñe scilicet pater terram fundasti. Similiter & filius dicitur prīcipium respectu totius creaturæ, Nam hoc quod est per essentiam, tale est principium & causa eorū quæ sunt per p̄ticipationem, Ipse autem est per essentiam omnes vero creaturæ per participationem. Igitur est omnium creaturarū principium. Psal. Tecum principium. i. filius. Sed quia Christus non habet in se diuinam naturam solum, sed etiam humana ideo addidit qui & loquor vobis, q. d. Ego sum deus propter vos factus sum homo, ad hoc descendi vt vobis loqui possem per susceptum formam serui. Heb. 1. Multiphariæ multisque modis olim loquens Deus patribus in prophetis nouissime autem diebus illis loquutus est nobis in filio, &c. Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. ¶ Secunda ratio inducens ad credendum eum esse Christum, est iudiciaria potestas, De qua sequitur. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, quia ego habeo authoritatē vos iudicandi. ¶ Sed sciēdum quod aliud est loqui vobis aliud loqui de vobis. Loqui, vobis est loqui ad vtilitatem vestrā Sic loquitur nobis Christus dum viuimus prædicando, in-

spirando,& huiusmodi. Loqui de vobis est non ad vestram vtilitatem,sed ad iustitiam ostendendam,& hoc modo loquetur in iudicio futuro,& sic accipitur hic. Multa habeo adhuc de vobis loqui. Sed quod dicitur Ioan.3. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet,intelligitur de iudicio in primo suo aduentu. ¶ Ratio tertia inducens est veritas æterna,de qua modo subditur. Sed qui misit me verax est,& ego quę audiui ab eo hęc loquor in mūdo.q.d. secundum Chrysostomum: Dico quod habeo de vobis iudicare sed hoc differo,non ex impotentia sed ex obediētia voluntatis paternæ. Nam qui misit me verax est. Vnde quū promisit mittere Saluatorem & propugnatorem misit me nunc ad saluandum, Ergo quia non loquor nisi quæ audiui a deo,ideo loquor vobis salutaria, Vel sic. Qui misit me verax est. Ego autē loquor consona ei,ideo loquor vera. Ideo debetis mihi credere. Veritatem enim dico vobis quia filius sum veritatis, ¶ Sciendum etiam quod audire eum a patre nihil aliud est quam ipsum se a patre, quia ab illo habet audientiam a quo habet essentiam, Et attendendum quod omnē gloriam dat Deo patri Vnicus filius vt nos clā instruat exemplo suo,quia si ipse qui est coeternus filius omnem gloriam dat ei multo magis nos Deo glorificare in operibus debemus cum serui eius sumus. Et nō cognouerunt quia patrem eius dicebat deum: hoc addit euangelista vt ostendat cæcitatem eorum nondum enim habebant oculos cordis apertos quibus & filii æqualitatem intelligerent,quia carnales erant. Veruntamen multi Iudæorum in morte eius crediderunt videntes miracula quæ fiebant,vt habetur Luc.23. Similiter ad prædicationem apostolo post mortem eius. ☞ Dixi quarto tangitur vtilis fidei modificatio cum sequitur. Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. ☞ Vbi sciendum modus siue modificatio qua peruenitur ad fidem qua remedium dictū est contra peccatū persecutionis ,dicitur fore filii hominis exaltatio siue crucifixio quæ per iudæos cruci crudeliter assistentes facta est. Et tunc multi de Iudæis crediderunt eum Christū esse nō solū per gloriā resurrectiōis suę,sed secūdū Chry. per pœna captiuitatis & destructiōis iudęorū, vel vt dictū est multi iudęorū vidētes signa ī passiōe domini facta perfecte crediderū, Iuxta illud io.12. Ego si exaltat⁹ fuero a

terra omnia traham ad meipsum. Ideo secundum Augusti. crucis commemorat passionem vt det spem peccatoribus, vt. s. nemo desperet in quocunque etiam scelere & malo sit constitutus, ex quo ipsi crucifigentes Christum per sangui nem eius liberantes a peccatis. Et a me facio nihil sicut me docuit pater, ita loquor, & cæ. In duobus assignat originē suam a patre. Primo in his quæ facit, ideo dixit: A me facio, Nihil. Ioh. 5. Non potest filius a se facere quicquam: ab illo enim sibi est operatio a quo sibi est generatio. Secūdo in his que dicit, sed sicut docuit. i. tradidit mihi scientiam generado me: quia cum sit simplex natura veritatis, hoc est filio esse quod nosse. Ioā. 17. Mea doctrina non est mea. q. d. sicut esse non habeo a me, sed a patre; sicut etiam doctrinam siue scientiam. Et ne intelligatur quod sit missus a patre quasi ab eo distinctus, ideo addit docendo eius inseparabilitatem a patre. Et qui misit me, scilicet secundum humanitatem, mecum est, secundum diuinitatem, & non reliquit me solum. Simul enim sunt inseparati pater & filius. Prima per essentiæ vnitatem. Ioā. 9. Ego in patre & pater in me est. Secundo per amoris coniunctionem. Ioan. Pater diligit filium, & c. Et licet sint simul, tamen solus filius missus est, hoc est solus incarnatus est sicut solus passus est, Missio enim eius incarnatio est, ad Galatt. 4. Ab vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum, & c. Et vt aliquo vtar exemplo perpende. Sicut aliqua arbor radium solis in se sucipiens ferro inciditur : cum tamen radius solis nec incidi possit, nec ab arbore separari ita Deus pater & ipsa in Christo diuinitas pati nō potuit sed sola Christi humanitis passibiliis fuit quanuis pater misit filium tamen, non recessit a filio, nec econuerso. Ideo sequitur. Et non reliquit me solum, quia quę placita sunt ei facio semper. Hoc tamen quod ea quæ patri placita fuerunt fecit, nō ponitur pro causa meritoria: sed pro signo. Signum autem quod pater est cum filio est illud, quod filius facit quæ patri placent Ideo bene dicitur. Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Hęc illo loquente multi crediderunt in eum. Ecce effectus doctrinæ Christi quæ est conuersio multorum ad fidem. Ideo fides ex auditu, auditus per verbum Dei. Meliores fuerunt hi multis modernis Christianis, qui nequaquam auditis de Christo prædicationibus credere curant. Ideo

damnabuntur, quia qui non crediderit condamnabitur, & cætera.

Feria, III. Sermo. I.

VNus eſt enim magiſter veſter Chriſtus. Marc. 12. Lucæ. 20. Matthæ. 23. Conſuetudo & proprietas boni ſcolaris eſt, vt quærat magiſtrum illuminatum, & vt ſic ei obediens. Spiritualiter, & ſic nos habemus magiſtrum Chriſtum. Coloſſ. 2. Omnes theſauri, &c. Vere illuminatus, ergo intr oitus quærit talem cú cantat. Tibi dixit cor meum exquiſiuit te facies mea: faciẽ tuam domine requiram. Domin⁹ illuminatio mea & ſalus mea quem timebo, &c. Ergo in timore tene mandata eius. Et hoc petit in collecta. Perfice quæſumus domine in nobis benignus obſeruantiæ ſanctæ ſubſidium, vt quæ te authore facienda cognouimus: te operante impleamus. Et hoc fecit Helias, vt patet in epiſtola, qui fuit obediens, vadens ad mulierem Sareptanam, Similiter & mulier quę habuit modicum farinæ, & modicum olei æque bene propter obedientiam Dei diuiſit. Heliæ, & non ſunt diminuta farina nec oleum. 3. Regum. 17. Ecce quam pius magiſter qui diſcipulos ſuos non ſinit pati defectum, de quo Theſſa. Vnus eſt enim magiſter veſter Chriſtus. ☞ In ſumma euangelii duo innuuntur. Primo ponit exceſſum prælatorum. Secundo ſubdit informationem ſubditorum, ibi. Vos autem nolite vocari rabi. &c. De primo dicitur. In illo tempore. ſ. cum Chriſtus interrogauit Iudæos de Chriſto cuius filius ſit, ipſi non potentes reſpondere, & ſic refutati, ait diſcipulis ſuis, & turbis quomodo prælati excederẽt in tribus. Primo quod ſubditos verbis exemplis non inſtruunt. Secundo quod ſubditis fortia onera imponunt, & ſibi leuia. Tertio quod de poteſtate ſibi collata ſuperbiunt. De primo ait ſuper cathedram Moſi Gloſ. 1. doctrinam quam Moſes docuit. Sederunt ſcribæ & Phariſæi quaſi in magno honore, ſed non in opere. Chryſoſtomus. Videte quomodo ſedeatis, quia non cathedra facit ſacerdotem, ſed ſacerdos cathedram, non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Subdit, Omnia quæcunque dixerint vobis, id eſt, ad vtilitatem veſtram ſeruare ſcilicet corde, & facite. ſ. opere, ſecundum vero opera eorum nolite facere. Bernard. Multi multa ſciunt ſeipſos neſciunt, alios docent & ſeipſos negli-

gunt. Glosa interlinearis. Doctrinam serua vitam eorũ vita, quia opera eorũ mala. Chri. super Mattheum ponit tria exempla. Primum, terra fert aurum preciosum quæ tamen est vilis & calcatur pedibꝰ, & aurum eligitur, terra relinquitur. Et sic vos doctrinã recipite, mores relinquite & cõtemnite propter immundam eorum vitam. Et verbum dei dicitur aurum, quia incorruptibile, & sic verba DEI seruant hominem a putrefactione peccati, Psalmo In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Secundum exemplum: Herba amara multotiens fert florem delectabilem & apis dimittit herbam & colligit florem Sic licet prælatus sit amarus in rancore, tamẽ florem verbi dei proponit: quia sicut flos producit fructum, sic verbum dei Iacob. Primo. Voluntarie nos genuit verbo veritatis. Ternum exemplum: Rosa de spina oritur, & sic prælatus licet sit auarus, Lucæ octauo Diuitiæ spinæ sunt, tamen rosam verbi dei serua. Et verbum dei dicitur rosa ratione dulcis odoris, Psalmo. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, & cætera. Quartum sicut margarita præciosa inuenitur in conchis marinis. & cæ. & sic verbum dei, Matt. septimo. Nolite margaritas proiicere, & cæ. ergo verbum dei non est spernandum a malo sacerdote. Quintum exemplum, sicut seruus non spernit nuncium domini: licet veniat scissis vestimentis, quia nõ accipit eum propter se sed propter dominum, & sic tu malum sacerdotem qui missus est a deo, ad Romano decimo. Quomode prędicabunt nisi mittantur & portant memoriam dei. Psalmo, 67. Dominus dat verbum euangelizantibus virtute multa, Ezec. 3. Nolunt audire te quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ergo sunt audiendi. Subdit rationem, dicunt & non faciunt, id est, non concordat verbis doctrinæ vita eorum. Chrysostomus. Pacem aliis dant, & ipsimet non habent. Fidem prædicant, & infidelitet agunt. Veritatem laudant & medicia diligunt. Auaritiam castigant, cupiditatem exercet. Similis sunt manibus in via campanis in ecclesia fabris arce. Nœ Consideremus prædicatores, doctores, magistros, sacerdotes, religiosos iudices, iuratos, ciues, imo omnes christicolas, vtrum verificetur de eis hoc, dicunt & non faciunt Psal. 11, Quoniam defecit sanctus. diminutæ sunt veritate

a filiis hominum,vana locuti sunt vnusquisq; ad pximũ suum labia dolosa in corde.s.cum os aliud loquitur,cor aliud machinatur,ad Ro.2.In quo alterum iudicas teipsum condemnas,Sicut candela aliis lucens seipsum consumens sic prælati alios verbo.viuificant seipsos mortificãt.Alios soluunt,seipsos damnant, sicut dicitur christo Matth.27.irrisorie.Alios saluos fecit,seipsum non potest saluum facere.Ande Augu.Bene docere,& male agere est linqua propria se condemnare.In quibus impletur illud.Gen.27.Vox quidem Iacob.i.supplantatoris,manus.i.opera Esau.i.veritatis.Ergo verus prȩlatus verbo & opere debet docere. Act.1.Cœpit Iesus facere & docere.Vnde dum vox vitæ nõ discordat dulcis est symphonia.s.prȩdicatoris.Et Mat.5 Qui fecerit & docuerit,hic magnus erit in regno cœlorum Sed heu plures sic dicunt contra docentes,Tamen hoc delictum committit prȩlatus noster,non est hoc aduertandum sed in propria virtute,vel conscientia confitendum est,quia de prælatis dicitur ad Rom.2.Qui ergo alium doces,teipsum non doces.Qui prædicas non furandum furaris, non mœchandũ mœcharis,&c.æstimas quod effugias iudiciũ de,quasi dicat nullo modo quia quanto gradus altior, tanto casus profundior. ℂ Secundus excessus erat quod subditis fortia onera imponunt & sibi lenia.Ideo subdit: Alligãt hominibus onera grauia & importabilia, scilicet onera legis,de quibus Act.15.dixit Petrus: Vt quid vultis imponere iugum super ceruices discipulorum,quod neque nos neque patres nostri portare potuimus vt fuerunt onera decimarum.Vnde Matth.23.Væ vobis scribæ & pharisæi qui decimatis mentham.&c.& relinquitis quæ grauiora sunt legis iudicium & misericordiam & fidem. Et hoc fecerũt vt allicerent ad dãdum decimas.Isti figurãtur per Roboã. 3.Regum.12.Pater meus cæcidit vos flagellis: ego autem cædam vos scorpionibus,quod tamen non debet fieri. Tribus enim de causis secundum Chrysostom.pœnitentia grauis nõ est imponenda,Primo propter maius periculũ quia sepe homo pœnitẽtiã sibi datã proiicit,& tãquã desperatus ad peccatũ reddit,vt patet in exẽplo. Si fascẽ super adolescẽtẽ posueris importabilẽ,aut proiicit aut succumbi. Secunda ratio Chrysost.propter vitandum Dei iudicium. Nam melius est reddere rationẽ de misericordia,quam de crudelita

te. Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Ego misericors confessor potest dicere illud Psal. 39. Non abscondi misericordiam tuam a consilio multo. Tu autẽ domine ne longe facias misericordias tuas a me, &c. Ac si diceret. Sicut feci aliis, sic fac & mihi. Tertia propter liberalem dominum, secundum Chrys. Vbi enim pater falias largus est dispensator nõ debet esse auarus minister. Ideo Chryso. Circa vitam tuam esto auster⁹ circa aliorum benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grauia facientem. Ad Galat. 6. Fratres si homo occupatus fuerit in aliquo delicto vos qui estis spirituales. huiusmodi intruite in spiritu lenitatis. Et subdit. Altera alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Vnde versus: Confessor mitis affabilis atque benignus. Sit sapiens iustus sit dulsis compatiensque. Vt proprium crimen celetque peccata eorum. Debet nãque esse samaritanus de quo Luc. 10. Vnde versus: Infundat oleum mulcens vinumque flagella. Nunc virgam patris nunc porrigat vbera matris. Exemplo patris qui occurrit filio prodigo. Luc. 15. Tertius excessus erat quod de potestate superbi erant, & de opere. Ideo subdit: Omnia opera faciunt videantur ab hominibus, id est, gloriã hominum quærunt. Dilatant autem phylacteria sua, id est, carthas decalogi. Ideo. Hieron. dicit. Phylacterium dicitur a phylacæ, id est, seruare, & theron quod est lex quasi conseruatoria legis, quia scribant decalogum in magnas schedulas fronti impositas, vt præ cæteris religiosiores apparerent male interpretantes illud. Deute. 6. Ligabis ea quasi signum in manibus tuis, & erũt semper ante oculos tuos, cum spiritualiter manus sit operatio & oculi sint ipsa meditatio. Et magnificant fimbrias Licet enim omnes Iudæi in quatuor angulis palliorum fimbrias portabant, iuxta præceptũ Mosi, Num. 15. & Deu. 22 pharisæi tamen ferebant grandes fimbrias, & spinas ligabant in eis quæ eos eundo vel sedendo pugerent, vt sic recolerent beneficia dei. & hoc totum faciebant ad ostentationem. Sicut adhuc aliqui gerentes habitem vilem ad hominum laudem de quibus Matt. 7. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium intrinsec⁹ autẽ sunt lupi rapaces. Nã dicitur Eccle. 19. Est qui nequiter humiliat se & interiora eius plena sunt dolo. Hic subdit de

eorum superbia cordis. Amant enim primos recubitus in cœlis, vt sic principaliores videantur & primas cathedras synagogis, & salutationem in foro. Nam homines tripliciter conueniunt, vel ad tractandum carnalia, sicut in cœnis vel spiritualia sicut in synagogis, vel etiam temporalia sicut in foro. Et in omnibus his volebant pharisæi principatum habere, & gloriam in publico quærebant sibi exhiberi, ideo subdit, Et vocari ab hominibus rabbi. Chrysostom. vocari volunt non esse: nomen appetunt & officium negligunt: Nam desiderare scientiam & actum docendi non est malum, sed meritorium, sed desiderare nomen tantum, hoc est malum & superbiæ peccatum. Si tamen desideretur nomen & authoritas magisteri, ad hoc quod scientia habita aliquis possit melius vti non est malum, sed est bonum, quia bonus doctor debet inquirere illa quæ faciant efficaciam suæ doctrinæ. Dixi secundo subdit informationem subditorum, dicens, Vos autē nolite vocari rabbi, id est, nolite appetere scientiam ratione vanæ laudis. Iacob. 3. Nolite plures magistri fieri, id est, nolite vobis asscribere vel aliis attribuere authoritatem scientiæ, quia homines docent ministerio Deus autem infundit lumen sapientiæ, Ideo sequitur, Vnus est enim magister, scilicet authoritate, scilicet qui illuminat hominem interius, quod aliis non potest. Psal. 70. Deus docuisti me a iuuentute mea &c. Vnde Chryso. Si autem homo hominem erudiret, omnes homines discerent, quia doctores haberent, nunc autem quia non homo docet, sed deus, ideo multi docentur, sed pauci discunt. Hæc ille
Omnes enim fratres estis. Vbi dissuadet appetitum laudis ratione potestatis. Nullus enim debet vsurpare potestatem super alium nisi vocatus tanquā Aaron, quia omnes æquales sumus fratres ab vno, scilicet deo facti & ab vno, scilicet Adā geniti ad vnam hæreditatem Vocati, s. regnum cœlorum. Et patrem nolite vocare super terram. Vnus est enim pater vester qui in cœlis est, quasi diceret. Authoritatem generandi, siue carnaliter, siue spiritualiter, noli sicut terreno patri asscribere: sed Deo. Mala. 2. Nunquid non est vnus pater omnium nostrum? Vnde Chrysost. super Mat. In mūdo enim quamuis homo hominem generat tamen vnus est pater qui omnes creauit. Non enim initium vitæ hominis ex parentibus sed transitum vitæ per eos accepimus. Hæc

illę. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est CHRISTVS. Sed di. ex quo opera trinitatis sunt indiuisa, vt dicit. Augustinus de trinita. lib. 1. Et. Christus dixit. Matthæ. 10. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Cur magisterium hic specialiter attribuitur Christo, & non patri, vel spirituisancto respondetur, quia Christus est Dei virtus, & sapiētia. 1. Corinth. 1. Item in Christo thesauri sunt omnes sapientię. Coloss. 2. Item Christus est fons sapiētię. & verbum dei in excelsis. Ecclesia. 1. Item Christus ideo est missus in mundum vt esset hominibus magisterium, & adiutoriū, vt dicit Augusti. licet hæc omnia attribuūtur trinitati, tamen Christo specialiter. ☞ Nota magister appellatur qui erudit exemplo. Rabbi vero dicitur qui erudit verbo. Tunc subdit. Qui maior est vestrum, erit minister vester, hoc est qui vult alios præuenire regendo, debet illos præuenire obsequendo. Ecclesi. 32. Rectorem te posuerunt nolli extoli, sed esto in illis quasi vnus ex illis. Orig. Qui proponit verba diuina scientiq fructificat nequaquam se magistrum, sed ministrū fateatur. Ideo subdit. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur, id est, pro honore habebit dedecus pro laude habebit infamiam. Remigi. Omnes qui se de suis meritis extollunt apud deum humiliantur. Et qui se in beneficijs humiliant apud deum exaltantur. Pro quo sciēdum, triplex est superbia. Prima in affectu, & illam habuit lucifer in cœlo. Isa. 14 In cœlum conscēdā super astra dei exaltabo soliū meum. Et hæc orta est in cœlo, & impugnat homines cœlestes, sicut discipulos Iesu. Lucæ. 22. Facta est contentio inter eos, quis eorum maior videretur esse. Secunda in intellectu, scilicet in appetitu scientię & oriebatur in paradiso in primis parentibus. Gene. 3. Eritis sicut dii scientes bonum, & malum. Heu multi vexantur tali superbia, de quibus Isai. 5. Vę vobis qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vosinet ipsis prudentes. Tales non appetunt scientiam dei: sed mundi: Hiere. 4. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Et primæ. Corint. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud deū Tertia in actu, & hæc est dispersa in toto mundo vt vnus alterum opprimat di. illud. Sapient. 2. Opprimamus pauperē iustū, & non peccamus viduæ, &c. Sit fortitudo nostra lex iustitię nostræ. Ab hoc peccato de-

bemus cauere, quia est maximum. Psal: 18. Emūdabor a delicto maximo, Nam est corona aliorum omnium. Isaię. 28. Væ coronæ superbiæ. Nam est regina aliorum vitiorū. Nā sicut regina non ambulat solitarie, sed cum societate, sic superbia. Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, implebitur maledictis, scilicet vitiis. Glo. interlinearis, De superbia nascuntur hæreses schimata, detractiones, inuidiæ, verbositates, iactantię, contentiones, & huiusmodi quæ ex cupiditate procedunt. Secundo regina requirit magnas expensas, & sic superbiæ nō sufficiunt principatus, ducatus, & episcopatus. vnde Ecclesi. 21. Domus q̄ nimis locuplex est annihilabitur superbia. Tertio regina est caput regionis. Et sic superbia aliorum peccatorum. Eccle. 25. Non est caput nequius super caput colubri, id est, superbiæ. Vnde Chrysostomus. Tolle hoc vitium, quia si non vellint homines apparere hominibus, sine labore omnia vitia resecantur: Figura. Exod. 12. Dum primogenita Pharaonis moriebātur filiis Israel liberati sunt. Et. 1. Reg. 17. Goliath in fronte percussus a Dauid mortuus est, & filii Israel saluati erant, Et sic per abiectionē superbiæ fugatur diabol⁹ & saluabitur fidelis populus. Itē superbia est vitāda, ideo quia est signum dānationis, Gregorius. Euidentissimum signum reproborum est superbia, electorum humilitas, nam videmus sub cuius principis vexillo homo militat illius dicitur esse miles, & sic homo repertus sub vexillo humilitatis est miles dei. Repertus vero sub vexillo superbię est miles diaboli. Iob. 41. Rex est super omnes filios superbiæ. Item superbia est vitanda, quia superbus peccat in se non cognoscens quid sit, cum enim sit cinis & puluis, tendit sursum quasi elementum ignis. Peccat in proximum per discordiā Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Peccat in deum quia reputat omnia habere a se, & non a deo, non attendēs illud. 1. Corinthio. 4. Quid habes quod non accepisti? Ideo Ecclesiast. 10. Odibilis coram deo & hominibus est superbia. Ideo dicit, Qui se exaltat humiliabitur, scilicet per descensum ad inferos. Psalm. 100. Non habitabit in medio domus meæ faciens superbiam, Econtra: Qui se humiliat exaltabitur. Iob, 22, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.

NEscitis quid petatis. Mat. 20. Marc. 10. Commune est prouerbium, qui cum brachio incuruato ante conspectum magnorum accedit, ille citius intromittitur & in precibus suis exauditur. Spiritualiter. Si volumus exaudiri & intromitti in curiam regis cœlestis tunc in hoc sacro tēpore debemus accedere ad Deum per inclinationem brachii, id est, per orationis humiliationem. Ecclesiast. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Figuratur. 3. Reg. 10. Regina saba attulit aurum & argentum. Et sic tu aurum dilectionis, & argentū castitatis. Sine his enim homo non intromittitur, neque exauditur. Deut. 16. Non appareas in conspectu dei tui vacuus ergo tali dicetur. Nescitis quid petatis, ergo ecclesia sancta hodie incuruat, id est, humiliat se in introitu dicens: Ne derelinquas me, &c. Collecta populum tuum quæsumus domine propitius respice, &c. In epistola Hest. 14. quę orauit, Domine deus miserere populi tuo quia volunt nos inimici nostri perdere, & hęreditatē tuam delere ne despicias partē tuā quam redemisti tibi ex Aegypto, Si decreueris nos liberare, continuo liberabimur. Ecce quam pulchre orauit. Primo humiliat se. Secundo redemptionis recordata fuit. Tertio in voluntate dei omnia posuit. Hoc non fecit hæc mulier cum filiis suis ideo a domino audiuit. Nescitis quid petatis potestis bibere, &c. ¶ Aliud the. Peregrinus constitutus in via extra propriam regionem habet desiderium ad patriā, & quęrit, & interrogat de via. Moraliter. Et sic nos Psal. 38 Aduena ego sum apud te, & peregrinꝰ, &c. Animus noster non est quietus in via. Augusti. Fecisti nos ad te, inquietum est cor nostrum donec quiescat in te. Idcirco debemus quęrere & petere viā quæ ducit ad patriam, vt possimus habere saluum conductum. Hoc facit ecclesia in introitu dicens: Ne derelinquas me domine. Et Psalm. 6. Domine ne in furore tuo arguas me, Hunc Psalmum secundum Gregorium fecit Dauid prꝯ seipso recordando propria peccata quæ fecit, scilicet adulterium, homicidium, & numerando populum. 2. Regum. 24. Timens ne in memoriam incideret peccati rogauit pro saluo conductu. Et sic ecclesia facit in collecta, orans. Populum tuum quæsumus domine, propitius respice, & quos ab escis carnalibus præcipis abstines

ro a noxis quoque vitiis cessare concede. Et sic in epistola Hest.13.Domine Deus misere populo tuo,& cæ. Et sic nos petere debemus vt dominus assistat nobis ne errem⁹ a via patriæ. Sed via ducens ad patriam,scilicet Hierusalē quæ sursum est,est tribulatio,& passio. Actuum decimo quarto: Per multas tribulationes oportet nos intrare,& cæ. Id circo dicit:potestis habere calicem,& cę. ¶ In summa euangelii duo innuuntur. Primo acerbæ passionis reuelatio. Secundo fatuæ petitionis correcti. Vel sic. In summa euangelii duo dominus insinuat. Primo eius passionem prædicit ibi. Ascendens. Hierosolymam. Secundo indiscrete petentes redarguit,ibi. Nescitis quid petatis. De primo dicit. In illo tempore,scilicet cū venisset de Galilæa & venit trans, Iordanem in fines Iudeæ,& ibi multos curauit. Post hoc ascendit Hierosolymam quia in alto est sita assumpsit discipulos suos,secrete,scilicet ne alios scandalizaret. Ibi Vbi nota dicit secrete ad designandum quod istis in tribulationibus positis reuelantur secreta. Vnde Ezech.eiusdem.ca.1. iuxta flumen chobor quod interpretatur grauēdo apertum est cœlum & vidit visionem dei. Actu.7. Stephan⁹ percussus lapidibus. Et Ioannes in pathmos insula vidit ostium apertum in cœlo. Apocaly.4. Item ad designandum quod secreta non debent omnibus manifestari, Ecclesiast.8. Non omni homini manifesta cor tuum ne forte inferat tibi falsam gratiam & conuicietur tibi Ecclesiast.6. Multi pacifici sint tibi consiliarius autem vnus sit tibi de mille. Reuelauit ascendentibus ad designandum illud. Actnum.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Nota secundum sanctum Thomam. Homo non debet de facili recipere secretum aliquod extra confessionem,& præcipue quando dicit,dico tibi tanquam sacerdoti vel sic aut in confessione. Et cum aliquis promittit tale secretum se velle tenere,ex illa promissione tenetur illud secretum celare hac si in confessione haberet, Et trāsgressor reuelans tale secretum peccat mortaliter. Et si illa secreta quæ sunt pro bono particulari sunt cessanda,multo magis illa arcana concilia,quæ fiunt pro bono communi, qua CHRISTVS mysterium mortis in secreto discipulis nunciauit ne alii scandalizarentur,& ne diuulgata impediretur. 1.ad Corinth.2. Si enim cognouissent nunquam dominum glo-

riæ crucifixissent. Et ait illis prædicando passionem suam, Et hoc ideo secundum. Gregorius. Iacula præuisa minus feriunt, ideo prædicit. Ecce ascendimus hierolymam. Quia appropinquauit hora passionis, ergo etiam voluit appropinquare loco passionis, scilicet Hierusalem: quia ille locus fuit oblationis, Sed Iudæorum Oblatio non potuit delere peccata, Psalm. Holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixi ecce venio, nam erat agnus dei. Ioh. 1. Et filius hominis tradetur principibus sacerdotis, Et dicit filius, hominis, quia secundum quod homo Christus passus est. Figuratur. Gene. 22. Isaac, non est immolatur, sed areis inter vepres occisus id est, homo sub corona spinea. ¶ Sed di. Cur non dicit se filium dei cum a patre digniori debeat fieri denominatio Respondet Remigius quod Christus secundum illam naturam nominat se secundum quam pati poterat, Secundo ad designandum quod pro nobis factus est homo. Tertio se humiliat vt nos exaltaret. ¶ Sed di. Cur Christ⁹ totiens discipulis passionem suam prænunciauit? Respondetur primo vt daret intelligere quod nõ ex necessitate sed propria voluntate pateretur. De quo Augu. de tri. capit. 11. ponens differentiam inter mortem CHRISTI & nostram dicit. Mors corporis nostri est a spiritu deseri. Ratio quia spiritus volens deseruit deum, deserit Vero corpus inuitus. Secundo sicut deum deseruit quia voluit & sic corp⁹ deserit etiam si noluerit, CHRISTVS autem ad mortem accessit quia eam voluit, &c. Isai. 53. Oblat⁹ est quia voluit. Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi eam & potestatẽ habeo iterum sumendi eam. Secundo secundum Hierony: nobis in exemplum ne obliuesceremur passiõis ei⁹ sed iugiter meditationem mortis eius haberemur. Ecclesi. 29. Gratiam, fide iussoris tui ne obliuiscaris dedit enim propter animam suam. Sed heu multi secundum Psalm. 105, obliti sunt deum qui saluauit eos tertio ne scandalizentur discipuli si subdito aduenerit. Sed dic. Cur prænunciauit passionem ascendentibus cum dicit. Ecce ascendimus. Respondetur ad designandum quod passiones faciunt nos ascendere ad vitam æternam, Ratio, quia tribus modis in rebus naturalibus aliqua ascendunt. Primo naturaliter leuia. Philosophus 4. physicorum. Omne leue sursum, vt patet in flamma similiter in pluma sic tribulationes naturales alleuiant. Pri-

mo exonerando ab oneri peccati & nequitiæ, quia frequẽter tribulationes faciunt hominem dimittere peccatum & redire ad pœnitentiam, Sicanes mordaces faciunt lupum dimittere ouem & fugere in syluam. Ecclesiast. 11. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Heb. 12. Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatũ, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Secundo alleuiat de siccando humorum concupiscentiæ. Sicut enim lignũ viride alleuiatur cum disiccatur vel aduritur in igne sic caro igne tribulationis adusta animam nõ grauat sua concupiscentiam. Greg. Ideo concupiscẽtia possidet cor Salomonis, quia ipsum nulla exteri⁹ exercuit disciplina tribulationis. Tertio alleuiat separando a terrestreitate auaritię sicut vapores a calore solis educti subtiliãtur & alleuiatur, sic tribulatio soluit vinculum quo anima ligatur rebus terrenis. s. amore mundi. Sicut ignis fornacis Babylonis soluit Vinculum trium puerorum, & sic tribulatio mũdi vĩculum terrenorum. Gregor. Deus electis asperum facit iter in via ne obliuiscantur eorum quæ sunt in patria. Figuratẽ Genes. 7. Aquæ multiplicatæ sunt & eleuauerũt arcam in sublime a terra. Secundo aliqua ascendunt artificialiter, vt aquæ in ductibus fontium quia quantum descendit tãtum ascendit, & sic facit ascendere humilitas Luc. 18. Qui se humiliat exaltabitur. 2. Corin. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ qui me colaphiret. Tertio aliqua ascendũt violenter, sicut lapis proiectus in altum ascendit ex violentia quãuis sit cõtra naturam sui. Sic & tribulatio facit interdũ hominem pigrum surgere a peccato. & per pœnitentiam ascendere ad deum sicut asinus qui cecidit verberibus percussus a terra surgit, Grego. Mala quæ nos hic prę munt ad deum ire compellunt. ¶ Nota Bernard. di. Bonus miles nõ sentit sua vulnera cum vulnera regis intuetur. Ambr. in hexame. Culices non tangunt te si absinthium cum oleo coquas & te vngas. Sic tribulatio & pœnitentia non te tædet si absinthio passionis Christi & oleo compassionis fueris innũctus. Gregori. Nil tam graue quod non sustinetur dum passio Christi intuetur. Tunc subdit, Et condemnabunt eum morte. scilicet per falsos testes & tradent eũ gẽtibus ad illudẽdum. Et sic de hodierna die illuditur a multis

¶ Nota aliquis illuditur ab aliquo tribus modis. Primo quando aliquis alteri committit aliqua bona quæ postea vult rehabere & ille reddere non potest talis illuditur. Et sic Christ⁹ commisit nobis corpus & animam & diuitias temporales. De anima quærit amorem. Lucæ. 10. Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua &c. De corpore laborem ieiuniorum ad Roma. 12. Exhibete corpora vestra hostiam viuentē. &c. De diuitiis quærit eleemosynas dare pauperibus, Apoca. 3. Ego sto ad hostiū & pulso. s. in persona pauperum. Sed heu de anima reddim⁹ ei malas cogitationes. Isa. 5, Expectaui vt faceret' vuas & fecit labruscas. Item de corpore reddi꞉ ei fornicatio & ebrietas. Item de temporalibus nihil pauperibus sed histrionibus, hi Christum illudunt. Secundo illuditur quis quando ei aliquid promittitur & nō redditur & sic christo promisimus in baptismo seruare puritatem Psalm. 118. Iuraui & statui custodire iuditia iustitiæ tuæ Eccle. 5. Si quid vouisti deo ne moreris reddere displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Infidelis dicitur promissio quando vouetur in die necessitatis & cessante necessitate mutatur propositū. Stulta promissio est quæ non cedit ad honorem dei, vt leuare festucam, vel etiam si sit de bono tamen impossibili, quod heu multi faciunt. Contra quos. Psalm. 75. Vouete & reddite domino deo vestro. Tertio illuditur qs dum laborat sub spe lucri. & tamē nil reportat nisi malū Et sic Christus multum laborauit circumeādo vicos & plateas & ciuitates. Et de illo conqueritur Psalm. precium meum cogitauerunt repellere cucurri in siti, ore suo benedicebant & corde suo maledicebant, vt solent illudi fatui. Psal. 34. Retribuerunt mihi mala pro bonis. Et flagellabunt & crucifigent eum. ¶ Nota hic licet adhuc non sit tempus passionis tamen legitur euangelium hodie de passione domini multis de causis propter hoc vt ad sustinendam pœnitentiam homines fortius animentur. Nam pœnitentia continet in se tria. Primo continet contritionem. & hanc adducit passi. s. in scissione petrarum, ad designandum quod passio domini corda lapidea frangit ad contritionem vt patet in adamāte qui nec malleo nec igne, sed sanguine hirci frāgitur. Secundo continet pœnitentia confessione. & ad hoc inducit passio domini. Figuratur Ioan. 19. Tempore mor-

tis Christi monumenta.aperta sunt:spiritualiter monumē tum est cor fœtidum peccatis plenum,in quo sunt tot mor tui quot peccata mortalia hoc debet aperiri & mortui.i, peccatores debet resurgere.Ephe.5.Exurge a mortuis & il luminabit te Christus.Tertio ad pœnitentiam requiritur satisfactio & consistit in tribus.s.ieiunio, oratione,& elee mosyna.Et hæc docentur in memoria passionis domini. Primo per memoriā passiōis inducimur ad ieiuniū.Nā hō cōsiderare debet quod Christus ieiunauit & esuriit.Primo eñi esuriit & nō habuit comedere nisi lapides.Ma.4.Acce dens tentator dixit ei.Si filius Dei es,&c.Secundo non ha= buit nisi folia fici.Matth.21.Tertio.sitiuit.Ioan.19.Sitio,& sic impletum est in eo illud.Psalm.68.Dederunt in escam meam fel:&c.Secundo memoria passionis inducit nos ad orandum quia Christus orauit in cruce.Luc.23.Pater dimi tte illis.&c Et Hebræo.5.Orauit cum lachrymis & exau ditus est pro sua reuerentia,Tertio inducit ad dandum elee mosynas.Nam Christus tempore passionis suæ large di= stribuit bona sua , nobis corpus & sanguinem.Ioanni ma trem.Latroni paradisum peccatoribus veniam , patri spiri tum.Deinde indiscrete petentes arguit dicens.Tunc acces sit mater filiorum Zebedei: Naturale est,quod paren= tes optāt filiis bona principaliter autem matres,& hoc du plici de causa, Primo quia sunt certiores de filiis.Secundo quia plures tribulationes habent cum eis quam patres,Ado rans eum & petens aliquid ab eo.s.in generali vt concessio ne facta in generali minus posset sibi denegare in speciali, ait,quid vis? Non vt inscius interrogāt.sed vt petitio sua o stenderetur irrationabilis ex eius verbis.Ait illi,Dic vt se deant hi duo filii mei,vnus ad dexteram , & vnus ad sini= stram in regno tuo.Hæc petitio processit ex hoc quia apo= stoli æstimabāt Christum temporaliter regnaturum in Is= rael,vt patet Actu.1.Domine si in tempore hoc restitues re gnum Israel.Non mirū quia adhuc erant carnales per spi= ritum sanctum nondum cōfirmati.Dixi secundo innuitur futuræ petitiōis correctio.Nescitis quid petatis?Hic respō det discipulis & non matri,quia petitio orta est ex eis.q.d. insipienter petitis.Sciendum multi errant in petitione.Pri mo petentes deum & cum hoc quęrēdo artes magicas,de quib² Isai.16.Ingredietur ad sancta sua vt obsecret & nō

valebit. 4. Reg. 1. Nunquid nõ est de⁹ in Israel vt eatis ad consulendum Beelzebub deum accaron. Et. 1. Pa. 10. Mortuus est Saul propter iniquitates suas. Sequitur. Et in super Phythonissam consuluit, & nõ sperabit in domino ꝓpter quod interficit eum, &c. Iaco. 1. Si quis indiget scientia postulet a deo in fide nihil hæsitens. 1. Cor. 10. Non idololatræ efficiamini & cæ. Psalm. 105. Immolauerunt filios suos dæmonis & non deo. Vnde Dan. 14. Dixit Daniel. regi de idolo bel. Erras rex iste enim est intrinsecus luteus forinsecus æreus neque comedit aliquando. Secundo petentes nociua scilicet hic temporalia vel quæcunque carni delectabilia Prouer. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiã & stulti ea quæ sibi sunt noxia petunt. Vere nociua adulter petit cũ nequius viuat. 1. Corin. 6. Fornicatores & adulteri regnũ dei non possidebunt Aliqui petunt gladium potentiæ. Ecclesi. 7. Noli quærere ab homine ducatum neque a rege cathedram honoris. Aliꝗ laquæum auaritiæ. 1. ad Timot. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, Salomon petiuit liberali a tali laqueo. Prouerb. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi tantum victui meo tribue necessaria. Matthæi sexto. Panẽ nostrũ quotidianum. & cætera. Tertio petentes in peccato mortali. Psalm. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Ergo petẽtes sint sine peccato mortali, prima Ioannis. 3. Fiduciam talem habemus ad deum vt quicquid petierimus accipiemus ab eo, & cætera. Si cor plenum inuidia man⁹ auaritia & sic de aliis nõ exaudiemur. Isaiæ pri. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam, &c. Quarto contra voluntatem Dei. 1. Ioannis. 5. Quæcunque petierimus secundum voluntatem eius audit nos. s. ad salutẽ animæ. Nam docuit Lu. 11. & Matthæi. 7. Petite & accipietis. Isido. de sum. bo. Sæpe deus non exaudit ad volũtatem, vt patet de Paulo. 2. Corin. 2. qui ter rogauit dominum inauditus tamen mansit, quia tentatio carnis ad animæ salutem sibi vtilis fuit. Quinto non habentes meritum Et sic discipuli. q. d. dominus, non seminastis & vultis metere. Psal. 125. Qui seminat in lachrymis: in exultatione metet. Item denarius non datur nisi prius laboretur in Vinea Matthæi. 20. Et. 2. Timot. 2. Nullus coronabitur, & cætera Nec illi volunt habere brauium. 1. Corinth. 9. Sic currite vt

comprehendatis. Ideo Iacobi. 4. Petitis & non accipitis quia male petitis. Sexti qui petunt & inimicis non dimittũt Augustinus. Vnusquisque talem indulgentiam accepturus est a deo qualem dederit proximo. Anastasius. Si iniuriam non dimittis non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis.

Feria. V. Sermo. I.

O Peramini non cibum qui petit, &c. Ioannis 6. ❡ Licet omnia bona appetuntur a creatura. s. rationali, maxime tamẽ vita a qualibet etiam creatura sensibili desideraẽ. Inde est quod pisces cum sentiũt se capiẽdos vt vitam conseruent in profundum aquarum se mergunt. Aues vero in altum aeris se leuant, feræ, siue bestiæ ad interiora deserti currunt, Inde etiam est quod dominus in veteri lege obseruatoribus præceptorum suorum pro maximo vitã pollicetur. dicẽs. Exod. 20. Honora patrem & matrem omni tempore. vt longæuus sis super terram. Cũ ergo hęc vita licet sic transitoria & caduca tamen diligatur, & etiã pro ea obseruãda multa interdum pericula homo incurrat quanto magis vitam inæternũ mensuram & sine tędio feliciter duraturam debet merito desiderare. Ad huiusmodi ergo vitam æternam promerendam acquirendam pariter & tenendam vtile homini est, vt cibum non corporalẽ sed spiritualem qui non perit, sed vitam præstat perfectã summa inquirat diligentia. Ipsosque inuento vtiliter vtatur de quo cibo saluator in hodierno euangelio tria tangere cum probatur. Primum est ciib spiritualis fructuositas, quã duratio probat æternalis. ibi. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. ❡ Vbi sciendum quod virtus huius cibi consideratur in hoc quod non perit quod sic habet videri. Corporalia enim sunt quædam similitudines spiritualiũ, vt pote ab eis creata & deriuata. & ideo imitantur ipsa spiritualia aliquo modo. Sed corpus sustẽtatur cibo, ergo illud quo sustentatur spiritus dicitur eius cibus quicquid sit illud. Illud quo sustentatur corpus cum transeat in corporis naturã corruptibilẽ perit, sed cibo quo sustẽtatur spiritus est incorruptibilis, qa nõ mutatur in ipsũ spiritum, sed potius econuerso spiritus in cibum. Vnde di-

ctum est per Aug. Cibus sum grādium cresce & manduca bis me, non me mutabis in te: sed tu mutaberis in me. Ideo de talis cibo dicit hoc dominus, Operamini. q. d. operando quærite vel operibus mereamini non cibum qui perit. s. corporalem iuxta illud. 1. Corin. 6. Esca ventri & venter escis; Deus hunc, & hanc destruet, quia non semper erit vsus cibo rum, sed illum cibum operamini. s. spiritualem qui per manet in vitam æternam. Qui tanta virtute stomachū mentis semel acceptus confortat vt satietatem perpetuam simul & immortalitatem animæ largiatur. Qui quidem cibus est ipse Deus inquantum est veritas contemplando & bonitas amanda quibus reficitur spiritus Prouer. 9. Comedite pacem meum. &c. Ecclesi. 15. Cibauit eum pane vitę & intellectus est etiam obseruantia mandatorum. ideo Ioan. 4. Meus est cibus vt faciam voluntatem eius qui misit me vt perficiā opus eius. Et etiam verbum. Dei, quo anima mundanis concupiscentiis fatigata reficitur. Matth. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omini verbo quod procedit de ore dei. Est etiam lectio siue meditatio diuinarum scripturarum. Sed postremo perfectissimus atque semper exoptandus animæ cibus est misterium corporis CHRISTVS qui ad æternam & beatam vitam refecto proficit. In illo sensu hic dominus cibum qui permanet in vitam æternam intelligi voluit de quo Ioā. 6. Ego sum panis vitæ. Sequitur ibidem. Et caro mea vere est cibus & sanguis me? vere est potus. Sed quis sit dator huius cibi insinuat cum subiungit. Quem filius hominis dabit vobis. Si dixisset & filius dei mirum non fuisset. Sed secundum hoc quod filius hominis dat hunc cibum magis eleuat ad attationem spiritualiter tamen ideo filius hominis dat, qua natura humana infirma per peccatum fastidiebat spiritualem cibum, nec poterat in sua spiritualitate sumere. Vnde oportuit quod filius dei carnem assumeret & per eam reficeret nos iuxta illud. Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam, &c. Vnde etiā quia sacerdos est minister huius cibi non largitor dispensator est & non author. Filius enim hominis qui saluator est & dominus omniū, ipse nobis hunc dat cib. Seipsum vtique dat nobis, vt in eo maneamus & ipse maneat in nobis. Sed vnde habeat authoritatem dandi ostendit dominus cum dicit hunc enim pater signauit deus, hoc est signum quod ei de

dit quemodo proprium sibi esse ostenderet, per quod cæteris filiis hominum comparari non potest. Et hoc signū fuit eminentia plenitudinis gratiæ. Vnde Psal. 44. Vnxit te de⁹ deus tuus oleo lętitiæ. &c. Vel secundū Hilariū. Signauit. i. sigillauit. Quando enim sigillum in ceram imprimitur cera retinet totam figuram sigilli, sic filius dei in quantū homo totam figuram patris accepit in natura humana, deus pater impressit verbum, id est, filium qui est splendor gloriæ in figura substantiæ eius. Ad Heb. 1. Vel secundū Chrysosto. Signauit, i. ad hoc specialiter eum deus pater instituit, vt daret vitam æternam mundo. Ioan. 10. Ego veni in mūdum vt vitam habeant. Sic enim quando aliquis eligitur ad aliquod magnum officium peragendū dicitur signari ad aliquid. Luc. 10. Post hæc designauit dominus. &c. ¶ Consequenter pro secundo principali tangit qualitatem habendi hunc cibum quæ æstimatio existit internalis. i. fides. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei. q. d. Nihil credimus æternum nisi deum, sed tamen de hoc cibo qui permanet in æternum dicas nobis. est ne aliquid diuinum: & si sic quomodo ergo hūc consequi possumus, & per quæ opera eum mereri valemus. Respondit Iesus, & dixit eis. Hoc est opus dei quod credatis in eum quē misit ille. q. d. per fidem potestis hūc cibum mereri. Sed dicęs quid est quod apostolus ad Roma. 4. distinguit opera contra fidem dicens, quod Abraham non est iustificatus ex operibus sed ex fide. Dicendum est quod ibi fides distinguitur contra opera exteriora. Hic autem fides dicitur esse opus tantum manens in anima. Alio modo potest fides computari inter opera exteriora, non quod fides sit ipsa opera, sed quod sit eorum principium, Hęc autem fides intra se est non quæ in multis est, quia multi confitentur se nosse deū, factis autem negant, sed ea quæ per dilectionem operatur. ✠ Considerandum etiam quod fidem non opus nostrum sed opus dei dicit, vt nemo putet se fidem a se habere siue aliud bonū: nec de suis viribus glorietur, sed qui gloriatur in domino glorietur. Et dicat cum apostolo. 1. Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu signū facis vt videamus & credamus. q. d. secundū Chryso. Cū inuitas ad fidē ideo vt credere tibi possimus volumus a te signū videre, quia licet quinque milia hominū de quin-

que panibus satiasti:non tamen propter hoc maior es Mose qui pauit patres nostros in deserto manna: Sed si vis vt credamus tibi per tuũ miraculũ siue tuo signo quotidie pasce nos siue labore nostro & sine fatigatione,& tunc credemus te maiorem fore Mose. Quia sequitur. Quid operatis patres nostri manducauerunt manna in deserto sicut scriptum est. Panem de cœlo dedit eis manducare. Ac si dicerent. Non promittis nobis maiora quam Moses, tu em̃ panes dedisti nobis ordeaceos,ille patribus nostris manna de cœlo, Vnde dicunt patres manducauerũt manna in deserto, nec dicunt. Deus pauit patres nostros manna,ne videantur eũ velle æquare Deo,& ne videãtur Mosen prȩferre. christo quasi in hoc eũ allicere volentes,quod cõtinue eos pascat, Responsio Christi ponitur ad præcedentia cũ dicitur. Amen amen dico vobis,non Moses dedit vobis panem de cœlo,sed pater meus dabit vobis panẽ de cœlo verũ. Vbi sciendum quod iudæi duo proposuerunt Christo de cibo corporali, videlicet datorẽ Mosen & locũ.s. cœlũ quæ duo remouet Christus circa cibũ spiritualem,quia dator eius nõ est Moses sed pater cœlestis, Nec datur de cœlo aereo, sed sidereo. Bene ergo dicitur: Non Moses,& cætera. Vbi enim est panis cœlestis dicitur verus panis,non quod panis cœlestis datus in deserto fuisset falsus, quia miraculum de mãna falsum non fuit,sed dicitur verus cõtra manna quod panis figuratiuus illius fuit, Qui etiã panis de cœlo dicitur sicut sequitur. Panis enim dei est qui de cœlo descendit & dat vitam mundo. De cœlo dicitur descendere, quia Christus ratione deitatis de cœlo oritur. Similiter etiam ratione humanitatis,quia anima immediate a deo creatur & virtus formatiua corporis Christi fuit virtus spiritussancti. Ex hoc cognoscitur quod de cœlo sit cũ propriũ facit effectum .s.cũ dat vitã. Nã panis ille corporalis vitam nõ dabat,quia omnes qui manna manducauerunt mortui sunt,iste autem dat vitã æternã ¶ Consequenter pro tertio principali tangitur edulus realis huius cibi,& quæ eius existat existentia finalis. Et primo tãgitur petitio iudæorum. Dixerunt ergo ad eum, Domine semper da nobis hunc panem. Volebant enim de cętero esse refecti sine esurie & labore sicut de muliere samaritana dictum est, Ioan. 4. Domine da mihi hanc aquã,& c. Veruntamẽ sicut nõ intelligebat cõditionẽ aquæ

spiritualis,sic nec isti de pane spirituali. Ideo ostendit eis Iesus quid sit ille panis dicens.Ego sum panis vitæ,si quis venerit ad me non esuriet,& qui credit in me,nõ sitiet vnquã. Vbi sciẽdũ quod verbũ sapiẽtiæ spiritualis est cib⁹mẽtis quo mẽs sustẽtatur. Eccle.10, Cibauit illũ pane vitæ & intellectus. Et dicitur ille panis sapientiæ esse panis vitę ad differẽtiã panis corporalis qui panis est panis mortis,quia non competit nisi ad restaurandum defectus mortalitatis. Vnde est solum in hac vita corporali necessarius. Sed panis sapiẽtiæ diuinæ est per se viuificatiuus,nec habet mortem contrariam. Item panis corporalis non dat vitam sed tãtũ præ existẽtem sustẽtat ad tempus, Sed panis spiritualis ita viuificat quod dat vitam ,Nam anima incipit viuere quãdo adhęret verbo dei. Psalm.35.Apud te fons vitæ,Quia ergo omne verbũ sapiẽtię deriuatur a verbo dei vnigenito. Ecclesiast.1.cap.Fons sapiẽtię verbum dei residẽs in excelso, ideo ipsum verbum dei principaliter dicitur panis vitę. Et quia caro Christi verbo Dei vnita est,ideo habet etiã quod sit viuificatiua. Vnde corpus eius sacramentaliter sumptũ viuificatiuum est. Nam per mysteria quæ Christus in carne sua compleuit dat vitã mũdo,& sic caro Christi propter dei verbum panis est nõ consuetę vitæ, sed illius quæ morte nõ resoluitur Et ideo caro Christi dicitur panis.Gen.penultimo. Aser pinguis panis est eius & præbens delitias regibus. Hunc panem qui comederit non esuriet. Quod significatur in eo quod dicitur. Qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet. Quod idẽ est secundum: August. Quia idẽ est venire ad eum & credere in eum,& hoc fide formata charitate. Talis in quam dicitur non esurire nec sitire,quia habens deum per gratiam nihil aliud desiderat,nisi ipsum Deum quem habet per gratiam,pleniusq́ desiderat habere per gloriam. Cibus autem & potus corporalis est contrariæ conditionis,quia habitus in plenitudine in fastidium vertitur. Vel quia corporalia non simul sumũtur,sed paulatim quasi cum motu. Et ideo semper restat aliud sumendum. Et propter hoc sicut consurgit delectatio & satietas,eo iam sumpto ita desiderium iam restat ex sumendo. Ideo corporalia non satiant in æternum. Vel ideo quia corrumpuntur corporalia , Vnde remanet memoria ex corrupto,& generatur iterato desiderium eorum , Spiri-

tualia vero & simul sumuntur & non corrũpuntur, neque deficiunt, & ideo eorum satietas manet imperpetuum. Apocalyp. 7. Non esurient neque sitient. Psalm. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectiones in dextera tua, scilicet in spiritualibus vsque in finẽ. Hunc igitur panẽ totis desideriis requiramus atque ipsis facta desideria operũ impẽdiis adiuuemus, Veniamus ad Christum. i. credamus absq; dubio esse corpus Christi quod sumimus, Via qua ad eũ veniemus est fides. Ita enim per fidẽ accedentibus & syncero corde sumẽtibus vitã tribuit sempiternã. Et hi tales nõ esuriẽt in æternu. Illi enim qui dubitãt an verum corpus Christi sit nõ reficiuntur, sed secum reportãt esuriẽ nec illuminẽtur, sed deterioribus tenebris obscurãtur. Psal. 33. Accedite ad eum, & illuminamini & facies vestræ nõ cõfundẽtur. Illorũ enim facies illuminãtur & nõ erubescunt quin tuti hac securi accedãt. Sed illius facies cõfusione, repletur qui nihil credit vel nõ credit corpus Christi esse quod percipit. Vel quẽ sua cõsciẽtia grauioris peccati recordatione cõpungit. Vt igitur tã dãnabilẽ nõ sustineamus cõfusionẽ mundem⁹ nos ab omni inquinamẽto carnis ac spiritus, quatenus diuinũ ac sacrosanctũ mysteriũ nõ ad mortis æternæ iudicium sed ad perennis vitæ sumamus pręmium.

¶ Feria. vi. Sermo. I.

De euangelio.

HIC est hæres venite occidamus eum. Matth. 21. Magna datur secundum legem pæna, hic qui occidunt hæredem seu naturalem dominum, & signanter quando ex hoc sequitur perditio hęreditatis. Moraliter, verus hæres est CHRISTVS ad heb. 1. Constituit eum hęredem vniuersorum per quem fecit & secula. Hunc occidunt Iudæi. O quam magnũ scelus. Hiero. Non solum magnum, sed & maximum quia indicibile & inexcogitabile, nullus excogitare potest huius sceleris quantitatem. Berna. in quodam sermone distinguit quadruplex peccatum, scilicet originale, personale, actuale & singulare. Illud autem singulare est illis qui Christũ crucifixerunt, scilicet quãdo impii vnum iustum occidunt. August. in sermone de passione aloquitur eos dicens, Ignobilitasti eum qui te clarificabat. Occid. sti eum qui te de duritia seruitutis eripuit, Corpus eius vulnerasti qui corp⁹ tuũ a

vulneribus curauit, coronam spineam in caput eius posuisti: qui gloria & honore pia cinctus te coronauit. Et manus illius pias qui te de limo plasmauit vinculis colligasti. Ideo præ magnitudine sceleris impletum est illud. Iob. 12 Vsque in præsentem diem remanet scelus malitiæ, Quamuis hoc peccatum singulare fuit apud Iudæos tamen falsorum Christianorum peccatum non est minimum, Primo quia peccant contra ipsum quem sciunt esse deum, Secundo peccant contra eum qui iam eos redemit. Aug. Vide quam sit grandis malitia eorum qui Christum crucifixerunt, sed maior eorũ qui recte viuere nolunt, præcepta veritatis oderunt, propter quod omnes apparebimus in iuditio, De quo introitus, Ego autem &c. vide in. ☞ Aliud thema. Malos male perdet. Matth. 21. Marc. 12. Luc. 20. Videmus quod homo citatus ad iudicium prius occupat se antequam compareat quomodo iustus compareat nam si minus iustus discernitur tunc mancipabitur carceri. Spiritualiter, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2. ad Corin. 5. & vnusquisque recipiet prout gessit in corpore. De quo introitus, Ego autem in iustitia apparebo, &c. Ideo petit ecclesia in collecta. Da quæsumus omnipotens deus, vt sacro nos purificãte ieiunio synceris mentibus ad sancta ventura facias peruenire. Nam qui discernitur vt violentus & homicida carceri inferni mancipatur & sic Iudæi, vt habetur figuratiue in epistola vbi decem fratres vendiderunt Ioseph. Et sic Iudæi Christum. De quo euangelium. Hic est hæres, ergo puniẽtur tempor aliter & æternaliter, De quo thema, Malos male perdet. ☞ In summa euangelii tria innuuntur, Primo collati beneficii multiplicatia, ibi, Homo quidam, &c. Secundo tangitur destinati nuntii crucidatio ibi. Cum autem tempus. Tertio ponitur obstinati populi damnatio seu conculcatio, ibi. Cum autem venerit domini vineæ, &c. ☞ De primo dicit. In illo tempore, scilicet feria secundo post dominicam palmarum cum venisset Iesus in templum interrogabãt eum scribæ in qua potestate hoc faceret, & quis ei dedisset hanc potestatem Respondit eis. Baptismus Ioannis vnde erat, de cœlo an de hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes. Si dicimus de cœlo, dicet: quare non credidistis illi. Si autem ex hominibus, timemus turbam. Et respondentes dixerunt nescimus. Et in

illis: Neq;, ego dico vobis in qua potestate hoc facio. Et respondit illis: Amē dico vobis publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. Ratio: quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ioan. Sed Iudæi fuerunt obstinati cogitantes occidere filiū dei De hoc subdit in parabola dicens, Homo quidam. s. deus pater, Chrys. dicitur homo: non natura, sed benigniatis similitudine. Philosophus in politicis. Homo naturaliter est animal māsuetum & pium. Erat & paterfamilias qui gubernat omnē creaturā: sicut paterfamilias domum. Qui plātauit vineam, id est, synagogam. Isa. 5 Vinea domini exercitum domus Israel est. Hanc plantauit creando. Hierem. 2. Ego te plantauit vineam meam electam, & trāstulit eam in terram promissionis. Psal. Vineā de AEgypto transtulisti. Et septem circundedit ei, id est, custodiam angelorum. Isa. 62. Super muros tuos constitui custodes. Et fodit in ea torcular. i. legem, quia multis præceptis eos torquebat. Et ędificauit turrim. i. templum propter altitudinem ædificii, & propter securitatem refugii, & locauit eā agricolis. i. doctoribus & prælatis qui debēt extirpare vitia tanquam spinas & inserere virtutes. Et peregre profectus est, non mutando locum sed operando, liberum relinquens arbitrium. Vel secundum Chry. peregere proficisci longanimitatem habēdo, quia nō semper eorum peccatis pœnas induxit. Ioan. 2. patiens est & multum misericors. Dixi secundo tangitur destinati nuntii trucidatio, ibi. Cum autem temp⁹ fructuum appropinquasset. s. post legē datam fuit tempus fructuum bonorū operū. Remigius. Tēpus fructuū fuit cum superatis hostibus terrā promissionis colere secure cœperūt. Ambr. Bene dicit, tempus fructuum non prouentuum, nullus enim fructus & prouentus extitit Iudæorum, non spirituali musto, sed cruore prophetarū redundabant. Misit seruos suos ad agricolas, scilicet. Mosen & Aaron, & prophetas vt acciperent fructus eius. s. legis. i obedientiam deo & prælatis. Et agricolæ apprehensis seruis eius alium ceciderunt, vt Mosen & Aaron qui fuerunt cæsi linguis Iudæorum licet non gladio. Deut. 32. Vna eorum vna fellis botrus amarissimus, quo inebriati prophetas occiderunt. Isai. 5. Expectaui vt faceret vuas & fecit labruscas. Psal. Irritauerunt Mosen in castris Aaron sanctum domini. Et iterum vexatus est moses propter eos. Alium oc-

ciderunt sicut isaiam qui serratus est serra lignea ex præce pto Manassæ regis iuda. Et sicut Amos quem Ochosias per tempora transfixit. Alium lapidauerunt vt zachariã quã rex ioab lapidari iussit inter templum & altare. Et hieremias similiter lapidatus est. Sed diceres, cur iudæi non festiuant prophetas per eos occisos sicut Christiani martyres, & apostolos. Respondetur primo propter immanitatem sceleris, quia non alienos: sed proprios occiderunt. Secundo ad occultationem sui criminis, & ad declarandum duritiam desperati sui peccatoris. Psalmi. Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Actuum septimo. Dura ceruice & in circuncisi cordibus, & cæte. Augustinus, Stephanus eos increpauit, quia timuerunt esse perpetuam memoriam scelerũ, & posterorum horruerunt persecutionem, & cætera. Ioan. octauo. Vos ex patre diabolo estis. Iterum misit alios seruos plures prioribus, quia multiplicauit deus prophetas, & fecerunt similiter vt impleretur Hierusalem sanguine propheta rum, vt dicitur. 4. Regum. 21. Ideo Saluator ait Matth. 23. Hierusalem, Hierusalem quæ lapi, & cæ. Ecce quanta patientia & misericordia erat Deo erga iudæos Attamen malitia eorum semper crescebat. Nouissime autem, scilicet post occisionem prophetarum misit ad eos deus filium suum, scilicet tempore gratiæ. De quo ad Gala quarto. Cum venit plenitudo temporis missit deus filiũ suũ, scilicet naturalem dicens. Forsan verebuntur filiũ meum. Hieronym. Non loquitur vt ignorans, sed vt libera voluntas homini reseruetur. Agricolæ autem, id est, iudæi maiores videntes & cognoscentes per doctrinam, & miracula filium, id est, Christum in lege promissum, per patriarchas nunciarum, per prophetas promissum inuiderunt sibi. Iuxta illud Sapien. 2. Grauis est nobis ad vidandum dicentes intra se. Hic est hęres, id est, vnicus & naturalis filius. Matth. secundo. Hic est filius meus dilectus in quo, & cæte. Non alius per naturam, sed a me distinctus secundum personam, quia alia persona patris, alia filii, alia spiritussancti. De quo ad Hebræ. 1. capitu. Quem constituit hæredem vniuersorum. Hieronym. Manifeste dominus probat iudæorum principes, non per ignorantiam, sed per inuidiam filiũ Dei crucifixisse. Ioan. decimoquinto. Viderunt autem & oderunt me, & patrem meum.

18 Pro quo dubitatur vtrum Iudæi cognouerunt Iesum Nazarenũ esse Christum in lege promissum, arguitur primo quod non per illud quod dicitur. 1. Corint. 2. Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, &c. Item Actu. 3. Petrus loquens Iudæis dixit. Scio fratres quod per ignorãtiam fecistis sicut & principes vestri. Item Lucę. 23. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciũt. In oppositum Nunc autem viderunt me & patrem meum. Item Iohã. 1. Ecce agnus dei, &c. Item hic. Matt. 21. Hic est hæres. Quia Hiero. manifeste dicit. Non per ignorantiam sed per inuidiam Iudæos eum crucifixisse? Respondetur gens Iudæorum sicut & aliarum ciuitatum communitates triplices cõtinebat personas. Quidam simplices vt mechanici & laborantes quidam mediocres vt ciues, quidã maiores vt principes, episcopi & doctores quorum sapientia regitur communitas tota. Sic in plebe Iudæorũ fuerunt minores & simplices. isti non cognouerunt Christum deum esse vel messiam in lege promissum. De illis loquitur. 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, &c. Alii fuerunt mediocres & subtilioris ingenii primis. Isti cognouerunt promissũ in lege, sed non deũ, nec dei filium. Vide Augustinus libro quæstionum noui & veteris testamenti. Si enim dæmones deum factum hominem non intellexerunt quanto magis homines. Non enim illum principes mediocres sciebant esse qui promissus erat in lege, nec etiam mysterium eius quod filius dei erat, neq̃ sacramentum incarnationis passionis & redemptionis cognouerunt. De his. Actu. 3. dixit Petrus. Nunc fratres scio quod per ignorantiam fecistis vos simplices sicut & principes vestri, scilicet mediocres. Tertii vero sunt maiores. s. scribæ & pharisæi, hi cognouerunt eum deum, & dei filiũ. August. Missio filii est verbi incarnatio. August. super illud. In mundo erat, & mundus eum non cognouit. Illuc missus est per humilitatem vbi semper fuit per diuinitatem. Et iam sciebant ex impletione temporis. Daniel. 9. Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniet qui mittendus est. Etiam sciebant modum veniendi, scilicet in paupertate, & humilitate, vt habetur zach. 9. Et cum hoc missiam in lege promissum vt patet in sermone illo. Cõuenio vos o Iudæi. &c. Dominica quarta aduentus domini. Item ex testimonio Ioannis baptistæ. Item ex testimonio operum & miraculo-

rum. Vnde cum quæsierunt, Ioan. 10. Si tu es CHRISTVS dic nobis palam. Respondit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei testimonium perhibent de me. Chrysost. super Matt. Ex omnibus operibus iudæi cognouerunt Christum esse dei filium ¶ Attamen considerandum quod nulla notitia quem pharisæi habuerunt de CHRISTO per scripturas prophetarum erat certa certitudine euidentię. Tum quia talis certitudo habetur solum per demonstrationem non per sensum, Tum quia prophetiæ possunt aliquando varie exponi. Et ideo magis erat notitia personalis & verisimilis coniecture. Vel secundum aliquos ibi erat certitudo adhærentiæ quæ potest impedire in actu modo prędictum. Per prædicta autem soluuntur argumenta ad vtranque patrem quia illa quę probant quod habuerunt notitiā de CHRISTO intelligenda sunt de notitia habituali. Alia autem authoritates seductæ in contrarium loquuntur de actuali cognitione appliquante ad opus quæ fuit impedita propter passiones inuidiæ & rancoris. Quia Iudæi primo habuerunt veram æstimationem de Christo, & in habitu, & in actu in principio. Sed quando incepit contra eos prædicare excitati sunt contra eum ira rancore & inuidia quibus passionibus impediebantur ab actuali cognitione veritatis pręhabitæ de CHRISTO. Sed di. Quare cruciaxerunt eum? Respondet Chrisostomus. Hoc causauit auaritia & vana gloria, quia cum Christus introiuit in templum eiiciens vendentes animalia quæ ad sacrificium vendebantur, erat illis cōfusio & sic vana gloria suadebat altercari. Item auari cogitabāt si populus iste habuerit istū deum, tunc necesse est vt dimittat consuetudinem hostiarum quæ ad nostrum pertinent lucrum, & sic populus nō erit possessio nostra, sed dei. Si autem occiderimus eum tūc non est qui iustitię fructus a populo quęrat, & sic semper tenebitur consuetudo hostiarum. Et ideo machinati sunt de eius morte. Sicut incontinens propter passionem concupiscentie eligit fornicari, quod tamen alias refugeret. Verbi gratia homo aliquando diligit aliquem actu & habitu post hoc commouet eum, tunc obfuscatur dilectionis notitia actualis, & habitualis, ideo dixerunt: Hic est hęres venite occidamus eum, tunc habebimus hęreditatem. Remigius in homilia, non per ignorantiam, sed per inuidiā cru-

cifixerunt redemptorem. Sciuerunt enim eum esse illum, de quo Psalmista: Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & cętera. Ideo dixerunt. Venite occidamus eum tunc habebimus hæreditatem. Ne consuetudo hostiarum & lucrum nostrum dimittatur. Sic adhuc est cogitatio sacerdotum carnalium, qui non soliciti sunt, quomodo populus viuat sine peccato, sed aspiciunt quid in ecclesia offeratur in apprehensum cum eiicerūt extra veniam. id est, extra ciuitatem Hierusalem. Triplices personæ in lege extra castra eiiciebātur, scilicet immundi. leprosi, & blaphemi. Ipse tamen non fuit immundus, sed speculum sine macula Non leprosus, sed candor lucis æternæ. Non blaphemus sed imago bonitatis eius. Sapient. 7. Et occiderunt, scilicet sine causa. Iob decimo sexto. Hęc passus sum absque iniquitate manus meæ. ¶ Dixi secundo innuitur obstinati populi damnatio, ibi. Cum ergo venerit dominus vineæ quid faciet agricolis? Hireronym. Hoc interrogat dominus nō pa si ignorans quid essent respōsuri, sed vt ex propria respōsione damnarentur. Aiunt. Malos me perdet, scilicet temporaliter, & æternaliter. Temporaliter factum est vt dicit Iosepnus quando octoginta septem milia venditi sunt: & vndecies centena milia tame, & gladio perierunt. Secundo ęternaliter quia quadraginta septem annis dedit eis pœnitenciam antequam Hierusalem subuerteretur. Hierem. 17. Duplici contritione contere eos domine. Et vineam suam locabit aliis agricolis, illud post CHRISTI ascēsionē quadrage. secun anno factum est cum exercitus Romanorum perdidit incredulos, & auferebat locum & gentem: & regnum eorum. Et loquauit vinea suam aliis agricolis, id est, sanctis apostolis & nobis vt reddant ei fructum temporibus suis, scilicet fructum cordis credendo, oris confitendo, operis seruiendo, & corporis patiendo. Subdit. Dixit illis Iesus: Nonquam legistis in scripturis, quasi diceret vtique. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in capud anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Magister in scholastica historia dicit ad literam fuisse impletum in edificatione templi Salomonis. De quo cecinit Dauid in Psalm. Lapidem quem, & cætera. Et hoc non est factum a casu sed ex diuina ordinatione. Ideo subdit, A domino factum est illud Lapis iste figurabat

CHRISTVM, quia multipliciter, est reprobatur a principibus & tamen est factus in caput anguli coniunges Iudæos, & gentiles quasi duo parietes. De quo Isai. 28. Ego mittem in Syon lapidem angularem. Et ideo scribitur Daniel 2. Lapis abscisus de monte sine manibus qui percussit statuam. Mons est beata virgo super humanam naturam per gratiam sublimata, da qua CHRISVS conceptus est sine manibus, id est, sine operatione humana confregit statuam, id est vanitatem huius mundi. Iohan. 16. confidite ego vici mundum. Item dicitur lapis propter ædificationis vtilitatem, quia per hunc lapidem construitur omne ædificium spirituale. 1. ad Corinthio, 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter illud quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS. Sed iudæi multipliciter reprobauerunt hunc lapidem. Primo in eũ non credendo, Iohel: 7. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? Secũdo eum non suscipiendo. Iohan. 1. In propria venit & sui eum non receperunt. Tertio ei detrahendo, Ioan. 9 Nos scimus quia hic homo peccator est. Quarto in præsentia blasphemando, Ioh. 8. Nonne benediximus quia samaritanus es de demonium habes, Quinto eius miracula dæmonia abscribendo. Lucæ. 11. In beelzebub principe dæmoniorũ & cætera, Sexto regnum eius recusando, Lucæ. nono. Nolumus hunc regnare, & cætera, Ioan. decimo nono. Regẽ non habemus Septimo morti condemnando, Matth. vigesimo septimo. Reus est mortis. Octauo post mortem persequendo. Matth. 27. Domine recordati sumus quia seductor ille, & cætera. ¶ Sed ex quo ita multipliciter reprobauerunt eum Iudæi, subdit. Ideo dico vobis auferetur a vobis regnum, id est regimen vineæ, id est ecclesia vel scriptura vel dei misericordia. Et dabitur genti facienti fructum, id est, opera bona: Nota legimus regnum temporale a multis esse ablatum & sic æternale regnum. Prim⁹ fuit cui ablatum est regnum Nabuchodonosor, vt patet Danie, quarto cui dictum est, Transibit a te regnum, & ab hominibus te eiiciẽt & cum feris erit habitatio tua. Et hoc propter verba superbiæ. Et hic sperbis auferetur regnum cœlorum sicut lucifero qui dixit isaiæ. 14. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Luc primo deposuit potentes de sede, & cætera. Lucæ. 14, Qui se exaltat

humiliabitur. Psalm. Non habitabit in medio domus meę: qui facit superbiam. Secundus est Saul. 1. Reg. 15. Scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te propter hoc a q reseruauit pinguia de Amalech contra præceptum domini. Et sit omnis auarus excluditur a regno dei. Matthæi. 19. Facilius est camelum intrare per foramen acus quam diuitem intrare in regnum dei. 1. Corint. 6. Raptores auari regnum dei possidere non possunt. Tertius est Beltazar. Dan. 5. Et figurat gulosos qa comedebat & bibebat cũ principibus suis quando scriptum erat coram eo quod Daniel exposuit dicens. Diuisum est regnum tuum & datum est Persis & Medis. Et sic amittit regnum cœli propter carnis delitias 1. Corint. 15, Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.

De eodem Sermo. II. De epistola.

IN diebus illis scilicet quando Iacob redierat de mesopotamia Syrie, & ab esau fratre suo qui ei venerat obuiam recesserat, & Sechem filius Emor Dynam corruperat. Dyna filia Iacob de Lya & filii sui. s. Symeon & Leui de Sychemitis vindictam expetebant adhuc viuẽtibus Isaac & Rachele, nõdum nato Beniamin dixit Ioseph puer sedecim annorum fratribus, suis scilicet, decem. Audite somnium meum quod vidi, & cæ. vt patet Genes. 37. Vbi nota quod iste Ioseph in somniis quæ vidit & in somniis pistoris, & picernæ, & pharaonis quæ postea ĩterpretus est, cognouit prophetice futura, propter quod nõ solũ habuit visionẽ imaginariam, sed etiam intellectiuã. Vidit enim in somniis imagines quasdam rerum corporearum, impressas organo siue virtuti imaginatiuæ. Ideo mediãte illo Vel per ministerium angeli cum vidit. Vterque sensus bonus est. Etiam per intellectũ omnia futura quæ per huiusmodi imagines prophetæ non prophetizauerunt, quia nihil intellectualiter cognouerunt. Sic ergo expone verba Audite somnium meũ quod vidi Visione supple imaginaria, et intellectuali. Putabam nos ligare manipulos in agro & consurgere manipulum meum, & stare vestrosque manipulos circũstantes adorare manipulum meũ. Visione vtique imaginaria vidit imagines manipulorum, scilicet sic dispositorum, sed spiritualiter vidit quod fratres sui ad-

oraturi esset eū quod postmodū sic euenit. Et vide quod in rebus corporalibus, in quibus isti erant assueti, deus mōstrauit eis futura, s. in manipulis & spicis viribus, & bobus. Erant enim cultores agrorum & animalium pastores. Sequitur. Responderunt que fratres sui & dixerunt ei. Nunquid rex noster eris aut subiiciemur ditioni tuæ? Quod certe factum est postmodum. Ipse enim fuit rex princeps, & rector fratrum suorum Gene. 49. De ipso etiam immediate Effraim filio suo descendit Jeroboam & fuit rex in decē tribubus, vt habetur. 3. Regum. 12 Sequitur. Hæc autē causa somniorum ac sermonum inuidiæ, & odii fomitē ministrauit. Et ratio huius fuit, quia homines qui sunt liberi arbitrii summe libertatem appetunt: & abhorrēt seruitutem Sequitur. Aliud quoque vidia somnium quod narrans fratribus ait. vidi per somnium quasi solem & lunam, & stellas vndecim adorare me, Et notanter dicit, quasi quia non vidit lunam aut solem aut stelas, sed imagines ipsorum. Et nota quod primum somnium fuit in rebus terrenis, & secundum fuit in rebus cœlestibus ad innuendū quod isti omnes inter homines conuersantes vocabunt terrenis negotiis soli tamen ab omnibus separati de cœlestibus cogitabunt Sed quare dixit vndecim stelas quum nondum esset natus Beniamin per quem intelligebatur vndecimus. Dicendum quod videbat in spiritu ipsum fore nasciturū: & ipsum cū aliis adorare eum debere. Sequitur. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset: increpauit eum pater dicens. Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti. Num ego & mater tua. e fratres tui adorabimus te super terra. q. d. hoc patet ex verbis tuis. Intelligebat enim Iacob quod ipse pater per solem significaretur & Rachel per lunā, & fratres per vndecim stellas, Sequitur inuidebant ergo ei fratres pater Vero rem tacitus considerabat. ¶ Nota quod mater Ioseph adhuc viuebat vt ex loco isto accipitur. Mater inquā Rachel, Sed di. nunquid pater & mater adorauerunt Ioseph ꝙ de fratribus constat? Respondetur quod mater nunquam adorauit eum in ꝓperiora propria, quia mortua fuit antequam Ioseph dominaretur in terra in Aegypti, sed adorauit eā in persona filii .s. Beniamin filii sui. Iacob autem adorauit eum in filiis suis per quos misit ei munera. Gene. 44. Et hoc fuit antequā sciret ipsum esse filiū suū, sed poster quādo seruit

nunquam adorauit ipsum quia nec Ioseph sustinuisset, licet tamen dicatur ad Hebr.11. quod Iacob adorauit fastigiũ virgæ ipsius Ioseph quod satis innuitur, Gen.50. Sed magister dicit in historia scholastica. Quidam codices habẽt ꝙ adorauerit super caput virgæ eius, vel in capite virgæ suæ: & vtrunque stare potest. ¶ Diceret aliquis. Sed quare Iacob increpauit ipsum Ioseph, qui tamen fuit prænũtians vera quod innuitur ex eo quod dicitur quod pater rem tacitus considerabat. Dicendum quod ideo, quia nõ vnicuiq; est veritas dicenda maxime cũ auditores ad deteriora prouocantur, vnde timebat sanctus homo illud quod accidit circa Ioseph quem summe diligebat. Sed mirum est quod Ioseph qui puer erat audebat referre talia coram fratribus maxime cum vidit eos aduersus ipsum concitatos. Vbi dicendum quod spiritussantus qui hoc suggesserat ipsum ad dicendum impellat sicut & alios veros qui dixerunt omnia quæ suggerebat spiritussantus non formidantes mortem. Sequitur. Cum fratres eius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem dixit ad eũ Israel. ¶ Nota quod Iacob rediens de Mesopotamia transito Vado Iobacin luctatus fuit cum angelo ex qua luctuatione emarcuit neruꝰ fœmoris eius. Qui quidem angelus luctatus cum eo & loquens in persona dei, mutauit sibi nomen & Vocauit eũ Israel, quod interprestatur vir vidẽs deũ. Gen.32.c. Vnde statim dixit: Vidi dominũ facie ad faciẽ. Et vocauit nomẽ loci illius Phanuel.i. apparitio Dei. Deinde cum progrederetur ꝙ occurrit ei obuiã Esau, Vt patet Gene.23.cap. a quo priꝰ discesserat & venit in Sochot deinde in Sichem, de qua hic ponitur in litera quam vrbam vocauit Moses salem. & ibi emit ipse Iacob partem agri ab Emor rege Sichimorũ, & a filiis eius centum agnis vt patet loco præallegato.s. Gen. 33. Et ipsi dicãtur incolæ Sichimitæ. Ista vrbs corrupte dicitur Sichar vel Sichen: & terra vicina dicit̃ Sichimina, & est apta pro limentis gregum & pascua illius terræ dicãtur sichima. Et forsitan ista sichen est illa vrbs ad quam primo applicuit Abrahan veniens de Hur Chaldæorum, Genesis.12. cap. sic dicta per anticipationem. Cum autem habitaret ibi Sichem commisit ibi stuprum cum Dyna, propter quod secuta fuit interfectio sichimitarum, & depopulatio vrbis. Genesis.34. capit. Deinde prosequendo histo-

riam imaginor quod de Bethel Iacob venit in valem Ebrō quæ valis dicta est conualis Mambre. Genesis. 18. Est autem secundum magistrum conualis Mambre iuxta Ebron quæ valis sic vocata est a quodam homine Mambre nominato. Vel est dicta vallis Ebron, eo quod erat iuxta ciuitatem Ebron. De ista vale misit Iacob Ioseph ad fratres suos in Sichem, & Dothaim vbi per eos venditus fuit. Et post ea Iacob facta eius venditione venit ad patrem suum in Ebron & inuenit matrem suam mortuam. Et post paucos dies mortuus fuit Isaac & sepultus in Ebron, quæ alio nomine vocabatur Arbee, seu Chariatarbe, id est, ciuitas quatuor. Ibi enim quatuor sepulti sunt, scilicet Adam, vt dicitur Iosue. 14. similiter Abraham Isaac & Iacob cum vxoribus suis excepta Rachele quæ fuit sepulta iuxta Effratam. Hoc est Bethleem. Ibi enim erat spelunca duplex quā emit Abraham ab Ephro Netheo. & in superiori sepeliebantur viri & in inferiori mulieres. Genesis. 23. Vtrum autem Rachel fuerit mortua ante Isaac? Nun est bene certum Scriptura tamen hoc innuit. Genesis 35. His visis patet tota littera huius patris. Cunque fratres eius in pascendis gregibus, & cætera, Sequitur. Dixit ad eum Israel, id est, Iacob mutatum enim erat sibi nomen. Fratres tui pascunt oues in Sichimis, id est, in pascuis quæ sunt iuxta Sichem. Veni mittam te ad eos, quo repondente, præsto sum, id est, paratus. Ecce prompta obedientia ait supple iacob, vade & vide si cūcta sint prospera erga fratres tuos & pecora & renuncia mihi quid agatur Bonum thema quando Papa mittit aliquem legatum ad aliquam prouinciam, dicat vade & vide, & cæt. Et iniungit sibi tria, scilicet profectionem, ibi. vade & vide inquisitionem, ibi. si cuncta sint prospera, & ç Reuelationem, ibi. Renuncia mihi quid agatur. Sequitur. Missus de valle Ebron venit in Sichem. Ecce pia beniuolentia Ioseph, statim enim execut⁹ est mandatum propter patris reuerentiam, & fratrum amicitiam. inuenitque eum vir errantem in agro, qui interrogauit quid quæreret. Illi respondit fratres meos quæro iudica mihi vbi pascant greges. Verbum bonum pro legato inquirente de episcopis prouintiæ, ac d cente cuilibet. Quia inquam fratres meos quęro, id est, Episcopos, indica mihi vbi pascunt greges suos, id est, in qua doctrina, scilicet catholica vel hæ-

netica, vel an vitiosos subditos informent. Dixit que ei vir. Recesserunt de loco isto, audiui autem loquentes eos: Eamus in Dothaim. Perrexit autem Ioseph post fratres suos & inuenit eos in Dothaim. Et ecce ipsius Ioseph solicita diligentia quærebat autem de loco ad loca donec inuenit: puto quod hi erant in Dothaim quærentes pascua meliora. Et est Dothaim quoddam territorium satis prope Sichem sicut credo. Qui scilicet fratres, cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos, cogitauerunt occidere eum, & mutuo loquebantur. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, scilicet cadauer eius proiiciendo in cisternam veterem, quæ supple erat in solitudine, & non habebat aquã Ecce fratrum sæua malitia quæ primo patuit in cogitatione quia cogitauerunt eum occidere. Secundo patuit in locutione, quia dixerunt. Venite occidamus eum. Tertio apparuit in operatione, quia Vt consequenter dicit historia, ipsum nudauerant, & in cisternam proiecerãt, & postea vendiderunt Chrisostomus. O nephanda rabies iniquorum non licet Ioseph viuere: non licet meliorem inter malos tutum esse zelauerunt enim humilem superbi, mãsuetum iniqui, probum improbi, mitem tumidi quia vita bonorum detrimentum est pessimorum. Consequenter tangit moses id quod pertinet ad fratrum sceleris denunciationem. Et dicemus, scilicet patri & matri. Fera pessima vel aper vel leo vel vrsus deuorauit eum & tũc apparebit quid prosint illi somnia sua: & ita postea fecerunt quia postquam eum vendiderant, intinxerunt tunicam eius in sanguiné hœdi, propter quod pater & mater dixerãt. Fera pessima deuorauit eum. Et vltimo tangit. Mosi quod pertinet ad criminis alleuiationem: scelus enim eorum alleuiatum fuit, quia non tantũ commiserãt quantum dixerant. Cogitauerũt enim eum occidere, & ita dixerant, sed procurante Ruben qui volebat eum eripere, fuit proiectus in cisternam, & postmodũ procurante Iuda venditus fuit, & itẽ mortem euasit. Quantum ad illud quod fecit Ruben dicitur hic. Audiens autem Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat non interficiamus animam eius, nec effundamus sanguinem eius, sed proiiciamus eum, scilicet viuum in cisternam veterem: quæ est solitudine: manusque vestras seruate innoxias, hæc dicebat, volens eum eripere de manibus

eorum, & reddere patri suo. ¶ Nota quod mirum fuit de Ruben, quod ita fuit propitius ipsi Ioseph, quia vt dictum est accusauerat eum apud patrem de concubitu cum Bala, dicédum vero quod quia erat primogenitus debebat habere curam omnium. Et in hoc facto plus timebat offendere aliis: quia antiquior omnibus audiuerat, quomodo Deus punierat homicidium, scilicet Abel per Caim factum, & ideo plus timebat. Sed quid scriptura refert concubitum Ruben cum Bala post mortem Rachelis: Gene. 35. Dicendum quod Ruben ante mortem Rachelis concubuerat cum Bala, quod soli Ioseph notum fuit qui apud patrem accusauit eum, post mortem iterum cōcubuit, & tunc fuit magis manifestum. ☞ Nota licet textus historiæ non recitet, ecclesia tamen refert, quomodo nudauerunt eum tunica talari, & polymita, id est, auro picta. Et quomodo miserunt eum in cisternam quæ non habebat aquam & quomodo absente Ruben qui ierat ad procurandum & quærandum meliora pascua, de consilio Iudæ vendiderunt ipsum ismaelitis siue Madianitis euntibus in Aegyptum. Et quando Ruben non inuenit eum in puteo, scissis vestibus dixit fratribus, puer non comparet & ego quo ibo? Recepit autem consolationem quando audiuit quod non erat mortuus, sed venditus. Ipse est qui dixit, Gene. 42. Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum, & non audistis me. Et sanguis eius exquiritur. Et quomodo intinxerunt tunicam Ioseph in sanguine hœdi, tuleruntque eum patri dicentes: Vide si tunica filii sit an non. Quam cum cognouisset pater dixit. Tunica filii mei est, fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. Et vlterius quomodo Madianitæ vendiderunt eum putiphari eunucho & principi militiæ Pharaonis clare habetur in textu, scilicet Gene. 37. Et nota quod iacob lugebat filium suum multo tempore, videlicet viginti tribus annis qui fluxerūt a venditione ioseph vsque ad ascensum Iacob in Aegyptum. ☞ Allegorice. Ioseph Christum significat quem deus pater in senectute genuit, id est, in mundi vespera & ætate sexta hominem fecit. Hic a deo patre dilectus præ omnibus fuit ac crescens filius, quia rex regum & dominus dominantium. Et aspectu decorus, quia speciosus forma præ filiis hominum. Psalm. 44. Hic quædam coram iudæis retulit quæ fuerunt ei visa per somnia.

Ex quibus eis dabat intelligere quod ipsorum esset rex, & quod ipsum tanquam deum & dei filium deberēt adorare propter quod oderant eum, nec poterant ei aliquid pacifice loqui. Hunc autem maioribus Iudæorum, scilicet Scribis & Pharisæis & sacerdotibus pascentibus oues, id est, iudæos simplices in sichen, id est graui & laboriosa obseruentia legis & traditione eorum, quoniam sichen interpretatur labor, misit deus pater de valle ebrō, quod interpretatur visio sempiterna. Misit dico ad videndum quid agebatur inter fratres, Matthæi. 15. capi. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et peccora, id est maiores & minores Iudæos, Ad videndum non dico speculatiue, quia omnia sciebat, sed experimentaliter. Ex his enim quæ passus est obedientiam didicit, sicut dicit apostolus Philipp. 2. Factus est obediens deo patri vsque ad mortem. Missus autem in sichen, id est ad dolorem corporis & ad grauem obseruantiam legis. Circuncisus fuit & in Hierusalem ad festa ascendit. Tunc autem quidam. s. Ioannes baptista inuenit eum errantem, id est, inter errantes quod dirigebat ad virtutes. Vel errantibus similem non quidem in culpa sed in pœna. Inuenit dico in agro. s. in Iudaico populo qui respectu gentilitatis ager dicitur ista per desertum figuratur Et ille interrogat a Christo dicens. Quem quærit ? Qui respondit. Fratres meos, & cæ. sicut prius. Recesserunt a sichen & venerunt in Dothaim. Vere tempore Ioannis qui ante Christum venerat recesserāt Iudæi & maxime maiores de sichen, id est, de vera obseruantia legis, & venerāt in Dothaim, id est, omnem defectum virtutum. Et propterea Ioannes vocabat eos genimina viperarum. dothaim interpretatur sufferens defectum. Sed quia Christo volente eos ab ista defectione verbis & exēplis reducere statim cogitauerunt eū interficere & dixerunt. Expedit vobis vt vnus moriatur homo. Si dixit Caiphas. Vt autem de morte sua se possent excusare fecerunt hoc per gētiles, scilicet per Pilatum & milites suos. Vnde & dixerūt. Dicemus quod fera pessima, id est, Pilatus deuorauit eum. Ruben, id est, Pilatus volens eum eripere dicit. Quid enim mali fecit, & nullam causam mortis inuenio in eo, sed non valuit. Consilio namque iudæ traditoris per istum alium iudam quantū ad hoc figurati, fuit venditus. 30. argenteis sicut & ioseph se-

cundum literam communem,& venditus Ismaelitis,id est Iudæis qui figurãtur magis per Ismael quam per Isaac de Abraham descendisse Et sicut Ioseph nõ fuit mortuus,sed eius tunica fuit sanguine tincta , ita,Christi diuinitas non fuit ,læsa sed eius humanitas fuit sanguine rubricata. Quã cum vidit deus pater in ascensione dixit,Fera pessima deuorauit filium meum. Et sicut Ioseph fuit in AEgyptum ductus,sic & Christus fuit per apostolos gentilitati prædicatus,Sicut enim Ioseph fuit in AEgypto incarceratus,& in vinculis detentus,sic & Christus fuit in apostolis & in aliis fidelibus inter gentes multipliciter afflictus.Sicut enim Ioseph fuit in Aegypto agnitus a iudæis & Hebręis,& honorificatus quibus omnibus alimenta ministrauit,sic & Christus inter gentes fuit agnitus dei filius,& honoratus multipliciter tam a iudæis quam a gentilibus ex quibus collecta est ecclesia. Et sicut fratres ioseph in AEgypto multa perpessi sunt propter crimen commissum in ioseph in tantum vt dicerẽt.Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrẽ nostrum.Ac Ruben dixit nunquid non dixi vobis.Nolite peccare in puerum,& non audistis me . En sanguis eius exquiritur,sic iudæi propter crimen commissum in Christum multa passi sunt inter gentes,venditi per eos sicut dicitur pro vno denario triginta iudæi dabantur.Et merito hæc patiebãtur vt plane impletum videretur quod ipsi Pilato dixerunt.Sanguis eius super nos & super filios nostros Christus vero omnibus quãtum est de se salutis.cibum dispensat. ¶ Nota iudæi quatuor maxima peccata commiserunt,Primo decem fratres vendiderunt ioseph.Genesis.37 propter quod ducti sunt in Aegyptum vt patet Genesis.41 Secundo peccauerunt in vitulo aureo.Exod.32,propter q̃d perierunt viginti tria milia .Tertio peccauerunt in idolatria absque Dauid Iosia & Ezechia.Ali vero vt Salomon, Ieroboam,Achab,& cæteri,propter quod.s.Sedechias ductus fuit in Babyloniã,vt habetur.4. Regum vlti & hoc etiã fuit remissum eis & fuerunt liberati,vt patet.2.Para. vlti.Quarto peccauerunt in Christi morte. Et hoc fuit punitum & non remissum.De quo Amos.1.Super tribus sceleribus.Edon super quatuor non conuertam,eo quod persecutus est in gladio fratrem suum.

F. sabbato. Sermo. I.

FILI tu semp mecum es, & omnia mea, tua sunt. Luc. 15. ¶ Cōsuetudo est quod filius volēs habere hereditatem paternam debet esse obediens doctrinæ, & præceptis parentum. Spiritualiter. Sic nos sumus filii patris ęterni. Ne ergo priuemur hereditate paterna cœlesti debemus obedire eius mandatis. Et hoc docet mater ecclesia in introitu missę dicens. Lex domini irreprehensibilis conuertens animas testimonium domini fidele sapientiam prestans paruulis. Nam si vis fore sapiens filius serua legem patris & doctrinam matris, scilicet sanctę ecclesiæ. Prouer. 4. Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam, &c. Vita enim sunt inueniētibus ea. Ideo pater, id est, Christus, & mater. i. ecclesia docent ieiunium, de quo collecta. Da quæsumus domine nostris effectum ieiuniis salutarem vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationē trāseat animarum Prou. 1. Audi fili mi disciplinam patris tui, & legem matris tuę ne obliuiscaris. Et sic fecit Iacob. Gen. 27. Cum mater sua rebecca docuit eum quomodo teneret hereditatem & paternam benedictionem & ipse secutus eam benedictionem accepit a patre. Qui autem excesserit in mandatis parentum priuatur hæreditate. Et sic filius prodigus de quo in euāgelio. Et tamen postq uam reuersus fuit ad patrē benedictio restituebatur, sibi. Et sic si nos auersi sumus ꝑ peccata a deo patre reuertamur ad eum per pœnitentiā, tunc dicetur nobis. Filii tu semper mecū es &c. ¶ In summa euāgelii tria innuuntur. Primo peccatoris auersio, ibi homo quidā & cę. Secundo eius cōuersio, ibi. In se autē reuersus Tertio patris benigna receptio ibi. Vidit illum pater.

¶ De primo dicit, In illo tēpore. s. cū scribę & pharisęi murmurarent contra Christum, quia susciperet publicanos & peccatores. Tunc ait parabolam dicens. Homo quidam, id est, deus pater, qui dicitur homo ratione suæ benignitatis habuit duo filios, scilicet iustos & peccatores, qui peccatores sunt filii dei quantum ad creationem & non quantum ad gratiam seu imitationem. Quia vt sic peccatores sunt filii diaboli. Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis quia opus eius Vultis facere. Tunc ait adolescentior patri. Pater da mihi

portionem substantiæ meæ, quæ me contingit. Per adolescentem intelliguntur mali, quia desiderant a deo bona naturalia & temporalia sicut & boni.

¶ Nota peccator dicitur adolescẽtior filius, Primo propter stultitiã quæ est in peccatoribus. Psal. 81. Nescierũt neque intellexerũt in tenebris ambulãt, &c. Re uera nã stulti dãt æternũ pro trãsitorio bonũ pro malo. Thren. 1. Dederũt quæque preciosa pro cibo ad refocillandam animam. Secundo quia adolescẽtia est vana, & sic peccatores. Tertio quia adolescentes obstinent posteriorem locum, & sic peccatores. Psal. 9. Conuertantur peccatores in infernum. Tunc subdit Et diuisit illis substantiam, id est, cuilibet dedit proprium arbitrium. Eccle. 15. Reliquit eum in manu consilii sui. Vel sic, diuisit illis substãtiam, quia dona sua omnibus largitur, licet diuersimodè. Mat. 5. Facit solem suum oriri super bonos & malos. Et Iacob. 2. Omnibus dat affluenter. i. intellectum & scientiam boni & mali, Theophilus. Tamen intellectu inæqualiter vtimur vnus a patris gloriam diligenter custodit, alter autem tanquam a se haberet dilapidat hoc prouenit ratione nostri liberi arbitrii, & hoc declarat tum dicit. Non post multos dies, id est, cito post adolescentiam congregatis omnibus, id est, bonis naturæ & fortunæ consideratis in iuuentute cogitando, Tu etiam es ita diues ita pulcher sicut ille. Tu etiã vis te dare ad delectationes mundi. Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longiquam, Autor in. 11. lib. de spiritu dicit. Nihil longinquius quam recedere ab eo qui est vbique. Augustin. Supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo nihil infra quem nihil, nã ipse est a quo omnia per quã omnia in quo omnia. Ab eo receditur nõ pedibus, sed moribus & affectibus. Psal. Qui se elõgant a te peribũt. Bern. Vera vita animæ est deus Chrys. Adolescentem peregre proficisci est quando homo in iuuentute dei obliuionem incipit habere. Tunc potest dicere, Psalm. 83. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei, & tunc elõgatur a deo patre. s. varia scelera cõmittendo, Psal. 108. Longe a peccatoribus salus. Deuter. 32. Oblitus es domini creatoris tui, recessisti a deo salutari tuo. & Prou. 15. Longe est dominus ab impiis. Nam quãto peccatores peiora faciunt tanto magis elongantur a deo. Et de quanto aliquis elongatur ab aliquo re tanto minus hæc : 39

ab eo videtur. Et sic peccatores elongati a deo non vident deum. Genes. 4. Cain exiit a facie domini. Sequitur. Et dissipauit tibi. substantiam suam viuendo luxuriose in concupiscentiis carnis. Et sic hoc quando sensum & intellectum dat iniquitatibus. Notanter tamē nominat luxuriam, quia in tali vicio consummuntur omnia bona. Primo bona naturæ. 1. Cor. 6. Qui fornicatur in corpus suum peccat. Secundo bona temporalia, quia deducit ad paupertatem. Prouer. 29. Qui nutrit scortum perdit substantiam suam. Tertio bona animæ quia intellectum. s. & rationem obumbrat. 1. Corin. 2. Animalis hō nō percipit ea quæ dei sunt. Ideo Chrysost. dicit. Nulla res ita præcindit virtutem sicut corporalis voluptas, Ecclesia. 9. Ne des fili fornicari animam tuam ne perdas te & hereditatem tuam. Sequitur. Et postquam cō summasset. i. consumpsit omnia. s. bona corporis & animæ facta es fames in regione illa, Et ipse cœpit egere, quia nulla satietas est in peccatis, sed in quolibet peccato est defectus virtutis. s. in superbia defectus humilitatis, in auaritia defectus largitatis, & sic de aliis. Aggæi. 1. Comedistis & non estis satiati. Psal. Famem patientur vt canes. Ambrosi. in Homil. Famem non epularum sed bonorum operum & virtutum: Hæc est regio dissimilitudinis in qua inuenit se. Augustin. longe esse a deo, Psal. 106. Esurientes & sitientes anima eorum in ipsis defecit. Et abiit & adhesit vni ciuiū regionis illius, scilicet diabolo, cuius seruus sit peccator. 2. Pet. 2. A quo quis superatus est huius & seruus est. Qui misit eum in villam suam, vt pasceret porcos. i. diabolus mittit peccatorem ī occupationem mundi & peccati, Et sic pascet porcos. i. brutales motus voluptatum carnis & immūdas cogitationes in anima nutrit. ecce quā malum est seruicium diaboli, Hiere. 17. Seruieris diis alienis qui non dabunt vobis requiem. Ideo beda. Porcos pascere est ea agere in quibus maligni spiritus delectantur. Nam sicut porci gaudent in cœno sic diaboli in immundicia peccati. Lactantius dicit. Porcus est animal immundum nec vnquā cœlū respicit sed terrā. Et sicut porcus toto corpore pede et euersatur super terram, sic peccatores. Et cupiebat ventrē suū implere de siliquis quas porci manducabāt, & nemo illi dabat. Augu. Siliquæ exterius molles interius vacuæ sunt per quas intelliguntur delectationes peccatorum quæ exterius

mittunt miseram animam vacuam. His cupis peccator saturari, sed tamen nemo illi dabat quia non satiatur desiderium peccatoris in delectatione quacunque. Oseæ. 4. Comedent & non saturabuntur, qui secundum Gregor. Momentaneum est quod delectat æternum autem quod cruciat. Ideo Ecclesiast. 1. In omnibus vanitas & afflictio spiritus. Si ergo recessisti a patre tuo cœlesti, & seruuisti ciui, id est, diabolo, qui aliquando fuit ciuis in regno cœlorum, qui certe male stipendiat, ad Roman. 6. Stipendia peccati mors, ac vt hic filius prodigus fecit.

Dixi secundo innuitur eius conuersio ibi. Ipse autem in se reuersus ait. Gregorius secundo Dial. capitul. 3. Quotiens per vagos motus eximus nõ ducimur per cogitationes & opera, & nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minime vidimus, sed reuertimur dum ad conscientiæ interiora mente redimus. Primo enim cõsiderauit peccatum quod commisit, ibi. in se reuersus. Secundo locum quem amisit, scilicet domum patris, ibi, Quanti mercennarii. Tertio damnum quod incurrit ibi Ego hic fame pereo.

Nota illa quæ requiruntur ad veram pœnitentiam innuũtur hic. Primo requiritur sui & peccati cõgnitio. Ergo dicit, in se reuersus. Isa. 46. Redite præuaricatores ad cor, Et quilibet peccator de congnoscere quatuor, vt dicit Grego, scilicet vbi fuit, vbi erit, vbi est, et vbi nõ est. Primo vbi fuit scilicet in peccato, & de illo dolere Senec, Initiũ salutis cognitio peccati. Hier. e. 2. Vide quam amarũ est te dereliquisse dominũ deum tuum. Secũdo vbi erit. s. in iudicio, & ideo timere Psal. 110. A iudiciis enim tuis timui. Tertio vbi est. s. in miseriis. & ideo debet gemere. Eccle. 2. Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt. Quarto vbi nõ est. s. in gloria, & ideo debet suspirare. Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymę meæ, & c. ℂ Nota dicit hic textus quod hic filius in adolescentia fuit reuersus. Et sic tu. Thre. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia quia dicit Augu. Pœnitentia sera raro vera quia tunc peccata te dereliquũt & tu non ea. Et prouer. 22. Adolescens iuxta viam sua gradiatur, cum senuerit non declinat ab ea. Beda super Lucam. Diabolus quanto diutius possidet aliquem tanto difficilius dimittit eundem. Et Hieremi. 13. Si æthiops potest mutare pellem suam aut pardus varietates suas & vos poteri-

tis benefacere cum didiceritis malum. ☞ Secundo requiritur diuinæ bonitatis & paternę claritatis cōsideratio cū subdit. Et aitquāti mercennarii in domo patris mei sūt, scilicet in gratia diuina, & abundant panibus.i.bonis spiritualibus. Ego hic fame pereo.i.cum ipse peccator de vita virtuosa aliorum hominum recogitat, tunc cognoscit se famelicum in omni virtute, & recogitat dominū misericordē. Ezech.18. Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, Rom.2. Benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Ioh.2. Quia benignus & misericors est ad ignoscendum, q.d Cur hic fame pereo. Tertio requiritur propositum bene agendi cum dicitur surgam & ibo ad patrem meum Surge..per propositū a peccato. & vade ad patre.i.per opera iustitiæ. Psal.36. Declina a malo & fac bonum. Rom.13. Hora est iā nos de somno surgere. Ep.5. Surge qui dormis, & c. Nā vbi homo non quiescit non cessat. Et sic in peccato. Gen.19. Surgite egredimini de loco isto quia hic nō habetis requiem in peccatis Isa.vlt, vermis eorum non morietur & ignis eorum non extinguetur. ℭ Quarto requiritur humilis cōfessio dic. Et dica ei. Pater peccaui i cœlo, id est, coram angelis & sanctis in cœlo & coram te.i.te sciēte & vidēte cum sis iudex me⁹ & sic nos humiliter debem⁹ confiteri peccata nostra. Isa.43. Narra si quid habes vt iustificeris. Et non est abscondendum illud quod fit coram deo. Boetius de conso. Magna est nobis indicta necessitas probitatis cum omnia agamus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Tunc ponitur humilitas huius filii dicen. Non sum dignus vocari filius tuus. O reuera omnis peccator mortalis non est dignus vocari filius dei. Nota multiplices sunt filii indigni. Primo si patrem irridet. Sic cham derisit Noe & sic superbi deridentes pauperes. Prouer 14. Qui calumniatur egentem exprobrat factori suo & c. Secundo si hostibus patris associetur, vt absalon. 2. Reg.3. Et sic peccator dæmonibus associatur Psalm.49. Si videbas furem currebas cum eo. & cum adulteris portionem tuam ponebas. Tertio si patrem positum in infirmitate dimittit, vel in carcere & eum non visitat neque consolatur, quibus dicetur illud. Matthæ.25. Infirmus fui & in carcere & non visitastis me, & c. Ideo Isaiæ.1. Væ genti peccatrici, filiis sceleratis. Et ibidem, Et filios enutriui ipsi autē spreuerunt me. Ideo

iste adolescens dixit. Non sum dignus vocari, &cæ. Quia a te recedens te contristaui quod non debe filius facere. Prouerb.10. Filius faciens lætificat patrem, filius vero stultus mœstitia est matri suæ. Item quia substantiæ meæ prodigus extra disciplinam vixi, quod non debet facere filius Heb.12. Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filii estis. Item quia alterius, scilicet diaboli seruum me feci quod non debet facere filius ad Roman.8. Qui spiritu dei aguntur hi filii dei sunt. Item quia de gener in moribus fui pascendo porcos quod non debet facere filius, Roman. .. Non qui filii carnis hi filii dei. ℂ Quinto requiritur satisfactio. Sequitur, Fac me sicut vnum ex mercennariis tuis, quasi diceret, Paratus sum tibi a mūdo satisfacere, & seruire spe mercedi. eternæ. Hieronym. Pauor peccati ab negat me pauor conscientiæ deprimit me. Non est mihi spes viuendi neque fiducia bene agendi. Iuditium vereor, pœnas tremo, amisit filii dignitatem concede saltem me. cennarii seruitutem. ℂ Nota secundum. Ambr. differentia est inter seruum mercennariú & filium. Seruus dicitur qui abstinet a peccato ex solo timore pœnę prę sentis vel futurę. Mercenarius mercede, filius amore. Et si iste primo fuit seruus cum seruiuit ciui deinde mercennarius quando spe mercedis seruire voluit. Tertio factus est filius, quādo a patre in hereditem suscepturus est. Ecce quanta dei benignitas qui de seruo diaboli facit seruum dei. ℂ Dixi tertio tangitur patris benigna receptio Vbi nota quod benignitas dei attenditur in multis. Primo quia recepit eum velociter. De quo subdit. Et surgens venit ad patrem suum. i. impleuit quod faceret deliberauit. Non enim sufficit bonum incipere nisi impleatur opere. Ambr. & habetur di.86. cap. Non satis est bene velle sed benefacere nec satis est iterum benefacere nisi id procedat ex bene fonte. i. ex bona voluntate sicut non sufficit filiis conceptio sine partu ideo primo proposuit, deinde venit. i. venire cœpit per pœnitentiam ad patrem. Cum autem adhuc longe esset vidit illum pater ipsius & misericordia mot⁹ est. Ecce dei benignitas. Cum adhuc peccator longe est. s. in regione peccati cum tamen habeat bonam voluntatem. Vnde Ber. in sermone de annonciatione dominica. O deus quam diues es in misericordia quam manificus in gratia nō est qui

similis fit tibi gratis respicis humiles,i.extre iudicas in innocẽtes misericorditer saluas peccatores. Vidit eum, scilicet oculo prædestinationis & clementiæ, vt dicit Chrysost. Sensit pater pœnitentiam, non expectauit recipere confessionis verba sed præuenit petitionẽ misericorditer agens. Vnde subditur. Et misericordia motus est, misericorditer ei inspirando motum pœnitentiæ. Et acurrens. s. ipsum præueniendo per misericordiam inchoantem. Psa.58. Misericordia eius præueniet me. cecidit super collum eius.i. gratiam in eo cõseruauit sicut fecit Zachæo qui desiderauit eum videre. Lucæ.19. Hodie in domo tua oportet me manere. Quia secundum Gregori. Non vacat manus a munere eum arca cordis sit plena bona voluntate. Et osculatus est eum.i.ipsum perfecte sibi reconsiliando per gratiam subsequentem. De qua Psalm.22. Misericordia tua subsequatur me. Osculatus est eum, scilicet per charitatem sibi vniendo. Quanti.1. Osculetur me osculo oris sui. Vel osculatus est eum.i. sit concordia inter voluntatem diuinam & humanã Figuratur Gen.27. Isaac osculatus est Iacob cum benedixit eum. ¶ Secundo suscepit eum honnorabiliter, quia post osculationem dixit eis filius. Pater peccaui in cœlum & coram te etiam non sum dignus vocari filius tuus. O verbum omni fiducia plenum charitatis ardore succensum misericordia profluum cum dicit pater, Sed quod confitetur. Peccaui. O quam suaue vnguentum vulneribus ad medicinam, emplastrum misericordiæ floribus tusum & doloribus superligatum vinũ mordẽs & oleũ liniẽs peccaui. Tunc pater ait ad seruos suos id est, ad sacerdotes qui dicũtur serui dei. Cito proferte stolam primam & induite illum. Aug. pronior est ad miserandum quam nos ad accipiendum. Ambr. Nescit tarda molimina spiritussancti gratia, proferte stolam primam.i. Vestẽ interioris puritatis quam sacerdotes proferunt dum pœnitentem deo reconsiliatum verbis & absolutione affirmãt. Ecce quos dominus suscipit per cordis contritionem, vult etiam ipsos per confessionem recipi a prælatis in manifesto vt reconsilientur non tantum deo patri, sed etiam ecclesiæ matri, vt figuratur Ioan.11. de Lazaro quẽ suscitauit q tamẽ adhuc erat ligatus & fecit discipulos eum soluere. Et Luc.17. de leprosis quos sanauit tamen dicens. Ite & ostendite vos sacerdotibus. Per stollã autem primam intelligitur ve

stis innocentiæ vel immortalitatis in qua primus homo cō ditus fuit quam prælati proferendem eam proferendam promittunt in futuro. Et hæc vestis innocentiæ perditur p peccatum & induitur per confessionem.i.induenda ostenditur. Psal.103. Cōfessionem & decorem induisti. Et nō sufficit habere innocentiam nisi fiant opera bona. Ideo sequitur, Et anulum in manu dare ei.i.gratiam operando bona ad Coloss.3. Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sūt quærite. Vel per anulum in manu intelligitur fides in opere quam debēt habere & docere sacerdotes, quia fides sine operibus mortua est. O quā preciosus anulus fides formata preciosior auro. Aug. de verbis apostoli. Nullæ maiores diuitiæ nulli thesauri, nulla maior mundi substantia quam fide catholica ad Hebr.11.cap. Impossibile est sine fide placere deo. Et cū hoc requiritur repressio mali affectus. Ideo sequitur. Et calciamenta in pedibus eius.i.sanctorū exempla in pedibus.i. in affectu & intellectu. Canti.2. quam pulchri sunt gressus tui in calceamētis filia principis. Nam sicut calceamenta custodiunt pedes ne maculentur, sic & exempla sanctorum custodiunt nos ne maculemur luto male conuersationis. Chryso. Calciamenta de pellibus mortuorum conficiuntur, & sic nos esse mortales recordemur. Tertio recepit eum lætanter cum dicitur. Adducite vitulum saginatum & occidite & manducemus. Sed diceres: quare dicit manducemus in plurali cum tamen soli filio reuertenti preparari iussit? Respondetur quorum vna est natura substantia & voluntas vnum illorum est gaudiū: & sic dicit de patre & filio, & de spiritusanto. Similiter de angelis. vitulus ille Christus est quantum ad naturam passibilem secundum quam fuit imolatus saginnatus quoad gratiarū plenitudinem. Hic vitulus reuertenti filio adducitur & occiditur quādo passio C R I S T I cuilibet peccatori proponitur, hic vitulus semel occisus est in re.1.Pet.3. Christus semel pro peccati nostris mortuus est. Sed & multoties in sacramentali reprensentatione secūdū illud.1.Cor.11. Quotienscunque manducabitis panem hunc & calibem bibetis mortem domini anunci donec veniat. Sed & quotidie immolatur in credentium fide & prædicantium recordatione. Beda: Quasi enim recens iste Vitulus occiditur cum ab vno quoque occisus creditur. Ambro. Vberior est de gratia

quam petitio pœnitentis. Semper enim Deus plus tribuit pœnitenti quam rogat. Iste petebat officium mercenarii & habuit obsc..lū amici & donum filii dilecti, quod sic patet. Omnis homo peccans mortaliter perdit vestem puritatis diuinam amicitiam cœlestem sapientiam sacramentalem gratiam spiritualem lætitiam internam concordiā & omnis creaturæ habebit inimicitiam. Sed pœnitentia secundum Augustinum, hæc omnia restituit Primo innocentiam ibi Cito proferte stolam primam, Secundo diuinam amicitiam ibi dare ei anulum. Tertio sapientiam ibi calciamenta in pedibus. Quarto corporis Christi gratiam, ibi vitulum saginatum. Ideo subdit. Manducemus & epulemur, id est, lætemur, q̄a hic filius meus mortuus fuit & reuixit Mortuus scilicet per peccatum mortale. Iacob. 1. Peccatum quum cōsummatum fuerit, generat mortem. Nam sicut mortuus est ponderosus de peccatum mortale. Nam cœlum non potuit continere peccantem angelum, nec paradisus peccantes homines, nec terra. vt patet Nume. 16. in Dathan & Abiron, Ideo, Augustinus. Vera mors quam homines non timent est separatio animæ a deo qui est vera vita beatarum animarum. Deutero. 30. Ipse est vita tua & longitudo dierum. O quot mortui fuerunt ante hoc sacrū tempus, sed nunc multi reuixerunt per pœnitentiam. Ideo gaudēdum, Luc. 15. ca. Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente, Non solum angelis vt dicitur Isa. 55. in lætitia egrediemini, scilicet de peccatis. Montes & colles & omnia ligna regionis plaudent manu. Montes, id est, diuinarum personarum multitudo, colles. id est angeli & omnia lingua, id est, omnes sancti plaudent.

¶ Dominica Oculi. Sermo I.

Erat IESVS eiiciens dæmonium, & illud erat mutū Lucæ. sexto. ¶ Vtinam diabolus eiiciatur per contrionem vt mutus loquatur per confessionem. Eiectio autem diaboli quadruplex est videlicet de cœlo, de impio, de obsesso de mundo; prima diabolo superbiente, secunda impio pœnitente, tertia Christo præcipiente quarta mundo credente facta est. De primo, Ezech. 28. Peccasti & eieci te de monte dei, & perdidi te o Cherub. Timēdum est hoc superbis. Si enim in monte cœli stare vis, quod non potuit

angelus superbus quomodo ascendere potest homo super-
bus & si propter vnam superbiam cecidit angelus, q̃d fiet
hominibus qui omnibus vitiis pleni sunt. Odebilis est er-
go superbia, non solum angeli sed hominis miseri. Ecclesi.
25. Tres species odiuit anima mea. Superbum pauperẽ, di
uitem mendacem senem factuum & insensatõ. Pauper su
perbus est homo quia mũdum ingreditur pauper. Ideo di
citur. Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, &c.
Diues mendax est diabolus diuos promissione. Matthæi. 4.
Hæc omnia tibi dabo mendax autem solutione est. Augu.
Veniet dies iudicii & inuenies verum quod minat⁹ est do
minus & falsum quod pollicitus est diabolus. Senex fatu⁹
est mund⁹ qui & fatuos sequitur & fatuos facit. Superbia
luciferum de cœlo, Adam de paradiso, Nabugodonosor de
regno proiecit. ℂ De secundo Marc. 16. Apparuit primo
Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat septem dæmonia. Vn-
de dæmonibus spiritualiter obsessus est qui septem capita
lium viciorũ principibus subiectus est, videlicet superbiæ
inuidiæ, iræ, accediæ, auaritiæ, gulæ, & luxuriæ. De quo in
hoc euangelio dicitur. Tunc assumit septem alios spiritus
nequiores se. Eiiciuntur autem per illos septem spirituus de
quibus Apo. 5. dicitur Vidi agnum stantem tanquam occi-
sum habentem septem cornua & oculos septẽ qui sũt spi-
ritus dei missi in omnem terram. His septem cornibus igi i
eiiciuntur in contritione septẽ spiritus maligni. Vnde Ber
nard. Cordis compunctio quia eiiciuntur dæmonia est cũ
affectu cordis eradicantur peccata. Illud autem quod dici-
tur de septem spiritibus nequioribus qui ingressi habitauit
ibi non est intelligendum substantialiter, s. quod illabatur
menti quod solius trinitatis est, sed suggestione & permis
sione diuina, vt patet de Iuda Ioan. 13. Post bucellam intra
uit in eum sathanas, Mirum est quod hoc non timent homi
nes quod post bucellam quã de rapina vel de vsura, vel de
iniusto acquirunt intrat in eos diabolus. De tertio, Matth.
8. Sic eiicis nos tunc mitte nos in porcos vel in gregem por
corum Porci sunt luxuriosi. Chrysosto. Porci sunt qui etiã
suam libidini & voluntatibus seculi mancipauerunt in his
diabolus dominium accipit. Thob. 6. Qui coniugia ita susci
piunt vt deum a se & a sua mente excludant, & suę libidi
ni ita vacent sicut equus & mulus in quibus non est intel-

lectus habet super eos dæmonium potestatem. Horribile est quod tot milia dæmonum.s.legio Vnum obsederūt hominem, sed certe horribilius est habere tot peccata mortalia imo vnum mortale, Sed quod quandoque vnus sicut dicitur. Erat Iesus eiiciens dæmonium quandoque legio Vexat hominem. Vnus quando in vno peccato mortali laborat homo. Septem quando in septem capitalibus vitiis. Legio quando eadem vitia multimode multiplicantur. ¶ De quarto Ioannis duodecimo. Princeps mundi huius eiicitur foras. Hoc factum est per passionem Christi, & per mūdi conuersionem. Hic est princeps de quo. Numeri. 25. capit. quod Phinees Israelitem fornicantē cum filia nobilis principis madian simul cum ipsa interfecit, Princeps diabolus septem filias habet, id est, septem vitia capitalia quas tradit hominibus. Aliquis habet vnam aliquis plures, aliquis omnes. Quanto autē plures habet filias diaboli, tanto plus habebis de hæreditate sua, id est, ne igne æterno quem dabit filiabus suis in hæreditatem. Istæ filiæ habent filias suas, id est, Vitia de ipsis nascentia, væ tibi si matrem cum filia habueris, Nobilis filia principis est iniquitas operis, Nobilior autem nequitia consuetudinis. Nobilissima vero obduratio impœnitentis, qui hanc habuerit gladio phinees id est, sentētia Christi damnabitur. Deute. 32. Si acuero vt fulgur gladium meum, &c. Augustin⁹: Peccantes si noluerunt corrigi nihil aliud elegerunt nisi cum hoc mundo dānari.

¶ De eodem, Sermo. II.

T Vnc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se. Lucæ. 12. Ecce quod hic dicitur heu sæpe videtur, Nam qui post conuersionem peruertuntur, sæpe pluribus vitiis q̄ ante subiiciuntur. Sptem autē spiritus, septem vitia capitalia possumus accidere. Primus ergo est superbiæ spiritus. Prouerb. 16, Contritionem præcedit superbia & ante ruinam exaltabitur spiritus. Non solum spirit⁹ superbi hominis, imo superbus diabolus sicut exaltabatur in cælo ante ruinam propriam, ita exaltatur quotidie ante ruinam nostram. Secundus est spiritus inuidiæ. 1. Regum. 18. Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David a die illa, & deinceps post diem autem alteram inuasit spiri-

tus Dei malus Saul. & prophetabat in medio domus suæ. Adhuc hodie hos homines spiritus inuidiæ vexat qui non recte alios inspiciunt. Tertius spiritus est iræ. Prouerbioru. 28. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit. Incendiarii diaboli sunt iracundi. & ideo nulla domus eos ferre potest timore incendii. Ecclesiast. 28. Secundum enim ligna syluæ sic ignis exardescit. Et secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit & secundum substantiam suam exaltabit iram suam. Quartus est spiritus auaritiæ. 3. Regum. 22. Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Spiritus iste qui persuasit regi Achab, tolle Ramoth Galaad, est spiritus auaritiæ qui semper persuadet homini tollere temporalia. Persuadet autem per os prophetarum, id est, malorum consiliariorum. Qui bene mendax dicitur quia temporalia sæpe multis mendaciis aggregantur. Psal. Mendaces filii hominum in stateris. Quintus est spiritus acediæ. Prouerbiorum. 15. Spiritus tristis exiccat ossa, & cæ. & lucæ. 13. Ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo. Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere quã cum videret IESVS vocauit ad se & ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua, Acedia enim infirmum reddit hominem decem mandatorum & octo beatitudinum, nec sursum sinit respicere hominem ad deum. Sextus spiritus est gulæ. Esaiæ. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni tempore suo sicut erat ebrius & vomens. Caue ergo tibi de vertigine ebrietatis. Septimus spiritus est luxuriæ Oseæ. 5. Spiritus fornicationis in medio eorum, & dominũ non cognouerunt. Caue sagittas cuiuslibet spiritum horum nequiorum. Ephe. 6. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & cæ. Nequiores sunt spiritus in peccatoribus ante conuersionem. Nequiores autem sunt in recidiuantibus post conuersionẽ. Vnde Isidorus: Diabolus grauius illos concupiscentiis sæculi ferit quos per [illegible] ad mundi amorẽ reduxit. Nequissimi vero sunt in persecutoribus vsq; ad diminutionẽ. Isti septẽ spiritus nequã eiiciũtur [illegible] videlicet verbo prædicationis. Math. 8. Verbo eiiciebat spiritus. Primum ei bonũ verbi dei est, q̃d per timorẽ humiliat cor super

biam raprimens. Tertio Regum. 21. Cum audisset Achab sermones istos. & cęte. vsque nonne vidisti Achab humiliatum coram me? quid igitur humiliatus est coram me non, inducam malum in diebus eius. Item septam spiritus nequā eiiciuntur per beneficium dominicæ passionis. Vnde. 1. Regum. 16. dicitur quod per citharem Dauid spiritus mal⁹ recedebat a Saul Cithara vero est Christ⁹ in cruce sicut enim in cithara cordæ, sic membra Christi super lignum crucis tēdebatur. Per memoriam passionis Christi charitas accenditur inuidia, confunditur. Albertus magnus dic. Simplex recordatio seu meditatio passionis CHRISTI plus valet quam si integrum annum ieiunaret quis in pane, & aqua, vel si quotidie legeret vnum psalterium vel si quotidie virgis & flagellis cæderetur vsque ad effusionem sanguinis Hæc ille. Item eiiciuntur exemplo bonæ conuersationis. Vnde. Actuum. 19. dicitur quod per sudaria & semincincta Pauli fugabantur spiritus nequam. Sudarium quo laborātium sudor extergitur, exēplum patientiæ in laboribus signat. Semicinctum autem quod est vestis ex vno latere dependens significat exemplum patiētiæ vel mansuetudinis, in tribulationibus. Patientia enim indigemus in sinistro latere aduersitatis, non in dextro latere prosperitatis Item & digito occulte in spirationis. Vnde in hoc euangelio, Si in digito Dei eiicio demonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Auarus, nec prædicatione, nec Christi passione nec exemplo moueri sole ad restitutionem. Nec Dei digitus specialiter tāgit eum. Sunt enim auari malefici Pharaonis, id est, diaboli qui non reprimuntur nisi in digito dei Exod. 8. Item studio continuæ orationis & ieiuniis, que specialiter maxime valent contra gulam. De his duobus dic. Matthæi. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Item fumo amaræ contritionis. Thob. 6. Cordis eius, id est, piscis particulam si super carbones ponas, scilicet infernales per recordationem pœnarum inferni fumus eius, id est, contritio extricat omne genus dæmoniorum. Contritio enim valet contra omnia vitia. Specialiter tamen fumus iste fugat dæmonium, quod super luxuriosos habui potestatem.

¶ De eodem. Sermo. iii.

BEatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Lucæ. 11. Sicut Maria in ventre, ne nos in mente Christum portemus. Quatuor autem sunt, quæ portenda nobis sunt. Portare enim debemus Christum in corde per dilectionem crucem Christi in corpore per castigationem, nomen Christi in ore per prędicationem, coronam Christi in capite per glorificationem. De primo hic. Beatus venter qui te portauit. Sicut per matrem cuius est diligere, portatur Christus in castissimo ventre, ita non nisi per amantem portatur in mundo corde. Certe melius est portare panem in ventre, quam lapidem, vel serpentem Peccatum autem lapide est grauius, serpenti horribilius. Iob. 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum. O quantū abhorret homo serpentem in ventre, sed certe periculosius est vnum peccatū in corde quam tres serpentes in corpore, Dilectio nō solum debet esse in corde, sed etiam in opere. Ideo non solum mater in vtero, sed etiam Simeon in brachiis Christum portauit. Libenter charissimi Deum in vtero cordis portemus qui in vtero misericordiæ suæ nos portabit, quousque in lucem vitæ æternæ nos portet. Isai. 46. Qui portamini a meo vtero id est, misericordia, dicit glosa interlinearis.

¶ De secundo ad Gala. 5. Ego stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Crux Iesu non solum per vulnera, & stigmata passionum portatur, sed etiam per pœnitentiam, & carnis mortificationem, & sensuum refrenationem. 1. ad Corin. 6. in fine. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Portari autem tempestiue, & negligamur temporis breuitate. Thren. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, itē voluntarie ne cogamur ex necessitate sicut Simon Cyrenensis. Lucæ. 23. Imposuerunt illi portare crucem post Iesum. Et strenue ne vincamur tentatoris importunitate. Tādiu enim miles clypeum strenue portat quandiu inter hostes est. 1. Paralipom. 12. Filii Iuda portantes clypeum & hastam sex milia octingenti expediti ad prælium. Clypeus pœnitentiam significat protegit enim nos ab hoste ne vulneremur. Hasta autem est zelus iustitiæ. Sed heu multi faciunt de pœnitentia sicut de quodam dicitur clypeum vsque ad hostes portauit, & tunc in lutum proiecit. Gregorius. Incassum bonum opus agi-

tur si ante mortem deseratur. Et libenter portemus crucē pœnitentiæ pro Christo qui libenter portauit crucem pro nobis. Ioannis. 19. Baiulans sic crucem exiuit in eum, & cętera. ☞ De tertio dicitur de Paulo Actuum. 9. Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Nomen IESV in ore portare debemus, non solum in prædicatione sicut Paulus, sed etiam in oratione, & laudatione, & collaudatione. Bernardus: IESVS mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Charissimi semper aliquid portemus in ore sicut columba de qua Genesis. 8. portauit ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo, Oliua Christum significat, vel virum iustum. Psalm. 51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei, &c. Ramus autem est bonum opus vel exemplum. Folia virentia sunt verba ædificatoria, veracia, pudica, pacifica, & vtilia. Hæc verba columba, id est, anima innocens in ore debet habere si ad Noe, id est, Christum vult venire. Sed heu quidam non columbæ dei, sed ciconiæ diaboli sunt qui sæpius ranam quam ramum in ore habent vt detractores, & mendaces, turpiloqui, proditores, & huiusmodi. De quibus Apocalip. 16. Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos, in modum ranarum. Libenter in ore portare debemus eum qui nos Verbo oris sui portat, ad Hebræos. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ, Porta IESVM in ore tuo ne te euomat de ore suo. Apocalip. 3. Incipiam te euomere de ore meo. De quarto Ecclesiasti. 11. Insuspicabilis portauit diadema. Sicut Saulus persecutor, & Maria Magdalena, & multi quidam peiores, Matth. 21. Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei, Ex multis laboribus, & doloribus animæ & corporis peruenietur ad portandum hanc coronā. Ideo bene dicitur Ecclesiast. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus. ☞ Nota quæ ibi dicuntur. Ibi enim per præsidem sedentem super sedem gloriosam, & perutentem hyacintho, id est stola cœlesti, & portantem coronam significari potest, spiritus cuius libet iusti in cœlo beatificati, per humiliatum autem in terram, & cinerem & per opertum liuo crudo significari potest, corpus quod panno lineo inuolutum est in sepulchro, In his enim occupatio & graue iugum erat, dum adhuc in mun-

do viuebant. Et vt hanc coronam portemus in cœlo, Christus pro nobis portauit coronā spineam in mundo. Ioan. 19. Exiuit ergo Iesus de prætorio portans coronam spineam. Bernardus, Deus pro te coronatus est spinis, vt te coronaret in cœlis.

¶ De eodem. Sermo. IIII.

ERAT Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Lucæ. 11. ¶ In tribus primis dominicis huius quadragesimæ, ecclesia ostendit malitiam diaboli cōtra homines. In prima ostendit quod aliquos tentat, & nō vincit, vt sunt boni firmati in bono & isti significantur per tentationem Christi in euange. primę dominicæ. Secundo ostendit quod aliquos tentat, & vincit, & possidet. Et isti figurantur in filia mulieris Chananeę in euangelio secundæ dominicę. In tertia dominica vt hodie ostendit, si non fuerit expulsus: tunc hominem quem possidet, facit mutum. vt patet in euangelio.

¶ Attamē sciēdum tres sunt muti. Primi naturaliter vt qui nunquā locuti sunt. & tales vtuntur nutibus, & signis oculorū. & digitorū, & similibus. Et sic nos naturaliter sumus filii iræ vt dicit apost. ad Ephe. 2. Idcirco per signa oculorū & manuū debemus nostrū indicare defectū, de quo introitus. Oculi mei semper ad dominum. Psalm. 24. Hunc Psalmum fecit Dauid cum fugit a facie Saulis, & venit in speluncam odollam. 1. Regum. 22. cap. Et omnes amici. & fratres & qui erant cum eo amaro animo afflicti a Saul venerunt ad eum, Idcirco fecit in contentione hunc Psalmum: Ad te domine leuaui animam meam. At in collecta. Quæsumus omnipotens deus. & c. Et sic nos persecuti a diabolo cum digne laudare dominum non possumus, faciamus tamen signa oculorum. Secundi sunt muti, quia nondum instructi. Et sic docemur in epistola Ephes. 5. Imitatores mei estote sicut filii charissimi. & c. Omnis auaritia fornicatio. & immunditia non nominetur in vobis sicut decet sanctos. Tertii sunt muti ob defectum alicuius infirmitatis. & hi indigent medico, & sic peccatores in mortali peccato constituti, quos diabolus fecit mutos indigent medico spirituali. Et sicut tenebræ expelli non possunt nisi per lucem, sic nec diabolus nisi per Christum. De quo thema, Erat Iesus eiiciens dæmonium, & cætera.

¶ Aliud thema. Si in digito Dei eiicio dęmonia profecto venit ad vos regnū dei Luc. 11. Matth. 12. & Marc. 3. Cattus non pungit captum murem iuxta se existentem, imo cum ipso ludēs modicum trangit eum, sed fugientem in sequitur vulnerans eū vngulis, & dentibus. Spiritualiter diabol⁹ non affligit captum peccatorem quem apud se habet vngulis tentationum suarum, sed ludit cum eo tantum mouens ipsum ad peccata, vt inde solatium habeat sed volens in viam pœnitentiæ fugere ad Christum cum omni tentationum genere illum insequitur, Ideo dicitur, Ecclesiast. 2. Filli accedens ad seruitutem dei, sta in iuditia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, Figuratur. Gen. 31 Iacob cum esset apud Laban nō est persecutus ad eo, sed fugientem ab eo insecutus est Laban cum seruis suis munitus armis, vt vi reduceret expoliatum ad seruitutem eius, De⁹ tamen illum prohibuit. Spiritualiter per Laban qui multipliciter delusit Iacob subaudi diabolum qui licet derideat peccatorem, nihilominus tamen parcit ipsi in statu peccati, sed fugientam per pœnitentiam persequitur toto posse. Vnde Gregori. 42. Moralium. Hostis noster quanto magis sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Illos enim tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Quare dominus noster Iesus Cstristus volens nos reddere tutos, hortatur ne locum demus hosti diabolo qui graditur per loca inaquosa quærens requiem, & non inuenit, quia homo pœnitens vt fortis armatus custodit atrium suum, & sic in pace secum sunt quæ possidet. Si autem diabolus superueniens vicerit hominem, tunc aufert eius bona, & sic nouissima hominis erūt Peiora prioribus. Pugnem⁹ igitur strenne contra diabolum, & victoriam habem⁹ virtute illius qui in digito dei eiicit dæmonia, & cæt.

☞ In summa euangelii duo innuuntur. Primo Saluatoris potentia virtuosa, ibi erat Iesus. &c. Secundo subditur iudęorum malitia infectuosa, ibi in beelzebub. De primo dicit: In illo tempore. s. cū Iesus dixit se velle dare bonū spiritum petentibus se, & ad hoc designandum eiicit spiritus malos, de quo hic euangelista, Erat Iesus eiciens dæmonia. s. potestatiue. Nam potestatiue nemo potest expellere dæmonem nisi solus deus, Alii autem sancti non possunt hoc, sed sola dei inuocatione imo nec boni angeli. Vnde Michael

Vollens repellere diabolum nõ dixit recede, sed imperet tibi dominus, vt patet in epistola Iudę, capit. 1. Ergo fatuum est quod aliquando ebrii & lusores maledicunt diabolum quasi talibus verbis eum repellere volentes non sic, sed per gratiam dei eiicitur. Mat. 17, Hoc genus dæmoniorum nõ eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Nam dicit Sanctus Thomas in. 2. 2. q. 89. arti. 1. In diabolo consideranda sunt duo natura & culpa. Natura est bona, & a deo, nec maledicere licet sed culpa est maledicenda vt facit eccle sia, dicẽs. Maledicte diabolo. Sec cum peccator maledicit diabolo propter culpam, simulatione iudicat se maledictione dignum. Ecclesiast. 21. Cum impius maledicit diabolum, maledicit ipse animam suam. Ideo CHRISTVS verus DEVS fecit hoc potestatiue, quasi propria virtute, vt patet Marc. 1 In potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Iob. 41. Non est potestas super terram quæ comparetur ei qui factus est vt nullum timeret. ☞ Nota dæmones posfunt duobus modis in hominibus habitare, potentialiter, & pręsentialiter. Primo potẽtialiter sicut rex in regno, & sic habitat ĩ peccatorib⁹ Et sic Marc. 16. dicitur. Maria Magdalena septẽ dęmonia habuit. i. septẽ vitia, Accidit enim dęmonibus sicut volucribus miluis, & canibus qui illic currunt, & morãtur vbi sentiunt cadauer fœtidum, & tanto citius sentiunt quãto fœtidius existit. Sic homo per peccatum efficitur fœtidus, & in tali fœtore delectatur diabolus & accipit mansionem, & potestatem in ipsum.

¶ Primi in quibus habitat diabolus sunt superbi. Iob. 14 Ipse est rex super omnes filios superbię. s. lucifer, vel beelzebub, idẽ vir muscarum, quia homo superbus habet muscas milias. i. solitudines. Tullius. Quo celsior eris solicitudo maior. Apo. 6. Habebant super se regẽ angelum abyssi, istẽ rex multos nobiles & potentes habet. Augu. Plures potentes, & superbos tenet nomine nobilitatis, plures authoritatis nomine hos non timet. Exemplũ dicit Cęsarius de adolescente monacho, qui cũ castus esset, adductus fuit ad quẽdam obsessum pro expellendo dæmonio. Cui respondit dęmon, Non timeo te, licet sis castus, es tamẽ superbus. Isac. 4. Deus superbis resistit. ¶ Secundi sunt auari. Matth. 4. dabo tibi omnia regna ista si cadens adoraueris me. Gos. Audi raptor audi vsurarie & simoniace, quomodo ingr diabol⁹

si adoraueris me. Si res per diabolum cōgregasti diabolū adorasti. Ephe. 5. Auaritia est idolorum seruitus. Glosa. Auari deus est nummus. Sed diabolus illorum est mammon. Matth. 6. Non potestis deo seruire, & mammonæ. 1. Tim. 6 Qui cupiunt diuites fieri, incidunt in tentationē. & laqueū diaboli. ☞ Tertii sunt luxuriosi. Vnde Thob. 6. Qui ita coniugia suscipiunt vt deum a sua mente excludent, & suę libidini ita vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem super illos dæmonum. Ecce si diabolus habuit potestatem in matrimonio quid extra matrimonium? Ipsi sunt porci diabolorum. Marc. 8. Exierunt in porcos. Chrys. Porci sunt qui vitam suam cœnosæ libidini mancipant. Et iste diabolus vocatur asmodęus. O quot sunt sibi odientes. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. ☞ Quarti sunt irandi, de quibus dicitur. Iob. 5. Virum stultum interficiet iracundia, Et Apoca. 2. Væ terrę & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam. Illorum dæmon est sathanas. i. aduersari9. Psalm. In ira populos confriges.

¶ Quinti sunt inuidi, quorum dæmon dicitur leuiathā. i. serpēs tortuosus. Nā inuidia diaboli mors intrauit in orbē. Sapiētię. 1. Aug. Inuidia est vitiū diabolicū, nā ab eo habuit initiū, hoc dęmonium quod fecit hominē, mutum, surdum, & cæcum. ☞ Sexti sunt gulosi. Ecclesiast. 37. Propter crapulam multi obierunt. Dæmon illorum est behemoth, Iob. 40. Et interpretatur bestialis, quia gula facit hominem bestialem. Hierem. 4. Effusi estis sicut vituli super herbā. Lucæ. 21. Attendite vobis ne forte grauantur corda vestra crapula. & ebrietate. Ratio. Gregorii. Dum venter non restringitur, cunctæ virtutes obruuntur. ☞ Septimi sunt accediosi. Gregor. Diabolus assidue impugnat, vt saltem tędio vincat, istud est dęmonium meridianum faciens hominem somnolentum Ecclesiast. 30. multos occidit tristitia. Nam Samson dormiens amisit fortitudinē. Et sic accediosus Psal. Omnem escam animam coram abominata est, scilicet charitatis. ¶ Item secundo possident prę sentaliter, & commansiue per habitationem, interiorem in corpore hominis, non per informationē, quia non potest esse forma corporis secundum quod ei datur potestas a deo quod vexat hominem in membris. Et hæc habitatio fit quinque de cau

sis. Primo propter diuinę potentię ostentionem, vt Marc. 9. de obsessio ab infantia quem nullus poterat liberare nisi CHRISTVS. Secundo propter culpæ punitionem. Luc. 4. Erat homo in Synagoga spiritum habens immundum, scilicet propter peccatum incontinentiæ. Thob. 6. Dæmonium potestatem habet super illos. Tertio propter meriti accumulationem, vt patet de Sara. Tho. 3. & de Paulo. 2. Corinth. 12. Data est mihi stimulus carnis meæ angelus sathanæ qui me colaphizet. Quarto propter aliorum eruditionem, sicut de illo in quo erat legio Lucæ. 8. cui dixit Saluator: Reddi in domum tuam, & narra quanta fecit tibi deus. Quinto propter parentum punitionem, quia filii secundum corpus sunt res parentum, ideo parentes puniuntur in filiis, vt patet de Dauid. 2. Regum. 12. Cui dixit Nathan. Quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter verbum hoc filius qui natus est tibi morte morietur. ¶ Postquam dictum est de diaboli astutia, nunc dicetur de CHRISTI potentia, subdit. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Ecce astutus est diabolus, & iniquus, vide infra. Hieronym. in homilia. Tria signa hic sunt facta. Cæcus videt, mutus loquitur, possessus a dæmonio liberatur. ☞ Nota duo genera hominum facit diabolus obmutescere: Primo iudices & sactinos qui efficiuntur muti, si aliquod munus proiicitur. Isa. 1. Omnes diligunt munera. Exod. 23. Non accipies munera quæ excæcant prudentes, Ecclesia. 20. Xenia & dona excæcant oculos iudicum & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum. Secundo peccatores ne confiteantur sicut lupus rapiens ouem stringit guttur eius, ne clamet. Sed diceres, quare diabolus persequitur confessionem? Respondeo primo qua confessio est præcipuum sanitatis remedium. Nam omnis peccator vulneratur peccatis in anima vt patet Lucæ. 10. Descendens a Hierusalem in Hiericho. Symon de cassia, id est, aduersus a pace in litem hic vulneratur, sed augustinus: Omnium peccatorum vulnera sanantur per confessionis medicinam, Psalm. 31. Dixi confitebor aduersum, & cætera. Ergo diabolus claudit os peccatoribus ne sanentur Augustinus in homilia. 12. Confitere tantummodo vulnus tuum, & sanabit te deus. cætera. Gregorius: Si opus medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas.

gas. Secundo confessio est violenta exclusio dæmonum. Ratio quia sicut peccatis introducitur diabolus in animam ita confessione expellitur. Bernar. super cantica sermone. 3. Per humilem confessionem remittitur peccatum, & diabolus suum amittit principatum. Nam vbi peccatum dimittitur ibi diabolus expellitur, & deus introducitur. Nam contraria in eodem simul stare nõ possunt, vt vitiũ, & virtus, diabolus & deus. 2. ad Cor. 6. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis a tenebras, quæ autem conuentio Christi ad Belial? q. d. nulla. Tertio illuminat cordis habitaculum. Ratio quia peccatum excæcat cor. Sap. 2. Excęcauit eos malitia eorum. Aug. super. 1. Canonica Ioannis. Cumque confessus fueris te peccatorem appropinquas ad lucẽ, quia confessio adiungit te Christo. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę, nũc autem in domino, Vbi lux, vbi pulchritudo. Bernard. in epistola ad zophiam, Ama confessionem & habebis decorem quia vbi confessio, vbi decor & pulchritudo. Psal. 3. Confessionem & decorem induisti amictus lumine sicut vestimento. Vide in exemplo de socio qui ambulauit cum diabolo.
☞ Quarto confessio facit celari diabolo peccatum. August. Non habebit quod timeat in futuro iudicio qui nunc confessionem fecerit de peccato Isa. 43. Narra si quid habes vt iustificeris. Leo papa peccatum confessum diabolo celabitur vt ab eo non confondatur. Chrys. & habetur de pœ. di. 1. Non potest quis gratiam dei cœlestis accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per pœnitentiæ confessionem. s. loquendo de mortali. Glosa ibidem. Quia in peccato sunt tria. s. delectatio, impudentia, & perpetratio. Contra delactationem contritio, contra impudentiam confessio. cõtre perpetrationem satisfactio. Sed diceres, tamen deus omnia videt: quid opus est confiteri. Respondet Aug. lib. 9. Homil. 12. Vult deus vt reuelet homo ne diabolus habet quod obiiciat. Item vt verecundiam habeat. Item vt se humiliet & obediat. August. Homo accusat, vt deus excuset. Item vt vereatur. Richardus de sancto Victore. Quãto verecundia maior fuerit, tanto clarior confessio in oculis Dei apparebit. Item vt se humiliet. Gregor. Superbiendo a deo recessimus, humiliande accedamus. August. Acriores dolores diabolo non facimus quam cum peccata nostra con-

firendo sanamus. ℭQueritur cur Deus hominem fecerit qui possit peccare, vel quam scit esse damnandum. Ad hoc assignantur plures rationes, Prima Vt ostēdatur dei omnipotentia inconuertibilis: omnis, autem creatura mutabilis est. Secunda ratio Vt declaretur Dei sapientia quæ ex malo scit elicere bonum quod non posset fieri nisi deus fecisset creaturam vertibilem in malum. Tertia vt manifestetur dei clementia: quia per mortem deus hominem perditum liberauit. Quarta vt ostendatur dei iustitia, quia non solum reddit bonis pręmia, sed etiā mallis supplitia. Quinta vt homo non sit peioris conditionis quam aliæ creaturę quibus Deus sic administrat omnia vt eas agere proprius moribus sinat. Vnde & hominem proprio arbitrio suo reliquis. Sexta est laus humana, laus enim est viri iusti qui potuit transgredi, & non est transgressus, Septima est decor vniuersi quia sicut opposita iuxta se posita magis elucescūt ita mali communicationibus ad inuicen comparati. Octaua vt boni per malos exercitentur, & prebentur. Et ex illis patet quod homo debet viuere secundum proprium rationem quæ semper depræcatur ad optima, Ad bonum gratię non potest quis peruenire per se, cum non sit secundum limites naturæ, sed secundum influentiam largitatis diuinæ. Sicut enim creatura pro sua defectibilitate, suo principio semper indiget, vt sit in esse naturalę sic illud principiū pro sua bonitate influere non cessat creaturæ rationali vitam spiritualem, vt bene sit in esse gratię, quam habere non potest sine Deo largitore. Verumtamen inexcusabilis est homo si gratiam gratum facientem non accipit, quia gratia gratis data semper præsto est liberum arbitrium excitare & commouere, cuius est huic motioni consentire, quo facto poterit homo gratiam gratum facientem habere, hoc est, ad gratiam gratum facientem se pręparare: Quamuis enim gratia habeatur dei dono efficiente: tamen non sine libero arbitrio consentiente. Vnde Augustinus: Qui creauit te sine te, non te iustificabit sine te. Igitur gratia gratum faciens a tribus est, sed aliter & aliter. Est enim a deo efficiente; a gratia gratis dat liberum arbitrium excitante & commouente, a libero arbitrio consentiente. Quamuis enim liberum arbitrium, non possit gratiam efficere in homine, potest tamen se ad hoc habilitare, & pręparare

quod habeat. Sicut aliquis non potest illuminare domum potest tamen aperire fenestram. Quo facto sol intrat & illuminat. Ergo oportet quod semper requiratur liberum arbitrium, quia anima habet instrumenta, & facultatem cognoscendi & diligendi, deum ex natura, sed non habet cognitionem veritatis & ordinationẽ dilectionis nisi ex gratia, igitur, & cæ. In summa euangelii tria innuuntur. Primo potentia Christi inuicibilis, ibi. Erat Iesus eiiciens dæmonium. Secundo sapientia eius inæstimabilis, ibi. Ipse vt vidit cogitationes eorum. Tertio ipsius laus venerabilis, ibi. Extolens vocem quædam mulier. De primo dicit: Erat Iesus eiiciens dæmonium, quod prius eiecit de cœlo empyreo Ezech. 27. Eieci te de monte sancto meo o cherub, scilicet propter superbiam. Luc. 10. Vidi satanam vt fulgur cadentem de cœlo ad designandum quod omnes superbi de cœlo sunt eiiciendi. Psalm. 72. Eiecisti eos dum alleuarentur. Eiectus est ad terram nobis ad vexationẽ. Ideo auditus est clamor in cœlo, Apocalyp. 12. Væ terræ & mari, quia diabolus descendit ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet. Idcirco Ecclesiast. 2. Fili ad tentationem prępara animam tuam. Hieronym. Qui non potest vincere nisi volentem. 1. Corinth. 10. Fidelis autem deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Idcirco Matt. 6. Ne nos inducas in tentationem. Subdit. Et illud erat mutum dicitur autem dæmonum mutum, vt dicit Tytus eo quod hanc ingerat passionem vt tollat auditum & verbum. Sicut aliqua herba dicitur pestifera, eo quod corpus sua virtute reddat infirmum. ¶ Nota quod demon dicitur esse mutus tribus modis quibus eisdem facit peccatores obmutescere. Primo enim mutus est dęmon a laude dei & gratiarum actione. Et nota cum laudarẽt eum simul astra matutina & iubilarent omnes filii dei vt dicitur Iob. 38 iste tamen per inuidiam obmutuit a dei laude. Isa. 38. Quia non infernus confitebitur tibi neque mors laudabit te. Et sic modo plures homines facit mutos, qui de beneficiis receptis non referunt deo gratiam & laudem, sed sunt sicut porcus qui non refert gratias pascenti, sed etiam commodẽdo semper murmurat. ¶ Secundo diabolus mutus est ad verum loquendum, quia ab initio in veritate non stetit. & mendax est & pater mendacii, vt dicitur Ioan. 8. Sic etiam

multos facit modo mutos qui veritatem quam nouerũt tacent, sed semper falsa & mendacia loquuntur. Actu. 5, Anania cur tentauit sathanas cor tuum mentiri spirituissancto.

¶ Tertio diabolus est mutus ad veniam petendam de sua trãsgressione. Induratum est cor eius ita vt ad pœnitẽtiam molliri non possit Iob, 40. Induratum est cor eius vt lapis. Et sic diabolus mutus est ad pœnitentiam. Ita etiam linguas multorum ligat isto ligamine malitiæ ne cõfiteãtur & pœniteant de peccatis. ¶ Nota dicit magister in secundo sententiarum, di, 7. capitu. 1. quod angeli boni per gratiam confirmati sunt quod peccare nequeãt & nõ habẽt anam. Sed mali angeli in malo obstinati sunt quod bene velle non valent, licet aliquando volũt quod de⁹ velit non tamen bona voluntate. ¶ Nota quod iste dæmoniacus non solum erat mutus, sed vt dicitur Matt. 12. etiã erat cæcus. Theophilus autem dicit quod omnis mutus a natiuitate est etiam surdus. Et diabolus faciebat eum esse mutum ita etiam cæcum & surdum fecerat. Vnde Chrysosto. Magna inquit & miranda est nequitia dæmonis, alterutrũ ingressum oppilauerat per quem ille crediturus erat scilicet auditum & visum tertium, scilicet linguã ne confiteretur. Istos etiam spirituales sensus tollit diabolus peccatoribus. Excæcat enim eos iuterius, quia concludit oculos mentis ad spiritualia contemplanda. Excæcauit enim peccatores malitia eorum vt dicitur Sapien. 2. Certe magna est cæcitas auari qui non percipit pecuniæ fraudẽ. Cæcatur inuidiosus: quia reputat alterius bonum sibi esse præiudicium. Cæcatur vane gloriosus quia quærit gloriã vbi non est quærenda. Excæcatur luxuriosus qui non considerat quam fœda si carnis voluptas, & mulier quam amat. Amor iste carualis excæcauit Samsonem, deiecit Dauid infatuit Salomonem. Vnde bene dicit quidam. Nil bene cernit amor videt omnia lumine cæco. Credit amor cæcus dedecus esse decus, Item diabolus facit peccatores surdos vt non audiant CHRISTVM pulsantem ad cor vniuscuiusque nolentis sibi aperire vt inde dæmonẽ eiiciat. Non audiunt prædicatorem corripientem tanquam incorrigibiles. Non audiunt scripturam pœnas inferni comminantem tanquam insensibiles. Non audiunt eum cœleste regnũ promittẽtẽ cum dicit, Pœnitentiam agite appropinquabit

bit enim regnum cœlorum tanquam omnia bona contem nentes Psalm.105. Tanquam pro nihilo habuerant terram desiderabilem. De omnibus istis potest dici illud Psalm.113 Aures habent & non audient, Quia facti sunt ad similitudinem aspidis surdæ obturantis aures ad vocem incantentis, Psal.57. ℂ Deinde adducitur miraculi euidentia. Et cũ eiecisset dæmonium locutus est mutus. Quia enim dæmõ faciebat mutum ita Christus tanquam sapiens medicus curauit morbum expellendo causam infirmitatis. Ipse aperit os mutorũ & lingas infantiũ facit disertas. ℂ Nota quod quinque miracula facta sunt in homine isto. Primnm: quia curat⁹ fuit a dæmonis vexatiõe. Secundum quia illuminatus est a cæcitate. Tertium qnia recepit auditum secundũ Tytum. Quartum quia recepit facultatem loquendi. Sed quia aliquis posset habere facultatem loquẽdi quia adhuc non loqueretur si loqui non didisset. Ideo quintum miraculum fuit quod cum iste loqui non didicerit nec vnquam adiuuerat alios loqui statim locutus fuit. Tantum miraculum est ac si puer natus statim loqueretur. ℂ Deinde ponitur dispositio abstantium, Quidam enim admirati erãt quasi credentes. Quidam vero dubii miraculum refutãtes. Sed quidam maliuoli opus calumniantes. Vnde dicit: Et admiratæ sunt turbæ. Et autem admiratio super causa inconsueti effectus occulta ratiocinatio. Et ideo turbæ hoc miraculum in aliquod maius homine referebant: Vnde Matth.12. dicitur. Stupebant omnes turbæ & dicebant. Nunquid hic est filius Dauid? Glosa Ob misericordiam inquit & beneficium filium Dauid prędicant. Deinde ponitur quomodo aliqui calumneati sunt miraculum quidem autem ex eis dixerunt. Matthæus & Marcus dicunt istos fuisse scribas & phasæos, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Tubæ laudauerunt miraculum, pharisęi autem nõ potentes negare publicum factum conati sunt illud puertere dicentes quod in virtute dæmonis facta esset eiectio ℂ Nota Ninus conditor ciuitatis Niniuæ propter consolationem de morte Beli patris sui statuam fecit in honore patris ad quam confugientes qui furtum fecerunt & q rei erant veniam merebantur. Vnde ipsam statuam cœperũt reuereri. Et tandẽ succedente tempore diabolo instigante diuini honores ipsi statue sunt attriti. Et sic incœpit cul-

tus idolatriæ, vt dicitur Sapientiæ. 14. Hunc Deum Caldæi appellaban Beel palestini Baal, moabitæ Beelphegor diuersis vocibus secundum diuersitatem lingarum vacabant Sed Iudæi deriose vocabant illum Beelzebub, id est, deum vel virum muscarum, qa magna multitudo muscarum erat in templo eius propter sordem cruoris immolat In hoc autem simulachro dicebebant habitare principē dæmoniorū forte propter tria vel quia in eo fuit idolatriæ principium. Aut quia cultus eius erat generalis apud omnes gentes. Licet enim quædam natio specialis alios haberet deos, hunc tamē velut vniuersalem deum omnes venerabantur. Vel quia nullum idolum repriebatur efficacius isto. Attende contraria fuit ista contumelia Christo qua iudæi reputauerunt Christum velut maleficum mendacem quod in virtutæ dæmonis faceret miracula. ¶ Sed dicētes vade mirabile est vnde moti fuerūt Iudæi de Christo hoc opinari, Et est dicendum quod Iudæi non credebant Christum hoc fecisse virtute dæmonis nullum enim in signū apparebat ad hoc, Si tamen agitari stimulo inuidiæ non considerauerunt an dicerent verum Vel falsum dummodo tamen aliquomodo possent vitiare istud miraculum. Vnde Chrysostomus: Inuidia non quærit quid dicat, sed solum vt dicat. Item ibidem inquit, Nulla malitia peior est inuidia Adulter in breui complet peccatum suum. Inuidus autem nunquā quiescit. Sed sicut scarabei nutriūtur stercore ita inuidi aliorum infortuniis. Et ideo secundnm Remigiū Solo odio moti & inuidia nihil sordidius inueniētes quod obiicerent domino dicebant quod in beelzebub eiiciebat dęmonia, ☞ Vnde nota quod in ista contumelia peccauerunt peccato grauissimo. s. in spiritū sanctum, in eo quod restiterunt Veritati. quem tamē cognoscebāt. 2. ad Timotheum. 3. Quemadmodum Iamnes & Membres restiterūt Mosi, ita & hi resistūt veritati &c. Et ideo saluator aggrauat peccatum illud vt patet secundum Marc. 3 in isto loco qui dicit. Quicunque dixerit contra filium hominis remittetur ei, sed qui dixerit verbum contra spiritum sanctum. i. contra id quod spiritussanctus aperto corde demōstrat nō remittetur in hoc sæcula neque in futuro. Deinde ponitur quomodo aliqui non tantum conuiciabantur sed quærebant experimentum miraculi. Et alii tentantes, cum tamen

scriptum sit. Non tentabis dominū deum tuum. Deuterono 6. Signum de cœlo quærebant, quasi dicerent. Nescimus in qua virtute opereris miracula sed si aliquod mirabile signum de cœlo feceris sicut Moses cōlumnam in ære. Iosue vero fecit solem stare immobilem. Helias autem fecit ignē de cœlo descendere ad combustionem inimicorū suorum Ezech. autem fecit solem retrocedere, si aliquod istis simile feceris credemus ex hoc quod diuina virtute miracula facias. Sed quia isti non desiderabant signū vt ex hoc crederēt, sed magis vt delectarētur in nouitate miraculi, ideo non dedit eis signum de cœlo. ¶ Nota in tribus dominicis sequentibus legitur euangelium de dæmonio. Ratio quia quatuor genera hominū tentat diabolus. Primo quosdam tentat & non vincit & isti significantur per tentationem Christi Secūdo aliquos tētat & superat & vexat male. Isti significantur per filiam mulieris chananee. Tertio aliquos tentat & superat & tamen post modum per cōtritionem expellitur, isti significantur per dæmoniacum qui curatus fuit. Quarto aliquos tentat & superat & fugatꝰ fugit sed tandam reuertitur. Isti significantur per hoc cū dicitur. Cum immūdus spiritus, &c. ¶ Nota Christus demonium hic expulit, & legitur nobis in exemplum. Nam in tribus casibus aliquis de domo conducta expelli potest.
Primo quando pensionem non soluit. & sic diabolus. Nam deus dedit homini tria de quibus vult habere pensionem scilicet corpus, animam, & res de corpore requirit ieiuniū, sed diabolus prohibet quia est sibi venenum, Ambrosius Ieiunii hominis sputum serpentes interficit. De anima orationes, sed diabolus prohibet: quia sunt sibi incendium.
Thobias. 6. Cordis particulam si super carbones, ponas fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, De rebus vult habere eleemosynam, diabolus prohibet quia sunt sibi iacula. Ecclesiastici. 29. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo, Eleemosina viri quasi saccul⁹ cum ipso: & gratiā hominis quasi pupillam conseruabit, & postea con urget & retribuet retributionem vnicuique in caput illorum. Super scutum potentis & lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Secundo quis expellitur quando domum ad malum vsū cōuertit: sic diabolus: Apocalipsis. 18. Facta est habitatio

dæmoniorum Babylon.scilicet in auaritia & custodia omnis spiritus immundi,scilicet in luxuria,& custodia omnis volucris immundæ.s.in superbia. Tertio expellitur quis de domo quando dominus per se vult in habitare sicut & nūc Ioannis.14. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.1.Corinth.3.Templum Dei sanctum est quod estis vos. Item sciendum multis modis debemus diabolum eiicere. Primo vt canem de quoquina s.calida aqua,hoc est,lachrymis contritionis. Psalm. Contribulasti capita draconum in aquis,id est,peccata capitalia. Figuratur. Exod.14. Pharao submersus est in mari rubro,id est,diabolus in lachrymarum fluuio. Et sic eiecit eum Maria Magdalena. Lucæ.7. Hanc aquam non habuit Iudas,&c. Secūdo vt homo expellitur de domo per stillicidium,scilicet prædicationis. Iob.14. Stille cadentes excauant lapidem.s.lapidea corda. Figuratur. Matthæi.8. Obtulerunt ei multos dæmonia habentes,& eiiciebat spiritus immundos verbo. Tertio vt homo eiicietur de domo per fumum,s.orationis. Thobiæ. 6. Particulam cordis eius si super carbones posueris fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Figuratur. 1. Regum.16. Dauid cithara sua fugauit spiritum malignū de Saul. Quarto eiicitur vt vulpis de antro.s.fame,sic per ieiunium eiicitur diabolus. Matthæi.17. Hoc genus dæmoniarum in solo ieiunio & oratione eiicitur. De quo in litera, Cum immundus spiritus exierit ab homine quærens requiē per loca inaquosa,id est,arida & non inuenit. Prouer. 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. Et Isidorus. Ardentes sagittæ diaboli ieiuniorum frigore sunt restringendæ. Quinto. Vt Ribaldus eiicitur de ciuitate,scilicet virga disciplinæ. Prouerbiorum.22. Stultitia colligata est in corde pueri & virga disciplinæ fugabit eam vt patet de sācto Benedicto,similiter & de sancto Machario,qui sentiens stimulum carnis aggrauauit corpus eius pondere lapidum Cui abbas dixit. Machari quid portas? Respōdet vexo vexā tē. Vel debet eiici virga crucis. Isaiæ.30. Pauebit assur virga percussus. Hac virga eiectus est diabolus. De quo Ioannis duodecimo. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

¶ Notr ergo primā dæmonem debemus eiicere V serpentē de vinea per odorem.s.humilitatis,quia humilitas est herba odorifera quæ deum attrahit; & diabolum expellit.

Cāti.1. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Nardus est parua herba & dicitur odorifera. Canti.2. Vineę florentes odorem dederunt.i.animę humiles attrahunt deum . Lucę.1. Respexit humilitatem ancillę suę. Et expellunt diabolum vt patet in vita sancti Antonii cui dixit diabolus. O humilitas tu me vinxisti. 1. Regū.15. Nōne cū paruus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es? Secundum dæmonem auaritię debes eiicere sicut serpentem ab homine per denudationem, quia fugit hominem nudum. Et sic debes te denudare a male quæsitis. August. Si tenes obolum teneris a diabolo, Lucæ.11. quod superest dare eleemosinem. Tertium dæmonem luxurię debes eiicere sicut ribaldum de ciuitate, id est, virga disciplinæ. Ecclesiast.11. Malitia vnius hore obliuionem facit luxuriæ magnæ. Quarto dæmonem iracundiæ.s.sathanam debes eiicere vt hominem de domo per stillicidiū, scilicet verbi dei. Matthei.5. Omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Matt.8. Eiecit spiritus immundos verbo. Quintum demonem incidiæ.s.beelzebub per fumum dęuote orationis. Sextum dęmonem gulę.s.behemot sicut vulpem de antro. Septimum meridianum.s.accediæ sicut canem de coquina vide supra. ¶ Item sciendum quare debet eiici, quia facit hominem mutum, Nam diabolus facit vt lupus qui capit ouem non per pedem nec per manum, sed per collum. Sic diabolus est lupus. De quo Ioannis.10. Lupus rapit & dispergit oues. Qui non tenet peccatorē per perdes, quia dimittit hominem ambulare ad ecclesiam. Non per manū quia permittit eleemosinā dare. Non per autem, quia permittit eum verbum dei audiret sed dumtaxat tenet eū per gutture ne manifestet iniquitates in confessione. Nam diabolus facit vt fur qui intra domum & claudit ostium, id est os ipsius peccatoris, manu in qua sunt quinque digiti Primus digitus est pudor, de qua Ecclesiast.4. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Et sic obmutuit Adam genesis.3. Huic digito resistere debes per memorie reuelationem tempore iudicii. Matthei.10. Nihil opertum quod non reueletur & occultum quod non sciatur. Et.1. ad Corin.4. Veniet dominus & illuminabit abscondita tenebrarū. Bernard. insania est quod ablui pudet & inquinari non pudet Secundus digitus est timor, vt patet de Giesi.4. Reg.5. Qui

timuit confiteri veritatem cum interrogatus fuit ab Heliseo vnde veniet. Ideo statim percussus est lepra. Et sic accidit illis qui timent confiteri, post hoc enim publicatur toti mundo. Ideo Psalm. 13. Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Nam qui timet nunc coram sacerdote vno post hoc timebit coram vniuerso mundo. Iob. 6. Qui timet pruinam cadet super eum nix. Ille digitus habet excludi per timorē iudicii. Psalm. 118. A iudiciis enim tuis timui. Tertius digitus est malus amor a peccatum, vt patet de Anania & Saphira, qui amore pecuniæ noluerunt confiteri veritatem, ideo statim subitanea morte præuenti sunt. Actuum. 5. Nā sicut valde horribile est de venenoso homine qui veretur educere brachium ad flebotomiam, vt sanaretur in toto corpore sic de peccatore vt aperiat os ad salutem animæ. Pro. 10. Vena vitæ est os iusti, & os impiorum operit iniquitatē. Quartus digitus est hypocrisis seu vana gloria, Dicūt enim: Ille dicit me fore bonum non valeo sibi cōfiteri. De quibus Oseæ. 13. Colligata est iniquitas effraim absconditum est peccatum eius. Illi faciunt vt Adam qui folus ficuum operuit se post peccatum. Si tales cum apparentia bona volunt occultare peccata. Boetius. Si opus medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Quintus digitus est negligentia seu consuetudo mala. Prouerb. 18. Impius cum in profundū peccati peruenerit contemnit. s. pœnitentiam. Sicut Iudas. Matth. 27. pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, & abiens laqueo se suspendit. Hieron. Iudas plus desperando deum ostendit, quam tradendo. Sicut & Caim Gene. 4. Maior est iniquitas mea quam vt veniā mereat. Super quo Bernard. Mentiris Caim, maior est dei misericordia quam quævis nostra miseria. Ergo nemo debet desesperare. August. Quod conuerso non ignoscitur cū effusori sanguinis ignoscebatur. Bernard. de imagine vitæ dicit. O anima mea quare te tot bonis spoliasti? quare frustra honoribus cor priuasti? quare tot bona neglexisti? quare tot annos, tot dies, tot horas sine fructu vixisti? O domine deus quot tempora effluxerunt in quibus sine fructu (vt aspicio) vixi? quomodo subsistam coram te? Quomodo ad te potero leuare faciem meam in illo magno & terribili examine quando numerare iusseris omnes dies meos quærens fructum meum. O domine cur intermisi vllo tēpore te versari in corde meo

te tota mente amplecti, in tua dulcedine delectari omnia interiora mea, vbi tunc eram quando tecum nō eram cum a te habeat omnis creatura quicquid habet desiderabile, laudabile, delectabile. Heu domine, nunc intelligo sed confiteri erubesco: species & decor creaturarum decepit oculum meum & non aduerti, quia speciosior omnibus creaturis tu es quibus tantummodo vnam guttam tuę in estimabilis pulchritudinis contulisti. Quis enim cœlum ornauit sideribus aeram volucribus, aquas piscibus, terram plantis nisi tu clementissime pater? Hæc omnia non perpendi: sed tuam dilectionem multotiens offendi. Sed tamen propter tuam misericordiam non diffido, iam imploro quia sex misericordias tuas reperi in me. Prima quod me a multis peccatis in sœculo retraxisti. Secunda quod conuersionem meam expectasti. Tertio quod contritionem mihi dedisti. Quarta quod me pœnitentem misericorditer suscepisti. Quinta quod mihi virtutem perseuerandi contulisti. Sexta quod mihi gratiā ad promerandam gloriam contulisti, Anselm. in li. Cur de⁹ homo. Quid misericordius intelligi potest quam quod deus pater dicit misero peccatori a ternis suppliciis deputato, & vnde se redimat non habenti. Accipe vnigenitum meum & da eum pro te, & filius dicit prasto sum tolle me, & redime te. Amb. Non sunt hominis bona, quæ secum ferre nō potest sola misericordia est comes defunctorum.

☞ Sequitur secunda pars Euangelii.

SI in digito Dei eiicio dæmonia profecto venit in vos regnum Dei. Lucæ. 11. Matthæi. 12. Marc. 3.

☞ Hippocrates in prognoticis. Cū aues prope terram nidificant pestilentiam futuram quā naturaliter præsentiunt & fugiunt designat. Spiritualiter, sic dū amor cordis ad terrena inclinatur, tunc ira summi iudicis quasi pestilentia futura timeatur. Ne ergo in pestem iræ Dei incidamus, debemus oculum mentis eleuare. Et hoc docet officium missæ. Primo introitus. Oculi mei semper ad dominum, &c. In collecta. Quæsumus omnipotens deus vota humilium respice: atque ad defensionem nostram dexteram tuæ maiestatis extende. Apostolus in epistola, Ephe. 5. cap. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi. Ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos Fornicatio & omnis immunditia aut auaritio non nominatur in vobis. Nam dici-

tur ibidē. Auaritia est idolorum seruitus. & auarus non habet hęreditatem in regno dei. Ergo in virtute dei debes eiicere dęmonia, vt habeas patrem in regno dei. ¶ Ista est secunda pars principalis huius euangelii in qua tangitur sapientia eius inestimabilis cum dicitur. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum dixit eis. Quia eorum opinio, vt dicit Chryso. erat valde irrationalis quod in Beelzebub eiiceret dæmonia. Idem. Nam pharisæi metu multitudinis non audebāt eum diuulgare, sed in animo suo vertebāt. Dominus autem, vt dicit Hierony. nō ad dicta, sed ad cogitata respōdit, vt sic compellentur credere potentię, eius, qui cordium videt occulta, hoc enim nec aliqua creatura scire potest Hebręo. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis Dei nec est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.

¶ Consequenter qui que rationibus manifeste ostēdit christus quod nō eiicit dæmonē in virtute dæmonis: sed in virtute deitatis, Prima ratio sumitur ex eis quę apparēt in cōgregationibus hominū: & talis. Omnis cōmunitas hominum inter se diuisa durare nō potest, siue sit ciuilis, siue pollitica, vt est regimen ciuitatis, siue fuerit æconomica, qualis est regimen domus & familiæ. Cōstat autem quod diabolus habet regimen suum, ergo si diuisio est in regno vt pote quod alter alterum eiiciat, tunc certe regimē stare nō poterit. Sed hoc est falsum. Manet enim regnum diaboli quia, maximam patrem habet in hominibus, ergo sequitur quod in virtute dæmonis non eiicio dæmonia. Et hoc est quod dicit. Omne regnum, i. omnis politia & communitas in seipsu m, id est, contra seipsum diuisum desolabitur. Et domus vbi habes communitatem œconomicā si fuerit supple diuisa contra aliam domum: domus supra domum cadet, ita vt vtraque vadat in ruinā, Nam vt Salustius dicit Sicut concordia paruæ res crescunt, sic discordia maximæ dilabuntur. Et addit ad propositum, si ergo sathanas in se ipsū diuisus est, quod cōtingit si alter alterū, quomodo stabit regnū eius? certe stabiliri nō poterit, aūt totū sequitur, quia dixistis imprudēter & sine aliqua ratione in beelze. me eiicere dęmonia, secūda rō talis fuit. Nō sū ego minor quam apost. mei quibus ego dedi virtutē eiiciēdi dęmones sed vos creditis quod diuina operētur virtute. Nunquam enim imposuistis eis quod eiicerēt in beelzebub, Ergo in virtute dei ego eiicio dæ-

monia. Hoc est ergo quod di. interrogatiue ratiocinãdo. Si autem ego in beelzebub eiicio dæmonia, vt dicitis, filii vestri. i. apostoli mei nati ex vobis in quo eiiciunt? Quod si dixeritis in beelzebub, quare ergo non calumniamini opus eorum? Si vero dixeritis, in virtute dei eiiciunt, ideo per hãc ipsam virtutem quam habent ipsi diuinitus iudices vestri erunt. Quia sicut per illam virtutem eicitur dæmones, ita per ead ẽvos dæmoniacos iudicabũt in condẽnationẽ. Promisit enim Christus apostolis, Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Si enim habent virtutes super angelicos spiritus, multo magis super homines, 1. ad Cori. 6. Nescitis inquit apostolus quoniam angelos iudicabimus quanto magis secularia vel vt dicunt Beda & Hieronym. Filios eorum appellat exorcistas eiusdẽ temporis. Nam salomõ vt dicit Iosephus propter suam sapientiam adinuenit quædam carmina pauca verba continentia, & quosdam characteres quos faciebat sculpi in gẽmis, & si radix cuiusdam herbæ supponebatur ipsi gẽmæ valebat ad expulsionem dæmonis. Vnde exorcistæ qui habebant officium curandi dæmoniacos prędictam geminã characteribus sculptam radici dictæ herbę suppositam ponebant in ore arreptitii illis verbis salomonis adiurabant dæmonem, vt exiens subuerteret peluim aqua plenam in medio positã in signum suę eiectionis & sic fiebat. Et hoc dicit Iosephus propriis oculis se vidisset coram Tyto & vespasiano cum captiuarent Eierusalem. si igitur Iudęi credebãt quod exorcistæ eiicerẽt dęmonẽs in virtute dei hoc idem debuissent credere de Christo. Et ideo exorcistæ iudices erunt Iudæorum quia ex ipsis exorcistis sumitur causa quare iudicandi & condemnandi sunt Iudæi,

¶ Tertio ratio talis est,., Regnũ dei debet destruere regnũ diaboli, sed regnum dei est intra vos. Igitur iudicio isto tũc alię nationes omnes pertinent ad regnũ diaboli, quia nos. s. vt putatis estis regnũ dei. Ergo si inter vos operor eiectionem dæmonis, hoc nisi non in virtute dei cuius est regnũ Et hoc est, quod dicit. Porro si in digito dei hoc est in spiritu dei. vt habetur Matth. cap. 12. Spiritus eius diuinus in operandis miraculis digitus appellatur. Vnde magi pharaonis de miraculis Mosi & Aaron qui deficiebant virtute dixerunt, Digitu dei est hic eiicio dæmonia profecto

peruenit in vos regnum dei. Et vt habeatur forma rationis ponatur consequens pro antecedente hoc modo. Porro si peruenit in vos regnũ dei profecto in digito dei eiicio dæmonia. Et est modus coloratus argumentandi in rhethoricis quãdo cõsequẽs est notabilius antecedente stante reputatione omnium. ❧ Quarta ratio est magis manifesta secundum Matth. & est talis. Nullus potest violenter tollere aliena nisi possessorẽ vincat & superes propria virtute, sed constat quod ego violenter tollã a dęmone ea quę possidet eiicio enim eum a possessionibu s suis & in vsum meũ capio. Ergo oportet quod prius vincam & superẽ eum propria virtute. Vnde dicit. Cum fortis armatus custodit atriũ suum. Fortis est diabolus in naturalibus. Dan. 7. Ecce bestia terribilis atque mirabilis, & fortis nimis dentes ferreos habebat magnos comedens atque comminuens & reliqua pedibus cõculcans. Et est armatus, cuius arma sunt omnia ista mundana. Nam pulchritudo est sagitta quæ vulnerat cor per concupiscentiam. Diuitiæ sunt quę occidunt, & sic quęcunque alia temporalia Sed licet armatus sit diabolus ad offensionem, caret tamen armis defensionis. Et ideo armati contra eum incedamus. 2. Cor. 10. Arma nostræ militię nõ carnalia sunt, sed spiritualia ad destructionem munitionũ. Custodit atrium sum, nomine atrii mundum oportet intelligi. Atrium diaboli mundus iste, quod diabolus custodiebat sicut tyrannus custodit ciuitatem ne sibi tollatur. In pace sunt omnia quæ possidet, quia nemo sibi resistit. Sed ista est mala pax. Malum enim est pacem facere cum serpente, peior est conuersatio quia periculosa est. Melior enim est, tuta guerra quã pax dubia. Tollitur enim qui dominabatur diabolus. Sed attendamus eiectionem ipsius, Si autem fortior, iste fortior ille Christus. 1. Rego. 2. Non est fortis sicut deus noster superueniens de super venit Christus cum descendit de cœlis in mundum. Ioan. 3. Qui de cœlo venit super omnes est vicerit eum. Apoca. 5. Ecce vicit leo de tribu Iuda, vniuersa eius arma aufert in quibus confidebat. Abstuli, Christus diabolo arma & reliquit eũ inermẽ. Abstuli luxuriã pro habẽdo castitatẽ. Abstulit auaritiã per largitatẽ, superbiã per, humilitatẽ & sic derelinquis, Sed tamẽ adhuc fatui hoĩes ponũt gladiũ ĩ manu diaboli & puniũtur ab eo. Et spolia eius distribuet, Sspolia dęmonis erãt animæ quas

rapuerat, sed Christus abstulit sibi illa spolia & distribuit in regno militantis & triumphantis ecclesię in diuersis dignitatibus & præmis. Quosdam quidē apostolos, & euangelistas, quosdam vero martires, quosdam doctores, alios vero continentes, & sic de diuersis modis, Psa. 67. Ascendit deus in altum: captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ☞ Quinta ratio talis est. Ego non operor virtute illius qui mihi contrarius est volumtate & actu, sed diabolus his modis mihi & contrarius ergo nec auxilio nec virtute ipsius eiicio dæmonia: Minorem probat in litera quantam ad vtranque eius partem. Et primo ostēdit quod diabolus dissentiat Christo in voluntate. Qui non est mecum vt quod ego volo ipse velit, contra me est. Sine dubio hæc veritatem habet, quia omnis creatura tenetur se conformare diuinæ voluntati. Et ideo ipsum non velle esse cōtrarium est ipsi velle. Probat etiam partem aliā, Et qui nō colligi mecum, dispergit. Vere Christus dispersas oues colligere vult, sed diabolus etiam collectas dispergit. Ioan. 10 Lupus rapit & dispergit oues. ¶ Tertio postquam Christus reprobauit falsam calumniam. Nam secundum quod dicit Cyrillus, vt perfecte disputationem terminet ostendit, vnde mouebantur Iudęi quod hæc sentirent de CHRISTO, scilicet quod eiiceret dęmones in virtutute beelzebub Et causa est, quia peiores erant quam vnquam fuerunt tēpore præterito, & maiori dæmonum multitudine possidebantur quam etiam ante legem. Vnde dæmones eos incitabant vt inuidiose talia loquerentur. Et hoc est quod dicit Cum immundus spiritus. Diabolus dicitur spiritus per naturam sed dicitur immundus quia immundas cogitationes nobis suggessit, sicut porcus qui volutatur in fimo. Exierit ab homine, sub nomine hominis totum intelligit iudaicum populum. Nam vt dicit Cyrillus, Cum habitarent in Aegypto spiritus immundus erat in eis, qui postea ad eis recessit quando mactauerunt agnum Christum in figura, & liniti sunt eius sanguine & quando in monte legem acceperunt ambulat per loca arida & inaquosa, id est, corda gentilium & paganorum, quę nulle erant gratię imbre irrigata. Talia corda perābulauit diabolus ritum idolatriæ & criminū maculis immitando, quęrens requiem cum nos potuit requiescere in iudæis, ideo quærebat requiem in gentilibus,

Deinde reditum dęmonis ostendit. Et non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam. Nam secundum Rabanum putabat se diabolus perpetuam requiem habere in gentibus, sed apparente dei filio in carne, gentes fidem susceperunt. Ideo in eis quiescere nō potuit, Vnde dixit. Reuertar in domum meā vnde exiui, id est, in Iudæos per infidelitatem. Habeo enim Iudaicam domum vnde exiui tempore Mosi: ad illos volo reuerti tempore Christi. Et cum venerit inuenit eam scopis mundatam, & ornatā. Vacabat enim Iudaicus populus ab obseruantia legis, & operibus virtutum per negligentiā, quia veniente Christo cessauit omnis ritus legis eorum, circuncisio, sacrificia, & ceremonialia, nec voluerunt se exercitare in lege Christi. Erat mundatus populus ille scopis. Scopa enim non tollit tenaces sordes sed superficiales, ita Iudæi mundabant sola exteriora, & intus erant sordidi Mat. 23. Væ vobis scribæ & pharisęi, vę vobis hypocritæ q̄ mūdatis quod deforis est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Erat nihilominus Iudaicus populus ornatus quibusdam exterioribus obseruantiis diuitiæ legis. Sequitur. Et tūc vadit & assumit septem alios spiritus. i. vniuersitatem viciorū. Sicut virtus spiritussancti distinguitur in septem spiritualia dona. Isai. 11. vbi dicitur, Requiescet super eū spiritus sapiētiæ, & intellectus. &c. Ita virtus diaboli est in septē spūalibus vitiis principalibus, Sequitur: Nequiores se vere vitiū nequius diabolo, quia diabolus saltem naturaliter bonus est, sed ipsa vitia naturaliter sunt pessima. Et ingressi habitant ibi, incolūt dæmones, vt dicit Chris. peiores prioribus Iudaicam gentem. Nam antiquitus sæuiebant cōtra prophetas, postea vero dominum prophetarum occidebant. & tunc etiam in synagogis suis Christum dominum blasphemant. Et fiunt nouissima. i. posteriora opera hoīs illius peiora prioribus, quod vero non totum hoc de Iudæis intelligendum est patet secundū Matt. vbi sequitur. Sic erit generationi huic pessimę. mala fuit generatio in deserto, quado contra dominū murmurauerūt, peior quando in terra promissionis filios. s. & filias dęmoniis immolauerūt, pessima [illegible] aduentum Christi cum Christū crucifixerunt. Nō dub[illegible]m est quin mali fuerunt tempore Christi peior[illegible] [illegible] tēpore præsenti [illegible] vnquam fuerunt. Et ide[illegible] [illegible] Christo [illegible] sustinue-

sunt a Vespasiano quam vnquam passi fuerũt in Aegypto vel Pabilonia. ☙ Dixit tertio tangitur ipsius laus venerabilis, cum dicitur, Etollens vocem quædam mulier, id est, in altum eleuans vocem, Accensia fuit hæc mulier suauitatem verborum. Christi, vnde a laude Christi se continere non potuit. In quo in ea mentis confidentia notatur, quia vt dic. Beda, Scribis & pharisæis tentantibus dominum simul, & blasphemãtibus, beatitudinem incarnationis Christi, hæc mulier cum magna fiducia confitetur. Quare dicit. Quædam mulier de turba. Semper enim muliebris sexus videtur esse deuotior. Hæc mulier videtur fuisse Marcella ancilla Marthæ quæ non potuit amplius blasphemias Iudæorum contra Christum substinere, beatificauit matrem Christi ex filio, quia beatitudo prolis redundat in matrem. Beatus venter qui te portauit. Reuera, beatus vẽter est ille sterilitatis opprobrio carens, & sine cruciatu pariẽs fœcũditatem, & integritatem virginitatis habens. Ipsa enim sicut di. Bernard, fuit sine corruptione fœcuda, sine grauamine grauida, sine dolore puerpera. Venter ille fuit apotheca spiritussancti. Mat. 1. Inuenta est habens in vtero de spiritussancto. Venter ille fuit domus aromatum. Habuit venter ille precium redemptionis nostræ, pignus cœlestis hæreditatis, Venter ille habuit fontem diuinæ misericordiæ. cuius fontis signum erat fons olei qui in natiuitate Christi erupit, & in Tyberim fluxit. Venter iste fuit tabernaculũ in quo requieuit, quem nec cœli, nec terra capere poterant. Ecclesiast. 14. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Venter ille habuit Thesaurum cœlestis regis, scilicet abscõditum in agro. Matthæi. 13. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, Thesaurus iste est filius dei in carne assumpta absconditus. Isa. 45. ca. Vere tu es deus absconditus. Thesaurum cœlestem posuit deus in terra, vt haberent homines accessum ad eum, & impleuit illud. Deute ro. 28. Aperiet tibi dominus thesaurum optimum cœlum. Numero. 20. Aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ Et impletum fuit illud. Prouc. 21. Thesaurus desiderabilis. & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud Iustus antonomatice dicitur CHRISTVS. Isa. 45. Nubes pluant iustum, habitaculum eius fuit beata virgo in qua fuit cœlestis thesaurus, & oleum pietatis, Ma-

ria enim facta est Dei thesauraria, & eleemosynaria. Commissus est ei thesaurus non vt auare abscōdat, sed vt in pauperes expēdat. Nam eius venter fuit illa beata terra ex cuius vno grano humani generis debitum soluitur, cœlestia horrea replentur, & cœtus electorū in æternum pascetur. De hoc grano dicitur. Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum effert. Et Dauid, Psal. 84. Benedixisti domine terram tuam. Sequitur vt vbera quæ suxisti. Nam sicut beata virgo regi cœlorum vestē de panno propriæ carnis prouidit, sic & victum de lacte suo ei ministrauit. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud. Chrysostom. Non fuit hoc responsum repudiens matrem, sed ostendit quod nihil eius partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Vnde illud. Quinimo potest esse vna pars, & tunc idem est quod insuper. Et tunc erit sensus non solum beata est quæ verbum dei habuit ventre, sed etiam omnis ille beatus est qui habuit verbum dei in mente. Augustinus dicit in libr. de virginitate: Beatior fuit Maria in concipiendo fidem CHRISTI quam concipiendo carnem Christi. Materna propinquitas nihil Mariȩ profuisset nisi fœlicius Christum mente quam carne gestasset. Multi sancti sunt in cælo quorum matres sunt in inferno. Ideo dicit dominus. Matt. 12. Quicunque fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, & soror, & mater est. Ideo dicit. Beati qui audiūt verbum Dei Prou. 8. Beatus homo qui audit me. Pro quo sciendum multæ sunt vtilitates ab auditu verbi dei procedentes Prima audit⁹ verbi dei aridā cor irrigat. Deu. 32. Audite cæli quȩ loquar audiat terra verba oris mei, concrescat vt pluuia doctrina mea. Et bene vt pluuia: quia vbi non pluit in terram ibi æstus solis comburit segetes, & modicus ventus puluerem spargit & arescit, sed pluuia. i. verbū dei irrigat terram id est cor terrenum incitat ad deuotionem, & fructificare facit. Isa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cælo: & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram. &c. sic erit verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quecunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Et ideo verbum dei dicitur fons. Ioh. 3. Fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentē spinarū

¶ Secunda, verbum dei cor frigidum inflammat, quia est ignis spiritualis. Hierem. 23. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis ardens. dicit dominus. Reuera ignis. Nā qui est frigidus in amore dei ad hūc debet accedere Psal. 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Nam sicut ignis generat colorem rubeū in homine, sic verbum dei dilectionē. Psa. 73. Inflammatum est cor meū, & renes mei cōmutati sūt. i. cogitationes. Ignis prouocat sitim, & sit verbum dei incitat desiderium post fontem æternū. Luc. vlt. Nonne cor nostrū ardens erat in nobis dum loqueretur in Via, & aperiret nobis scripturas? Tertia cor pauidū cōfortat. Matt. 7. Omnis qui audit verba mea, & facit ea assimulabitur viro sapiēti qui ędificauit domum suam supra petram firmā & veniunt flumina, & flauerunt venti. i. tētationes & non cecidit. Si times tētationē, carnis audi verbū dei, ad Colo. 3. Mortificate mēbra vestra quæ sunt super terrā, fornicationē, immunditiam, libidinem, &c. Si setis tentationem mundi audi verbū dei. 1. Io. 2. Nolite diligere mundū, &c. Io. 15. In mundo pressuram habebitis sed confidite ego vici mundum. Si sentis tentationem diaboli, audi verbum dei. Iaco. 4. Resistite diabolo & fugiet a vobis. Quarta vtilitas verbi dei est quod mœstum cor lætificat. Hierem. 15. Factum est mihi verbū domini in gaudium & lætitiam cordis mei. Si turbaris pro multitudine peccatorum audi verbum dei consolatorium Ezech. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudiciū, & iustitiam, ipse animā suam viuificabit. Hoc attendans. Psal. 118. ait. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. O quam consolatorium verbum dei. Ioan. 15. Si māseritis in me & verba mea in vobis māserint quodcunque volueritis petetis & fiet vobis.

¶ Quinta vtilitas verbi dei est quod erumnosum beatificat. Apoc. 1. Beatus qui legit & seruat verba prophetiæ huius. Quia non tantum verbum dei legendo vel audiēdo cōfert beatitudinem sed faciendo. Iaco. 1. Estote factores verbi dei & non auditores tantum. Rationem ponit apostol Rom. 2. Non auditores legis iusti sunt apud deum. sed factores legis iustificabuntur. Et sic erumnosus, id est, peccator erumnis plenus. Ecclesi. 2. Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sūt, beatificatur, Ioh. 8. Si quis seruauerit sermonem meum non gustabit mortem in æternum.

¶ De eodem Sermo. V. De epistola.

Estote imitatores dei sicut filii charissimi, scribitur ad Eph. 5. & legitur in præsenti dominica ꝓ epistolari officio. Necessarium est verum exemplar ei qui vult falsum librū corrigere, & necessaria est regula, & linea ei q vult torta, dirigere. Sene. Nisi ad regulam praua nō corrigis. Spiritualiter sic q vult corrigere librum consciētiæ & prauam vitam suā debet hoc facere secundum exemplar doctrinæ & vitę Christi Figuratur. Exo. 25, vbi dominus dixit Mosi Inspice & fac secūdum exemplar quod tibi monstratum est monte. Spiritualiter. Si hodie dicitur Mosi qui interpretatur sumptus ex aquis. i. cuilibet fideli qui sumptus est ex aquis baptismi, vt faciat secundum exemplar quod monstratū est in monte, id est, in Christo. Nam CHRISTVS est verissimum exemplar, & eius vita linea; quam si quis studiose inspiceret debito modo imitaretur. & ambularet. Gregor. omnis Christi actio nostra est instructio. Et August, summa religionis est imitari quem colis, & hoc docet aposto. dicens: Estote imitatores dei sic vt filii charissimi. ¶ In sum. epist. duo innuuntur, Primo hortatur nos apost, vt induamus cōuersasionem Christi ipsum imitando ibi. Estote imitatores. Secundo vt fugiamus malam suggestionem ipsam detestando, ibi fornicatio autem De primo dic, Fratres estote imitatores dei. ☞ Nota quadruplici ratione debemus enim imitari. Primo quia nullum iustus imitamur quia ipse est pater noster ad cuius similitudinem sumus creati. Gene, 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Secundo quia nullum imitatur homo tutius, cum ipse errare non possit. Ioh. 1. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris. Tertio quia nullum imitatur fructuosius. Iuuat enim imitātem se. Psal. 62. Adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua. Nullum etiā imitatur fructuosius propter mercedē quam dat eis qui imitantur eum Socios enī suos vult secum esse in hospitio iuxta illud Ioan. 12. Si quis mihi ministrat, me sequaī, & vbi ego sum, illic & minister meus erit: Quarto quia homo nullū imitatur gloriosius. Nihil enim erubescibile debet esse nobis quod exemplo eius facimus. Hoc nō attendunt illi qui dedecus sibi esse credit si se nō Vindicarēt cito quanto aliquod cōuiciū est eis dictū

vel aliqua iniuria facta, cum tamen videt deum tot contumelia pati, & tamen differt vindictam, Ecclesiast. 23. Magna gloria est sequi dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Ideo dicit. Estote imitatores dei. Non tamen in omnibus competit nobis imitari deum, Nam secundum August. mali etiam vellent dominum imitari, vt supbi in altitudine, iracundi in vindicta acediosi in requie, cupidi in delitiis luxuriosi in delectationibus curiosi in scientia, Videamus ergo in quibus & qualiter debeamus eũ imitari ne nobis contingat sicut Lucifero dicenti. Similis ero altissimo, Isai. 14. cui dictum est. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. ¶ Notandum ergo primo debemus eum imitari in lumine sapientiæ, quia di. Chrysostomus, Filii carnales frequenter sunt similes patribus in facie loquela vel visu. Et sic filii spirituales debẽt assimulari patri cœlesti in sanctitate & suorum cõuersatione. Primo in lumine sapientiæ. Nam ipse sapientiam amat & eos qui sapientiam diligunt, Sapient. 7. Neminem diligit deus nisi eum qui cum sapientia inhabitat, Et Ecclesi. 3. Eos qui diligunt sapientiam, diligit Deus. Deus est lux, & non sũt tenebræ in eo valle, vt legitur. Iacob. 1. Ideo & lucem sapientiæ in omnib⁹ amat. Et in mundum istum venit vt homines luce sapientiæ illuminaret. Iuxta illud Lucæ. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Væ illis qui potius volunt esse noctuæ similes quam Deo. Noctuæ similis est qui lucem sapientiæ odit, & tenebras ignorantiæ amat imo diabolo similis est. De quo Ioan. 3. Qui male agit odit lucem. Talis merito in tenebris inferni erit quas hic prælegit lumini. 1. Ioã. 1. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus & veritatem non facimus mẽtimur Secundo debemus deum imitari in sanctitate. Vide Deus Leuit. 19. Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Sãctitas vero illa sequitur lucem sapientiæ. Vnde quanta immunditia peccatum sit, sanctificet se homo & mũdetur ab eo. Vnde Iob. 28. Recedere a malo est intelligentia. i. effectus intelligentiæ. Præcipue autem ab immunditia peccati se sanctificant qui dignitatẽ ad quam filii dei electi sunt agnoscũt: Vnde. 1. Ioh. 3. Postquã dixit quod filii dei sumus subdit Omnis qui habet hãc spẽ in eo, sanctificat se sicut il-

le sanctus est. Sanctitatē dei ostēdit nobis in hoc quod in tā
tū odio habet malitiā quod mori voluit vt malitia destrue
retur. Iuxta illud Aug. Cū innocēs occiditur peccatū cruci
figitur. Tertio debemus eū imitari in dilectione. 1. Ioann.
4. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniā filium suum
vnigenitum misit deus in mūdū vt viuamus per eū. Item
1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem dei quoniam ille
animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratri
bus animam ponere. Item deus nos tantū dilexit vt filium
suum daret. &c. Circa dilectionē dei nota quod ipse prior.
dilexit nos, hoc est contra quosdam, qui nolunt proximos
diligere, nisi prius ab eis amentur. 1. Ioan. 4. In hoc chari-
tas dei est non quasi nos dilexerimus eum: sed quoniam ip
se prior dilexit nos. Quarto eum imitari debemus in lar-
gitate quæ in hoc apparet, quia largitur beneficia sua a-
micis & inimicis, iustis & iniustis, iuxta illud Matt. 5. Qui
solem suum facit oriri super bonos & malos, Quinto in mi
sericordia. Lucæ. 6. capit. Estote misericordes sicut & pater
vester misericors est. Sexto in pacis amore, deus enim pacē
amat: Matth. 5. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur
sed quia deus est in summa pace quia ipse est pax quę exu
perat omnem sensum. Primo debes pacificare teipsum tibi
per pœnitentiæ disciplinam sicut ait Psalm. 83. Misericor-
dia & veritas obuiauerūt sibi, quia veritati confessionis oc
currit misericordia remissiōis Iniustitia & pax osculate sūt
quia iustitiæ satisfactiōis societatur pax pectoris. Deide de
bes pacificare teipsum proximo, sicut apost. ad Roman. 12,
Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus
pacem habentes. q. d. & si aliorum malitia impediat pacē
habere cum eis quantum in vobis est. Tandam pacifican-
do inter discordantes. Isai. 52. quam pulchri sunt super
montes pedes annunciantis & prædicātis pacem. Nam &
filius dei venit de sinu patris propter discordātes pacificā
dos. Bernar. Quibus laudibus dignum quanto amplectan
dum affectu fratrem summum qui sine querela cōuersans
inter fratres tota solicitudine cauet, ne quid in eo sit quod
ab eis cauere oporteat & quicquid est in aliis onerosum pa
tentissime portat qui singulorū scādala sua reputat. Septio
debemus imitari eū in patiētia. Ipse enim patiētissimus est.
Vltimū enī quod ipse faciet erit vindicta de inimicis suis.

hoc erit in die iudicii quādo dicet. Discedite a me. Matth. 25. Et ex hoc quod patiētissimus est sapiētissimus est. Item agnosci potest quod qui nō est patiēs, nō est pfecte sapiēs Prou. 14. Qui patiēs est multa gubernatur sapiētia, qui autē impatiēs est exaltat stultitiā suā. Et ī eodē: Impatiēs operabitur stultitiā ¶ Vltimo debemus eum imitari per perseuerantiā seu bonitatis imutabilitatē. Ipse enim dicit per prophetā Mala. 3. Ego Deus & nō mutor. Mat. 10. Qui pseuerauerit vsque finē, hic saluus erit. Eccle. 27. Hō sensatus ī sapiētia sua manet vt sol. Nā stult⁹ vt luna mutat. ¶ Nota quod sunt quidā qui deū solū superficialiter imitātur, vt hypocritę tales habēt imaginē dei depictā in se quæ imago faciliter vt pictura deleri solet. Qui vero dominū imitātur non solū exterius, sed interius imaginē dei habent in se quasi sculptā quæ nō de facili delebitur. Qui vero dum volūt imitari interius, diabolū exterius, quasi laruā diabolicā superponere volūt imagini dei, in hoc deo cōtumeliā inferentes, quia potius volunt diabolo assimilari q̄ Deo. Tunc subdit: Sicut filii dei. ¶ Notādū ꝙ iste articulus quod. s. vere fideles filii dei sunt est vnus de pulchrioribus articulis fidei nostræ, & esset valde vtile homini ad regendam vitā suam. Si in deū homo verā fidē haberet per totam vitē occasione huius eum imitaretur. Aliter viuit pauperis filius & aliter filius diuitis, In animalibus etiam est hoc verum. Aliter enim viuit agnus, aliter lupi catulus, In arboribus etiam videm⁹ quod secundum speciem arboris est species fructus. Et licet de hac paternitate & filiatione non possit haberi cognitio rei nisi per fidem, sicut nec de parentibus carnalibus, iuxta August, potest tamē & authoritatib⁹ & rationibus persuaderi, 1. Ioh. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filii dei nominemur, & simus. Et Matthæi. 23. Patrem nolite vobis vocare super terram, vnus est pater vester qui in cœlis est. Quid quadruplici ratiōe ostēditur. Primo per similitudinem quā hō habet ad deū. De qua habes. Ge. 1. Creauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suā. Sic enim perpenditur de aliquo quod sit filius eius quādo. s. est ei valde similis. Secūdo p hoc ꝙ naturalē filiū pro hoīe morti exposuit. Vnde Aug. Filii dei sumus. Vnde hoc probam⁹. Et resp̄ōdit: Mort⁹ est vnic⁹ ne remaneret vnic⁹, Tertio per hoc quod in mēsa altaris pane filio

rũ non pascit.s.cibo eodẽ quo angeli pascuntur,licet aliter. Quarto per hoc quod angelos hoĩbus ad custodiã deputa-uit.In psal.90.Angelis suis deus mandauit de te.Et Mat.18. Vide te ne cõtẽnatis vnũ de his pusillis,quia angeli eorũ sẽper vidẽt faciẽ patris mei qui in cœlis est.Itẽ notãdũ quod triplici ratiõe habet aliquis filiũ suũ charũ.Primo quia.vnicus secũdo quia ĩfirmus,tertio quia vltimo genit⁹ sic Iacob dilexit Ioseph super oẽs filios suos eo quod in senectute genuisset eũ vt legitur.Gen.38.Propter easdẽ causas est homo bonus deo charus.Primo quia pauci sunt boni.Math.22.ca. Multi sunt vocati.pauci vero electi.Itẽ.Eccle.1.ca.Stultorũ infinitus est numerus.Secũdo quia homo etiã,infirmus est ratiõe carnis quã habet,Vnde Mat.26.dicitur.Caro autẽ ĩfirma.Tertio quia homo etiã factus fuit vltimo inter cæteras creaturas sexto.s.die.Itẽ populus christianus in fine temporũ factus est.Specialiter vero homo potest dei charissim⁹ de⁹ filius,quia ab eo charissime emptus.Et sicuti homo charissimus deo,sic & deus charissimus debet esse homini. Vnde ingratissimi sunt peccatores,qui pro momentanea voluptate vel pro parua pecunia deũ vẽdũt etiã vilius quã Iudas,Iudas enim vendidit,eum triginta denariis,ipsi vero quandoque denario amittunt.Eccle.9. Auaro nihil scelestius. Præterea cum homo deo sit charissimus,non debet sibiipsi vilis esse.Augu.Appẽde te ex præcio ne tibi vilescas Sed pro multis verum est hoc verbum Senecæ quo nihil est cuiquam se vilius.Sotulares suos non venderent multi adeo vili foro sicut seipsos vendunt,nec immunditiam ita diu dimitterent in sotularibus suis sicut in seipsis.

¶Item notandum quod tribus de causis amittit aliquis patrem suum cœlestam, primo quia eum negat, & ideo merito negatur ab eo.Matthæi decimo. Qui me negau erit coram hominibus negabo,& ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Cum vix aliquis homo negat patrem suum,licet pauperem, quantam contumeliam facit patri cœlesti homo qui eum negat.Non est ignobilis pater iste quod aliquis deberet eum erubescere.Mira insania talium qui non erubescunt confiteri ad minus facto diabolum patrem & Deum erubescunt coram hominibus male agendo.Sed bene sunt similes illi qui erubesceret recte incedere,& non claudicare. ¶Secundo hunc patrem a

mittit qui coram eo indigna agit, vt fatuæ mulieres quæ timore paupertatis se prostituunt: cum tamen talem patrẽ habetur qui prohibet eis, ne etiam soliciti sint pro necessariis. Matthæi. 6. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus: aut quid bibemus? Propter eandam causam amittunt patrẽ suum, vsurarii, & illi qui fures sunt timore paupertatis. Mira insania talium qui potentissimum derelinquunt, & ad hostẽ crudelissimũ cõfugiunt, quasi ille potius velit, Vel possit subuenire eis quam pater eorum. Tertio patrem istum amittunt qui eius correctionẽ renuũt. Et merito, si enim pater carnalis habet correctionem super filiũ suũ cui paruam hæreditatem derelinquit, ne eam dissipet, quanto magis pater cœlestis debet corrigere eum, cui tantam reseruat hæreditatem. Augustinus. Quid mirum flagellat custodiens paruulos dominus quos grandes quærit hæredes. Item quis est filius cui non debetur disciplina patris. Idem Si promissa cognouisti non timeas flagellari, sed exhæredari. Sequitur. Et ambulate in dilectione, Hic ostendit in quo specialiter patrem cœlestem debemus imitari, quia in dilectione. Hęc enim sola est quę distinguit inter filios perditionis, & filios regis. Sicut dicit Augu. super illud. 1. Ioannis. 3. In hoc manifesti sunt filiis dei, & filii diaboli. Omnis qui non est iustus, non est, ex deo & qui non diligit fratrem suum. Per hanc viã. Christus ambulauit, hæc est via excellẽtissima. 1. Corin. 7. Adhuc excellentiorẽ viam vobis demonstro quod de charitate intelligitur. Hac via ambulate ĩ qua ambulare & proficere. Sequitur. Sicut Christus dilexit nos & tradidit seipsum pro nobis vitæ nostræ pœnam soluens quam nos soluere debebamus, Vel pro nobis sicut præcium traditur pro re quę emitur. Sequitur. Oblationem & hostiã deo in odorem suauitatis. ¶ Nota quod tripliciter reddit aliquid suauẽ odorẽ. Vel in igne positũ vt thus, vel atritum vt arromaticæ species, vel effusum vt vnguentũ. His tribus modis reddit Christus in cruce suauem odorem. Ibi enim attritus propter scelera nostra. Isa. 53. Ibi etiam fuit accensus quasi in camino dilectionis, fuit etiam ibi alabastrum sui præciosissimi corporis fractum, & effusum vnguentum sanguinis eius, & domus impleta est ex odore vnguenti, & suauitate illius odoris senserunt cœli & inferi. Odor iste diabolum de mũdo isto fugauit. Ioh. 12. Princeps huius mundi

eiicitur foras. Sicut odor vinearũ quę dũ florẽt bufones expellunt, sic odor ille de mundo isto diabolum expulit quoad magnã partẽ potestatis ei9, odor vero suauitatis fuit in christo deo ad satisfaciẽdũ pro nobis, nobis ad exẽplũ, demonibus ad exterminationẽ. Hãc suauitatẽ significabat suauitas odoris sacrificiorũ carnaliũ, de quo loquitur scriptura in diuersis locis. Gene. 8. Odoratus est deus odorẽ suauitatis, & ait ad Noe: Nequaquam maledicam terræ propter hominem Sũt tamẽ aliqui qui hũc odorẽ Christi nõ sentiũt, qui sine dubio aut mortui sunt, aut fœtidi. Ber. Qui odorẽ tuum Christe nõ sentit, aut mortuus est, aut fœtidus. In dilectionis huius effectũ monemur, vt imitemur Christũ. vt s. offeramus nos ei oblationẽ & hostiã in odorẽ suauitatis. Simile Rom. 12. Obsecro vos per mĩam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ. Sed hodie pro magna, parte ipletum est illud. Iohel. 1. Periit de domo domini sacrificiũ, & libatio. Multi tamen tribulationib9 atteruntur, nec odorem suauitatis, sed potius odorẽ fœtoris reddũt. Quãdo etiã pauperes ab eis petũt eleemosynas, non dãt vnctionẽ pietatis, sed exit ab eis lapis duræ obiurgationis. In multis etiã quæ deberent facere cũ igne diuini amoris, est potius aqua fœtidæ voluptatis. ¶ Item notandũ quod in hostiis legis quædam animalia offerebantur quę vitia significabant, & mactatio eorũ significabat eorũ destructionẽ, quæ fuerunt deo sacrificium valde gratũ vt in hirco vel in capra, vel in tauro, vel vitulo. In hirco, vel in capra fœtens iniquitas intelligitur, in tauro superbia, in vitulo lasciuia. In quibusdã vero animalibus virtutes significabantur, quorum oblatio significabat oblationem quam deo faciunt, qui peccato mortui in virtutibus deo viuunt, vt in oue, vel agno, vel columba, vel turture. In oue simplicitas intelligitur, in agno ignoscen ia, in columba socialis dilectio, in turture castitas, variasque deo hostias spiritualiter offerre debemus.

❧ Feria. II. Sermo. I.

M vlti leprosi erant in Israel. Lucæ. 4. Lactantius libr. 4. di. Pagani quando sunt in aduersis, tunc Deum inuocant non deos sed quando sunt in prosperis, tunc colunt, & inuocant deos moraliter sic est de reprobis christianis qui in aduersis ad vnum solum Deum fugiunt pro remediis, sed in pre=

speris multorum falsorum deorum sunt cultores. Deutero. 32. incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit deum factorem suum, & recessit a deo salutari suo, Sed diceres, tamen credo in vnum deum. Respondet August. Hoc est bene credere nō peccare hoc est male credere in peccatis perseuerare, nam quanta habes crimina in dilitiis, tot habes deos quibus seruis vt pote si diligis gulam, vēter tuus deus est. Philip. 3. Quorum deus venter est. Si diligis auaritiam, nonne argentum & aurum deus tuus? Si diligis luxuriam pulchra mulier tuus deus est. Rom. 1. Seruierut potius creaturæ quam creatori, Sed hæc omnia vana. Psalm. 143. Beatus populus cuius dominus deus eius. Et Psalm. 72. Mihi adhærere deo bonum est ponere in deo spem mea. De quo introitus: In domino laudabo verbum in deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. Psalm. 56. Miserere mei deus miserere quoniam in te confidit anima mea. Huc Psalmum fecit Dauid cum fugeret a facie Saul. 1. Regum. 21. Et venit ad Achis regem Geth, tunc dixerunt serui Achis: Numquid iste est Dauid de quo canebant, Saul percussit mille, & Dauid decem milia. Hoc audiens Dauid timuit & simulauit se fatuum. Et si dixit Achilis ad seruos suos: Nunquid desunt nobis furiosi? quare induxistis eum? & sic serui regis Geth amouerunt eū, & sic euasit manus Saul. Et fecit hunc Psalmum, quia confidentia in deum saluabit eū. Et sic collecta: Cordibus nostris gratiam tuam benignus infunde, vt sicut ab escis carnalibus abstinemus, ita sensus quoque nostros a noxiis retrahamus excessibus. Et talem confidentiā habuit Naaman in epistola. Et mulier vidua in euangelio. Cum mulier viduæ, & cæ. Quæ credidit aliis dubitantibus, Matthæi. 17. Omnia possibilia sunt credenti. Aliud thema. Tria sunt in mundo omnibus diuitiis meliora quę sunt lux dei sapientia dei & corporum medicina. De primo Ecclesiastes. 11. Dulce lumen H delectabile est oculis videre solem, Ideo Thob. 5. Quale mihi gaudium qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video. Secundum est scientia vel sapientia dei. Sapi. 7. Quoniam omne aurum in comparatione illius arena est extingua. Nam carētes illa vani sunt. Sapiē. 13 Vani sunt omnes homines in quibus non est scientia dei. Et tales repelluntur. Oseæ. 4. Quia tu repulisti scientiam repellam te ne fungaris sacerdotio. Tertiū est medicina cor-

porum. Ecclesiast. 38. Altissimus creauit de terra medicinã vir prudens non abhorrebit eam, Sic in proposito Christus lux est. Ioannis. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. ☞ Sed diceres, ex quo lux communis est, cur non omnes illuminantur? Respõdetur quod nõ est defectus luminis, sed malorum oculorum, id est diffidãtia. Ideo canitur introitus, In deo, & cæ. Secundo est sapientia dei. Coloss. 2. In eo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. sed non est defectus sapientiæ sed duritia cordium. Ideo in collecta dicitur. Cordibus nostris gratiam tuam benignus infunde, Ipse est medicus. Psalm. 102 qui sanat omnes infirmitates tuas. De quo epistola & euangelium. Multi leprosi, & c. ¶ Nota Christus dicitur medicus secundum carnem, quia omnis caro Christi, & omnes sensus eius exteriores. & interiores erant medicina languẽtium, Primo oculorum radii erant dulciter attractiui vt patet in Petro. Lucæ. 22. Cõuersus dominus respexit Petrum. Secundo aures plene misericordia. Psalm. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et sic leprosi Lucę. 17. clamantes dicebant. Iesu præceptor miserere nostri. Tertio os eius velut dorix fluuius de virente fluens paradiso. Ecclesi. 24. Vnde Ioanni. 7. Aliqui ex turbis laudabant verba eius dicentes. Vere hic est propheta. Ailii dicebant. Hic est Christus, & c. Sputo & luto sanauit cæcum. Ioan. 9 Saliua mutum fecit loqui. Marc. 7. Quarto vestimentorum tactu fluxum sanguinis restrinxit in muliere duodecim annis patiente quæ omnem substantiam suam cum medicis cõsumpserat. Lucę. 8. Quinto tactu manuum suarum mortuos suscitauit. vt patet in filia principis synagogæ. Matth 9. Lucę. 7. de filio viduæ vbi tetigit loculum. Augustin. de verbis domini. O quãta bonitas huius medici. s. q̃ de sanguine suo interfectori suo medicamentum fecit, vt patet in Longino. Ioan. 19. August. Quid amplius cum totum quod erat, quod viuebat, quod loquebatur, & faciebat medicina erat non solum corporum, sed animarum. Bernard. Omniũ virtutum origo ex ipso erat & sancta desideria ex illo manant. ☞ Item aliud thema. Medice cura te ipsum. Lucæ quarto. Infirmus a quocunque medico capit sanitatem, vt eum iuuet, eundem collaudat etiam publice. Spiritualiter, Tantum vnum habemus medicum spiritua-

lem qui nos sanauit ab omnibus infirmitatibus nostris, quem collaudat Dauid Psal.102.Benedic anima mea domino qui sanat omnes infirmitates tuas. Quē medicum collaudat ecclesia sancta in introitu missæ,in domino laudabo vrrbum,&c.Et in epistola Naamā fuit leprosus & mūdatus est.Et ait.Vere scio quod non est alius deus nisi tantum deus Israel.Hunc medicum laudabilem renuerunt.Iudæi dicentes in incredulitate.Medice cura teipsum. ☞ In summa euangelii tria innuūtur.Primo beneficiorum subtractio dispensatiua Ibi.Quanta audiuimus.Secundo pessimorum inculpatio causatiua ibi. . . mendico vobis.Tertio maleficiorum illatio charitatiua,bi. Et repleti sunt &c.De primo dicit.In illo tempore,s.post tentationem de diabolo venit Iesus inciuitatem Nazareth,intrās synagogam in sabbato,& surrexit legere in libro vbi scriptum inuenit illud Isai.61.Spiritus domini super me eo quod vnxerit me &c.Et dixit.Hodie completa est hæc scriptura in auribus vestris.Et illud isaiæ.11.Egrediturvirga de radice iesse,& flos &c.q.d.Ego sum flos iste qui conteretur in mortario crucis & ibi emanabit vnguētum quod sanat cōtritos corde & aliqui testimonium dabāt,aliqui cōuiciabātur vtpharisęi dicentes.Nonne hic est filius fabri?Beda.Magna cæcitas Iudęorum eum quem verbis & factis Christū cognoscunt:ob solam generis notitiam contemnunt. Isti tamen scribæ verum dicebant nesciētes.Erat enim filius fabri,sed non illius cuius ipsi putabant,sed fabricatoris omnium de quo Psal.73.Tu fabricatus es auroram & solem.Ipse enim in principio cœlum & terram fabricatus est. ☞ Nota ad opus fabrile primo requiritur fabrica,& sic omnium rerū diuina prouidentia ex qua vniuersa procedūt opera.Ephe.1 Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati,qui prædestinauit nos in adoptionē filiorum per Iesum Christum secundum propositum volūtatis suæ. ☞ Secundo ignis mollificans qui est patris popotentia.Deuteron.9.Deus noster ignis consumens est,Hūc ignem petit.August.in lib.soli loqui.ca.38.dicens. O ignis sancte qui semper ardes & nūquā extingueris,deus meus accende me totum,Ille ignis semper lucet.1.Ioan.1.Deus lux est & tenebræ,non sunt in eo.1.Timoth. Qui habitat lucem inaccessibilem.

¶ Tertio flatus inflammans ignem qui est spiritussan-cti clementia. Psal. 147. Flauit spiritus eius & fluent atque id est, materiæ creabiles. ¶ Quarto manus operans quæ est verbi æterni efficentia, Iob. 10. Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totum, &c. Augu. Manus dei est filius patris. Et hic accipitur, Iohan. 1. Omnia per ipsum facta sunt.

¶ Quinto malleus formans qui est diuina sapientia. Sapien. 11. Omnia mensura numero & pondere disposuisti. Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti. Ecce quomodo animabus dedit nobilitatem, & cordibus nostris excellentem dignitatem quia ea vasa cœlestis gratiæ dei fecit.

¶ Sexto intus conseruãs, & est æternitatis permanẽtia, q̃a hic faber quod ab æterno disposuit in tẽpore fecit & æternaliter colligit. August. 11. de ciuitate dei. Non est ars excellentior dei verbo. Item sicut faber diuersa genera vasarum fabricat, sic & Christus. 1. Cori. 12. Dedit dominus quosdã apostolos, alios euangelistas. Iste faber habuit duodecim seruos qui conflauerunt spiritu, & igne clauem regni cœlestis. Deinde dixerunt, Quanta audiuimus facta in capharnaum fac & hic in patria tua, quasi dicerent. Multa audiuimus a te facta miracula, sed non credimus, si facis alienis fac & compatriotis. ¶ Moraliter Capharnaum interpretatur villa consolationis, & signat peccatum. Lucæ. 6. Væ vobis diuitibus qui hic habetis consolationem vestram. Mat. 11. Tu Capharnaum nunquid vsque ad cœlum exaltaberis vsq; ad ĩfernũ descẽdes, & sic tu peccator fac in patria tua id est, in pœnitẽtia. Nã pœnitentia dicitur patria hominis quia ibi homo reuertitur ad patrem & matrem. Quia pœnitentia nihil aliud est nisi conuersio ad deum sicut peccatum est auersio a deo. Item in patria amici visitantur. Ruth. 1. Cum noemi venit ad patriã vicinæ mulieres ibant ad eam. Luc. 15. Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente &c. ¶ Dixi secũdo tangitur pessimorum inculpatio causatiua di. Vtiq; diceris mihi hanc similitudinem medice cura teipsum, id est, tuos compatriotas quibus magis teneris impendere beneficium charitatis Sicut enim medicus verus citius & libentius curat seipsum & alios ad se pertinentes quam extraneos, ita dicebant & ei. Si vera mi acula faceres vtique apud p[illegible] nostros & in ciuitate tua potius faceres vbi cõceptus es s[illegible] Nazareth,

quam apud extraneos. Respondit autem Iesus Amen dico vobis nemo propheta acceptus est in patria sua, quasi dicat Ideo non operor vobiscũ miracula, quia estis increduli mihi & nõ sum acceptus a vobis. Ratio huius rei est superbia actus inuidia fructus persecutio & malitia. August. libr. 11 super Genesim. Superbia est amor propriæ excellentiæ, & amãdo quis propriam excellẽtiam vel paribus inuidet vel superioribus quod eis non ęquatur. Sed quia Christus de humilibus parentibus & pauperibus fuit ergo inuidebant ei ne super eos cresceret quando familiari eius erat quia familiaritas parit contemptum. Ergo dicitur Ioan. 7. Quomodo hic literas scit cum nõ didicerit, Sed cum videbant eum miracula facientem vltra facultatem humanã inuidebant ei. quia secundum Aug. Omnis superbus est inuidus sicut diabolus. Et quia ipsi videbantur iusti, sed fuerunt falci ideo vero iusto inuidebant. Et hoc non solum in Christo sed quasi in omnibus prophetis ostenditur, vt in dauid. 1. Reg. 25. de quo dixit Nabal. Qui est Dauid & quis est filius Isa. Similiter in Ioseph qui in propria terra affligitur, & in aliena extollitur. Genes. 38. Similiter in mose. Nume. 12. Maria & Aaron rixantur cõtra Mosem alii autem obediunt ei. Hoc ostenditur per exempla duorum prophetarum exemplo. s. Heliæ & Helisæi. De Helia habetur. 3. Reg. 17. vnde sequitur. In veritate vico vobis multæ viduę erãt in diebus Heliæ in Israel quando clausum est cœlũ annis tribus & mensibus sex cũ facta esset fames magna in vniuersa terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in sareptam sidoniorum ad mulierem viduam. q. d. secundum glosam Bedę Non est contrariam exemplis prophetarum quod ciuibus meis fastidiosis diuina beneficia vobis subtraho quia sicut tempore famis nemo in Iudęa dignus est repertus hospitio Helię, sed exterę gentis vidua est quęsita quæ a tanto propheta visitaretur. Et sicut multis leprosis ibidem existentibus solus naaman syrus qui deuote quęsiuit est curatus, sic & vos mõ q me ex inuidia spernitis superno munere estis priuati si nõ causa meæ impotentiæ sed vestræ inuidiæ.

¶ Nota quod triplex beneficiũ. Helias suis subtraxit. Primo beneficiũ cœlestis pluuiæ quod notatur ibi quãdo clausum est cœlũ, & c. Secũdo tẽporalis alimoniæ quod notatur ibi. Cum facta esset fames & c. Tertio corporalis presentię ca-

tētia quod notatur, ibi. Et ad nullam illarum missus est Helias sicut patet. 3. Reg. 17. ℭ Sciendum etiam quod sarepta est modica vrbs inter Tyrum & Sydonē. Vnde & sylua iuxta vrbē illam dicitur sarepta. Sidonia vero est regio Sydoniorum, Porro secundū glosam præ tactum textum exponendo aduertandū quod hoc factum prophetæ mystice superbiam Iudæorum & fidem ac salutem gētiū designat. Nam vidua præ monstrat ecclesiam gentium quæ diutius a suo creatore deserta remāserat. Hęc filium pauperem nutriebat, filium qui a populum rectæ fidei nesciuit quasi pauperem filiū egena stipe nutriebat. i. verbo sæcularis scientię absq; humilitatis fructu docebat. Bene hęc vidua in sarepta Sydoniorum fuisse dicitur. Sydonia nanque dicitur venatio inutilis, sarepta autem incendium vel angustia panis interpretatur, Quibus omnibus gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi debita erat. i. lucris ac negotiis secularibus interueniēs. Eratque in sarepta incendium, videlicet carnalium voluptatum. panisque spiritualis patiebatur angustias Ad hanc missus est Helias. i. sermo propheticus quę in Iudęa fame periclitabatur clausa cœli ianua, id est, scripturarum intelligentia cessante ex demerito infidelitatis Iudæorum. Venit ergo sermo propheticus ad ecclesiam vt pasceret, vt videlicet receptus a credentibus reficeret corda credentium. Vbi ergo antea panis spiritualis erat in angustia ibi farina & oleum ore prophetico benedicitur, id est, fructus & hilaritas charitatis vel gratia dominici corporis & vnctio chrismatis indefectuoso verbi cœlestis munere fœcundatur. Et hactenus hæc diuina munera apud ecclesiam non deficiunt. Pulchre igitur hęc mulier facture misticum panem duo colligit ligna, vbi non solum vnum lignum nominauit, verū duo lingna dixit, per quod reuera figura crucis euidentissime exprimitur, in qua nobis præparatus est panis vitæ æternæ, hæc omnia glosa. ☙ Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorū mundatus est nisi Naaman sirus. Vbi nota sicut Helias beneficia sua subtraxit, ita Heliseus extraneis puta Naaman Syro beneficia cōtulit, quia deuote quesiuit, sicut dicitur. 4. Reg. 5. His exemplis probatur quod dominus Iudæis beneficia miraculorum subtraxit & alienigenis exhibuit non erat contrarium prophetarū exemplis. Et si illi duo magni prophe

tæ non erant accepti in patria sua, multo magis nec minores prophetæ fuerunt in propria patria accepti. ☞ Nota quod notanter dicit sub Heliseo qui rector totius populi fuit, propter quod eo moriente dicebat Ioas rex Israel. Pater mi, pater mi currus Israel & auriga eius. 4. Reg. 13. Per hunc Naaman qui decorus vel pulcherrimus interpretatur populus gentium intelligitur qui antequam in Christum credere scelerum lepra erat maculatus sed credendo per baptismum purgatus est. Hic Naaman puellæ consilio ad prophetã venit, quia gratia supernæ aspirationis populus gentiũ cœpit salutem quæ in Christo est sperare. Et tũc septies iubetur in qua lauari propter septiformis spiritus gratiã. Et tunc caro eius sicut caro pueri restituitur, quia cuncti in vnam infantiam sunt restituti. Nec illud vacat a mysterio quod partem terræ sanctæ secum tulisse dicitur, quia baptizati corporis & sanguinis domini participatione debent cõfirmari. ☞ Dixi tertio tangitur maleficiorum illatio charitatiua, quod iracundiæ probat crudelitas: cum subdit: Et repleti sunt omnes in synagoga ira hæc audientes, quia videbatur eos notare de incredulitate, & quia deuotio gentium videbatur deuotioni eorum præferri, ideo non est mirum quod repleti sunt ira, quia non amat pestilens eum q se corripit, sicut dicitur. Prouer. 15. Et tullius de vera amicitia similiter & Terentius in Andria. Obsequium amicos veritas odium parit. Ecce res nobiles, scilicet veritas ignobile, id est, odium generat. Sic licet sol vermes procreat, hoc tamen non est ex vicio solis, sed terræ infectæ. O quam mirabilis peruersitas vbi ex verbis gratiæ sumpta est occasio iræ. Vnde Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis turbati sunt omnes insipientes corde. Et surrexerunt & eiecerunt eum extra ciuitatem. Glo. quod dominus de eis supra dixerat hoc ipsi de se verũ esse facto ostendũt, quia eiecerunt eum extra ciuitatem nec salutem merentur, qui saluatorem de suis finibus expulerũt. Hæc glo. Tãdem vero eum extra ciuitatem crucifixerũt. Heb. 13. Extra portam passus est. Ecce quomodo mala pro bonis sibi retribuebant, qui enim populis sanationem effudit maleficia & irrogatas iniurias sensit Psalm 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Exeamus nos charissimi ad Christum extra terrenam ciuitatem ne extra ciuitatem cœlestem æternaliter

proiiciam ur. ¶ Duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quē ciuitas illorum erat edificata vt præcipitarēt eum. Vnde Beda. Peiores Iudæi discipuli magistro diabolo ille ait verbo. Mitte te deorsum, iste facto præcipitare conantur. Hæc ille. Notatur hic etiam quod quidem eiiciant dominum extra ciuitatem ad præcipitendum sicut ambitiosi qui de culmine dignitatis quā appetunt in seipsis præcipitant Iesum. Sicut lucifer qui dixit. Isa. 14. In cœlum conscendam & ero similis altissimo. Qui ob hanc rem e cœlo eiectus est vsque in profundum laci infernalis. Alii lapidant IESVM sicut detractores qui signantur per Iudæos Ioan. 8. Tulerunt lapides Iudęi vt iacerent in eum Alii crucifigunt Iesum, sicut obstinati qui in malo sunt perseuerantes ad Hebræ. 11. Rursum crucifigentes sib metipsis filium dei. Hi omnes dicunt illud Lucę. 19. Nolumus hunc regnare super nos. Ipse autem transiens per medium illorum ibat Per potentiam enim diuinitatis stabat inter eos, vt non apprehenderetur per eadem potentiam per medium eorum ibat non enim ferebatur armatus vt hanc diuinitatem intelligentes a consilio mortis eis inferendæ animos suos reuocarent, Et vt ad hoc illis locum reseruaret pœnitentiæ, ideo etiam noluit præcipitari quia nondum venerat hora passionis eius, scilicet parasceue pascæ, quia propter hoc tempore mortis ierat in Hierusalē & non in Nazareth. Nō enim ipse Christus elegi mori in Nazareth, nec etiam a Nazarenis voluit præcipitari, Sed a Hierosolymitanis voluit crucifigi. Nota ꝙ solent aliqui hodie habere huiusmodi superstitionē vt cū hoc euangeliū legitur scribunt illud. s. Iesus autē transiēs per mediū illorum ibat. Contra quos dicit Chrys. super. Matt. Incipiens nonne quotidie euangeliū in ecclesia legitur & auditur ab hominibus. Cum ergo in auribus posita euangelica verba nihil prosunt, quomodo possunt circa cola suspensa saluare. Noli ergo patrem euangelii in pera vel in collo portare sed in corde. Hoc enim plus prodest quam si in solis literis in collo portes.

¶ De eodem Sermo. ii.

MVlti leprosi erant in Israel sub Helisęo propheta, & nemo illorū mundatus est nisi Naaman Syrus. Lu. 4 ¶ Inter cęteros morbos lepra est abhominabilior, inter omnes sordidior est enim morbus fœtidus, sitibūdus & cōtra

giosus. Inquantum est morbus fœtidus signat luxuriam inquantum est morbus sitibundus signat peccatũ auaritæ, inquãtum est morbus cõtagiosus signat peccatũ superbię. Lepra enim inquantũ est morbus fœtid⁹ significat peccatũ luxurię quę corãdeo & hoĩbus fœtet. Ioh. 1. Cõputruerunt iumenta in stercore suo. Gre. Iumẽta quędã tn stercore putrescere est carnales hoĩes in stercore luxurię vitã finire. Tunc enim luxuriosus est fœtidus qñ est catriduanus. Iohan. 11. domine iam fœtet quatriduanus est. Prima eñ dies est mala cogitatio & delectatio: & tunc adhuc non fœtet. Secũda est malus cõsensus, quæ similiter adhuc nõ fœtet. Tertia est malũ opus, & tunc licet animus sit mortuus: tamen pro vnico actu adhuc nõ fœtet. Quarta est mala consuetudo cũ impœnitẽtia & tunc anim⁹ est mortuus & fœtidus. Ista sunt quatuor scelera damasci de quibus Amos. 1. super tribus sceleribus Damasci cõuertã, & super quartum nõ cõuertã eũ. vbi di. Glo. Primũ peccatũ est male cogitare, Secundum cõsentire. Tertiũ opere ad ĩplere. Quartũ nõ pœnitere. Et subdit glos. Qui in tribus prioribus peccat si pœnitet cõuertit eum deus ad nutũ clementię suę. Si vero nõ pœnitet auertitur ab eo vultus clemẽtię suę. Et quia animus carnalis fœtet in vita per culpã, ideo fœtebit in inferno p̱ pœnam qui fœtor causatur a quatuor. Primo a fœtendi loco, quia terra infernalis tota fœtida est: quia oĩm immunditiarum sentina est oẽs enim immundicię post iudiciũ ab his rebus separabuntur & in cloacam infernalẽ proiicientur. Secundo causatur a fœtenti cõsortio dæmones enim qui sunt socii dãnatorũ sunt valet fœtidi. Vnde Iohe. 2. dicitur primo angelo. Ascẽdet fœtor eius ascẽdet putredo eius quia superbe egit. Tertio causatur a fœtendi supplicio quia fœtẽti pœna. i. sulphurea punientur. Psa. 10. Ignis sulphur spiritus procellarũ pars calicis eorũ. Quarto causa꞉ a fœtẽdi corpore suo, quia corpora damnatorum fœtida erunt. Isa. 34. De cadaueribus eorꝫ ascendet fœtor. Secũdo lepra est morbus sitibũdus. & quãtũ ad hoc signat peccatũ auaritię. Auar⁹ enim adeo sitit ꝙ satiari non põt. Nã sicut. Prou. 30. dicitur tria sunt insaturabilia. quartũ qđ nunquã dicit sufficit. Infern⁹: & os vuluę & terra quæ nunquã satia꞉ aqua, ignis vera nunquã dicit sufficit. Infernus enim quãuis sit insatiabilis ex eo ꝙ quotidie quasi infinitas aĩas recepit & satiari nõ põt, tẽpus tamẽ

veniet quãdo dicet sufficit, Iudicio enim extremo celebrato infernus cõplebitur & manu dei claudetur, & tũc dicet sufficit nolo plures. Similiter carnis cõcupiscẽtia licet sit famelica & satiari nõ potest tñ tẽpus veniet qñ dicit sufficit. Quando enim hõ totaliter dissuescit, ita ꝙ calor naturalis in eo penitus deficit tunc carnalis cõcupiscentia dicet sufficit. Similiter terra sitiẽs quãtũis aquã absorbere desiderat, tẽpus tamẽ veniet qñ dicet sufficit. Ignis autẽ insatiabilior est inferno cõcupiscẽtia & sitiente terra. Nõ enim dicit sufficit quãdo est plenus lignis sicut dicit infernus quando est plen⁹ dãnatis nec dicit sufficit ꝓ diuternitatẽ tẽporis sicut dicit carnalis cõcupiscẽtia, sed si ligna essẽt perpetua ignis esset perpetuus. Nec dicit sufficit præ nimia abũdantia plurimorũ lignorũ imo ex hoc magis augetur & ideo merito per ignẽ auaritia designatur quæ est insatiabilior inferno concupiscẽtia & sitienti terra. Primo igitur auarus est insatiabilior quã infernus, qui postquã plenus est dicit sufficit Auarus autẽ quanto plenus habet tanto magis est cupidus Prou. 27. Infern⁹ & ꝑditio nũquam implantur similiter & oculi hoĩm insatiabiles sunt Eccle. 5. Auarus nõ implebit pecunia Scd'o auarus est insatiabilior quã carnalis cõcupiscẽtia quæ in hoĩe sene dicit sufficit. Auaritia aũt in hoĩe sene nõ senescit, sed iuuenescit amplius. Tullius: Auaritia quid sibi vellit nõ intelligo, Quid enim absurdi⁹ esse potest quã quomin⁹ restat Viȩ eo ampli⁹ viaticũ quȩrere. Tertio auarus insatiabilior est terra sitiẽti quæ dicit sufficit qñ est magna innundatio aquarũ & qñ ipsȩ aquæ superabũdãtes ꝑ diuersa loca discurrũt. Auarus aũt si habet magnã abũdantiam diuitiarũ, nõ tamẽ dicit sufficit. Et si diuitiȩ suȩ discurrant ad terrã lõginquã & diuersas nũdinas, nõ tamẽ dicit sufficit. Sicut igitur ignis nõ dicit sufficit, qñ plenus est lignis sicut infernus qñ plen⁹ est hoĩbus damnatis. Et sicut ignis nõ dicit sufficit quantũcunque sit diuternus positoꝙ habet ligna supposita: & sic de carnali cõcupiscẽtia. Et sicut ignis nõ dicit sufficit qñ habet magnã abũdãtiã lignorũ sicut dicit terra sitiẽs qñ habet abũdãtiã pluuiarũ, sic ignis auaritie nõ dicit sufficit in hoĩe diuitiis pleno. Ecl. 24. Aĩa calida quasi ignis ardẽs nõ extinguetur donec aliquid deglutiat, & homo nequã in ore carnis suæ nõ desinet donec incendat ignẽ. Tertio lepra est morbus cõtagiosus, &

quantum ad hoc signat superbiam quæ est cõtagiosa iuxta illud Ecclesi. 13. Qui tetigerit piscẽ inquinabitur ab ea & qui communicauerit superbo induet superbiam. Et assimilatur superbia pici, quia sicut multę adhærentiæ est pix sic sup̃bia animã obscurat & impedit ne veritas ad eam transeat. Greg. Timor mortis est obstaculum veritatis. Et est tantæ adhærentiæ, quod aliis vitiis superatis ipsa superari non potest. Nam inter vitia ipsa est prima in accessu continua in processu & vltima in recessu. Non solum autẽ sup̃bia sed etiam omne aliud peccatum mortale de se est contagiosum, Sicut enim leprosus generat leprosum corporaliter, sic peccator generat alium peccatorem spiritualiter 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quãdo sani stant cum sanis in sanitate mutua se conseruant. Quando vero leprosi stãt cum leprosis isti magis se viuãt ac corrumpunt de quo non modicum cauendum. Quando vero sani stant cum leprosis, vel econuerso sani sæpe inficiuntur a leprosis, Leprosi autem in multis iuuantur a sanis Ideo non est leprosis standum cum sanis, imo valde nocinum est. Sed periculosum est sanis stare cum leprosis eodẽ modo quando boni stant cum bonis mutuo ad bonum se prouocant. Vnus enim alium prouocat ad humilitatem alius alium ad patientiam, & sic de aliis. Prou. 27. Ferrũ ferro exacuitur & homo exacuit faciam suam amici. Psal. 18 Dies diei eructat verbum & nox nocti indicat scientiã. Bonus est enim qui est dies dat alteri diei, i. alteri bono homini documentum. Sed econuerso nox, i. malus homo dat alteri malo malam doctrinã, & sic peiores efficiuntur. Apocalyp. 22. Qui nocet noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc. Quando vero boni stant cum malis vel econuerso non est periculũ malis sed vtile quia sæpe meliorantur. Est autem periculum bonis quia sæpe viciantur Psalm. 17. Cum peruerso peruerteris, &c. Prouuerbi. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Amicus stultorũ efficietur similis ideo non dixit dominus Babylonicis vt exirent de medio populi sui sed dixit populo suo vt exirẽt de medio Babylonis quia populus dei in multis prodest populo diaboli Hier. 51. Egredimini de medio Babylonis populus meus vt saluet vnusquisque animam suã ab ira furoris domini. Et ne forte mollescat cor vestrum & timeatis

auditũ qui odietur in terra. Ex quib⁹ verbis habetur quod ille q vitat malas societates quatuor mala vitat. Primo aĩe suæ perditionẽ, ideo post q̃ dixit, Egredimini de medio Babilonis populus meus, Subdit vt saluet vnusquisque animã suã quæ sæpe ĩter malos boni aĩas suas ꝑdũt. Secũdo vitat diuinã indignationẽ quã sępe incurrũt illi qui inter malos habitãt, Ideo subdit: Ab ira furoris domini. 2. Para. 19. His qui oderunt dominũ amicitia iũgeris. Et idcirco irã domini merebaris. Tertio vitat mẽtis eneruationẽ, quia sępe boni habitãtes, cũ malis arigore virtutum mollescũt, Ideo subdit. Ne forte mollescat cor vestrũ. Quarto vitat diabolicã tẽtationẽ quia sæpe diabolus peruertit bonos. Ideo subdit Ne timeatis auditũ qui audietur in terra. Iste audit⁹ est diabolica suggestio qui sępe diabolus infestat bonas, vt possit eos corrumpere per malos. ¶ Item nota lepra quatuor modis sanatur. Primo cõfessiõe. Leui. 14. Hic ritus leprosi erit quãdo mũdãd⁹ est adducetur ad sacerdotẽ. Vnde leprosis dictũ est. Luc. 17. Itẽ & ostẽdite vos sacerdotibus. Isidori⁹ Confessio sanat, cõfessio iustificat & peccãti veniã donat. Iacob. 5. Cõfitemini alterutrũ peccata vestra. &c. ¶ Secundo sanat̃ eleemosyna. Luc. 11. Quod superest date eleemosinã & oĩa mũda vobis erũt. Figuratur Leui. 13. Imponens leprosis Moses offerre sextarium, i, sex opera misericordiæ ¶ Tertii contritione. Figuratur. 4. Regũ, 5. Naamã septies lauãdo se in Iordane. Tren. 2. Educ quasi torrẽtem lachrymas, Et sic Psal. Lauabo per singulas noctes, &c. Isa. 1. Lauamini mundi estote. ¶ Quarto oratione, vt pater de decẽ leprosis, Lucę. 17. Leuauerunt vocem suam qui ꝓpria oratione sanati sunt. Similiter aliena. Figuratur Nume. 12, Moses orauit pro sorore eius & mundata est. ¶ Qinto domini passione. Figuratur. 4. Reg, 5. 4 in Naamã q septies se lauit in Iordane. i. in sanguine Cristi quem septies fudit Primo incircunsione contra luxuriam quæ in isto membro polluit. Secundo in sudore contra gulam de qua nascunt̃ humores. Tertio in capite contra superbiam: Augustinus. Sub spinoso capite nan decet hominem esse deliciosum. Quarto in corde cõtra iram. Philosophus .2. de animi, Fra ascensio est sanguinis circa cor. Quinto in flagellatione contra inuidiam. Sexto in perforatione contra auaritiam Ipse enim habet manus extẽsas vt daret vniuersaliter a p

tas vt daret liberaliter. perforatas vt daret totaliter. Sptimo in pedum affixione contra acediam. Psalm. Intingat pes tuus in sanguine. Ibi nos lauit. Apo. 1, Dilexit & lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris. Bernard. O bone Iesu quid retribuā tibi pro omnibus fatigationibus tuis, pro sudoribus & lachrymis tuis, pro variis discursibus quos fecisti in medio nationis prauæ. Et si distribuero omnem substantiam meam in vsus pauperū & tradidero corpus meū ita vt ardeat non ero condignus prouidentiæ tuæ. Accipiā tamen calicem passionis temporalis vt reclinet oculos meos ad lachrymas tuas.

¶ Feria. III. Sermo. I.

VBi duo vel tres cōgregati fuerīt in nomine meo in medio eorum ego sum Matthæi. 18. Existens in angustiis & tribulationibus solet hoc conqueri amicis suis fidelissimis quærens iuuamen & consolationem ab eis. Ecclesiast. 6. Si possides amicum in tentatione posside illum. Nam, amicus fidelis protectio fortis. Item amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitas, Spiritualiter. Et sic nos ad Christū Et hoc facit ecclesia in introitu. Ego clamaui ad te domine quoniam exaudisti me inclina aurem tuam ad præcem meam & exaudi verba mea, custodi me vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. Et in collecta. Exaudi nos omnipotens & misericors deus & continentiæ salutaris nobis propicius dona concede. Et quod hoc debemus facere figuratum est in epistola hodierna quæ scribitur. 4. Regum 4. Mulier quædam in tribulatione existens cui vir mortuus fuerat & creditor venit volēs tollere ambos filios. Ipsa conquerebatur Helisæo prophetæ qui multiplicauit modicum oleū & impleuit omnia vasa, & sic fecit vendere oleū & soluere creditori. Spiritualiter vidua ī tribulatione existens est conscientia in peccato. Augustinus: Peccatum est sibiipsi pœna. Et principaliter creditor id est diabolus si velit tollere ambos filios, id est, corpꝰ & animam valde ad Helisæum, id est, Christum qui interp̄tatur salutare dei meꝰ, & ipse omnia vasa, id est, cor & animā & conscientiā & intellectum implebit oleo dilectiōis & hoc oleū vende, id est, impartire, s. deo tibi & proximo & solue creditori & reliquū sit tibi. Et sicut Heliseus audi

uit viduam,sic & Christus nos vt patet inverbis pręmissis Vbi duovel tres,& c. ¶ In summa euangelii tria innuuntur Primo fraterna correctio cum dicitur.Corrip e inter te & ipsum,& c.Secundo dei benigna exauditio,ibi.Si duo exvo bis consenserint.Tertio innuitur beniuola remissio,ibi .Septuagies septies.De primo dicitur. In illo tempore .s.cum ait quod voluntas patris non est vt pereat vnus de pusilis istis,quia maius gaudium oritur de oue inuenta quæ errauit quam super nonagintanouem quæ non errauerunt.Ergo peccatores non sunt contemnendi,sed pie corrigendi. Vnde dicit.Si peccauerit in te.i.contra te iniuriis te afficiendo vel malum exemplum tibi præbendo,vel in te.i.in te solo sciente frater tuus.i.proximus.s.fraterno amore vade.i. non per scriptum vt dicit.Herony.sed viuæ vocis actu corripe eum:non laudes adulando. Psalm.9.Quoniam peccator laudatur in desideriis animæ suæ.Corripe non sileas. Glos.Qui fratrem suum peccare videt,& tacet,ita peccat sicut qui pœnitenti non indulget. ¶ Dubitatur an illud præceptum corrigendi fratrem peccantem spectet ad omnes? Respondetur quod sic & hoc ex debito charitatis,plus tamen ad hoc ligantur prælati quam allii quia prælati ex zelo charitatis & officio prælationis, alii ex zelo charitatis tantum.Item prælati habent corripereverbo & facto.i.flagello alii tantum verbo. ¶ Nota sanctus Thomas.2.2.q. 33.dicit.Est præceptum affirmatiuum nō obligans ad semper,sed pro loco & tempore. ¶ Dubitatur an semper ligat Respondetur quod sic,sed non ad semper exequēdum sed pro loco & tempore quando licet & expedit,& homo credit quod sit vtilis.sunt tamen aliqui casu in quibus absoluitur homo ab isto præcepto.Primus cū non sit aliqua spes meliorationis .Hieronymus.Frustra niti & nihil aliud quā odium quærere extremæ dementiæ.Ideo Prouerbio.9.Noli arguere derisorem ne oderit te.Secundo cum timetur,defect⁹ probationis,& criminaliter arguitur,& vbi actor obligatur ad talionem si in probatione deficiat.Tertio cum prælato tanquam iudici notum est factum.quia ille notorius est & conuictus.Quarto cum meliori vel ad minus æque bono operi vacat,vt si sit monach⁹.Quīto cū multitudo vel potestas est in culpa vbi correptio plus noceret ecclesię ꝗ prodesset,ergo non valet semper ad exequendum.

¶ Nota modum corrigendi & ordinem, Nam tres modos ponit Augustinus super illud. Mat.7. Hypocrita eiice primo trabem. Primo volens alium corrigere debet hoc facere ex amore quia hoc facit dominus. Apoca.3. Ego quos amo arguo & castigo. Sed heu aliqui ex rancore corrigunt & talis non videtur correctio sed persecussio. Isai.11. Egredietur virga, id est, correctio de radice Iesse, id est, de incendio amoris. Secundo debet considerare si est ei similis i eodem delicto, vel æquali, vel maiori, & maxime si est notorium: tunc non debet eum corrigere, sed seipsum prius corrigat alias diceretur ei illud. Lucæ.9. hypocrita primo eiice trabem de oculo tuo & tunc prospicies vt educas festucam de oculo fratris tui, & Rom.2. Qui ergo alium doces teipsum non doces, qui prędicas non furandum furaris, qui dicis non mœchandum mœcharis, qui abominaris Idola, sacrilegium facis in lege gloriaris per præuaricationem legis deum inhonoras. In quo alterum iudicas teipsum condemnas. Gregorius: Durum est quod qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex sit vitæ alienæ Prouerb.18. Iust9 primo accusator sui est. Gregorius. Imperitus est medicus qui aliorum curam gerit, sui n que vulnus nescit. Augustin9 Iudex in nullo illorum sit iudicandus que in alio iudicare est paratus. Si autem non est ei similis debes videre si aliquando fuit ei similis, & tunc sicut nolebat despici, sed volebat compassionem sibi impendi, sic nec ipse fratrem pœnitentem despiciat. Sed compassionem & misericordiã exhibere studeat. Ecclesia.8. Ne despicias hominem auertẽtẽ se a peccato & ne improperes ei, Memento quoniam omnes in corruptione sumus. Ecclesiast.31. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso. Gregorius: Dominus petrum misit cadere vt in sua culpa disceret quibus misereri deberet. Si autem non est nec fuit ei similis, tunc debet cogitare, quia posset fieri ei similis, ideo ratione talis dubii non debet superbire. 1. ad Corin.10.cap. Qui se existimat stare. videat ne cadat. Augustinus: Nemo est qui securus esse possit in hac vita quæ tota tentatio nominatur. Iob.7.capit. Militia est vita hominis super terrã, & sicut dies mercennarii dies eius. Ergo cum molestia facienda est correctio. Apostolus ad Galatas.6. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu

lenitatis. Ergo illi qui zelum habent non secundum scientiam notantur esse sine capite, quia omnia vindicare volũt iuxta excessum. Unde Augustinus. Si omnia hic vindicarẽtur, tunc locum diuina iudicia non haberant, dicentes. Talis deponatur, circumgatur expellatus, ignorantes quod in omni medicamine saluberimum est sapientia. Sapientiæ. 9. Per sapientiam omnes sanati sunt quecũque tibi placuerũt domine ab initio. Gregorius. Si autem nec est similis, nec fuit & de Dei bonitate confidat quod nunquam similis erit, tunc debet videre si iste qui sic est reprehensibilis an in aliquo sit commendabilis. Si enim iste qui habet tot defectus aliquos habet profectus, tunc ratione illorum bonorũ debet supportare quæ minus habet. Unde Apocal. 2. Ioannes volens reprehendere episcopum in epheso primo ponit vitium dicens: Habeo aduersum te pauca, quia charitatem primam reliquisti. Sed subiungit quoddam bonũ, quia odisti facta nicolaitarum quæ & ego odi. Nicolaitæ enim dixerunt quod concubitus simplex non esset peccatum. Similiter de episcopo Sardis, primo dicit vitium. Non inuenio opera tua plena coram deo meo. Et subdit: Habes pauca nomina qui non coinquinauerunt vestimẽta sua, sed ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Apocalip. 3. Nobis in exemplum. Gregorius: Dato tamen quod aliquis videatur omnino melus, tunc debes cogitare quia iste in conspectu dei tibi forte est præponendus. Exemplum sume de Stephano, & Paulo. Cum Stephanus lapidaretur Paulo iuuante, Paulus videbatur maius, tamen in conspectu dei Stephano erat merito præponẽdus. ☞ Item quæritur de ordine contractionis, Respondetur peccatum fratris aut est tibi soli agnitum aut aliis paucis, aut publicum. Si tibi soli, tunc corripe eum inter te & ipsum solum, id est, secrete propter conseruationem bonæ famæ, quia alias amissa fama efficeretur homo inuerecundus, & per consequens nunquam a peccato retraheretur. ¶ Nota sanctus Thomas, secun. secũdæ quæstione. 33. dicit. Si peccatum occultũ vergeret in detrimentũ cõmunitatis, vt quis vellet prodere ciuitatem hostibus vel heresim seminare, statim procedendũ esset in denonciationẽ, nisi forte firmiter sciret hoc auertere per secretam correctionem. Si autem vergit in damnum peccatoris tantum, tunc secrete debet fieri correctio, & debet plu-

ries fieri interim quod est spes meliorationis. Si te audierit scilicet pœnitēdo, & a peccato cessando, lucratus est animā fratris tui, i. eius reuocatio cedet tibi in lucrum spirituale scilicet salutis animę. Si te non audierit, id est, secretam correctionem non aduertit, adhibe tecum vnum vel duos, id est, conuincas eum testibus. 1. Timot. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri metum habeant. Isidorus. Dū vnus corrigitur alii emandantur. Et illi coram quibus debet fieri correctio, secundum Augustinum, Debent esse tales qui volunt prodesse, & non obesse, quia in ore duorum vel triū testium stat omne verbum. Sed diceres, tamen dicitur Deuterono. 19. Non stabit vnus testis contra aliquem. Respondetur, hoc est verum per modum accusationis, sed per modum denunciationis sufficit vnus. Si non audierit eos, s. tecum corrigentes, dic ecclesiæ, id est coram prælato testibus eum conuince. Augustinus dicit, Prælato primo vt est singularis persona, si non emendatur, tūc vt iudici, hoc est verum in grauibus peccatis, quia leuia non derogant famæ. Vel dic ecclesię, id est, excommunica eum. Si ecclesiam non audierit, id est, si per obiurgationem prælati vel ecclesiæ se non emendauerit, sit tibi sicut ethnicus, id est, gētilis. Ethna enim græce gens est latine. Et publicanus. Publicanus enim dicitur qui lucra sæculi sectatur per fraudem, & furta, & periuria. Vel qui publicorum est exactor vectigaliū & cum talibus Iudæi non communicabant. Hic dominus Iesus Christus dedit pręlatis sententiam, & iurisdictionem excommunicationis. Et nobis ostendit quomodo excommunicatis non debemus participare. Primo in salutatione, 2. Ioan. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nō affert nolite eum recipere in domū, nec aue dicetis ei. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Secundo non in oratione publica, 1. Ioh. 5. Et peccatum ad mortem non dico pro illo vt roget quis. Tertio in comestione. 1. Corint. 5. Si is qui frater nominatur inter vos est fornicator aut auarus aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax cum huiusmodi nec cibum sumere. O quam graue factum est excommunicatio, & ergo timēda est. Primo quia lepra spiritualis, quia inficit alios. Figuratur per leprā Marię. Num. 12. quia coinquinat alios, Aug. dicit quod apostolus eā denominationē voluit intelligere supra factā

cū ordine iuris. Secundo timéda est quia ille qui excōmunicatur, est mēbrum abscisum a corpore.s. Christi cuius spiritu nō vegetatur, sicut ramus in trunco. & arescit. Ioan.15. Sicut palmes nō potest ferre fructū a semetipso, nisi manserit in vitæ. sic & vos nisi in me manseritis. Tertio sathanę traditur. Augustinus: Omnis excōmunicatus a sacerdote satanę traditur, vt habetur vndecima quæstione tertia capitulo, Absit. Item periculosius quam cum iudæo vel gentili quia ille veritatis viam non cognouit, sicut excommunicatus 2. Pet.2. Melius est viam veritatis non agnoscere, quam post agnitionem retrorsum conuerti. ¶ Nota cum paganis comedere licet, sed non cum excommunicato, vt patet vndecima quæstione tertia capitulo, ad mensam. Vnde.1. Corinth.10. Si quis infidelium vocauerit vos ad cœnam, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate. Dicitur ibidem in præ allegato loco.s. vndecima quæstione tertia capitulo. Euidenter, quod communionem paganorum non cogimur vitare qui in sententia notati nō sunt, & hoc ideo vt eo lucrifaciamus. Ideo ibidem vndecima quęstione tertia capitulo, cum ergò dicitur. Cum per sententiam quis nominatus fuerit, cum eo communicare non debemus, Ibidē antea cum dicitur. Cum excommunicato nec orare, nec loqui vel vesci licet, Glosa, contumaciter. Ideo excommunicatio & sententia facienda est, vt habetur.11. quęstione tertia capitulo: sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timéda est, & non superbe contemnenda est. Sed di Ach. quomodo sacerdos habet me tradere diabolo? Dicendum quod dominus ita confirmauit eorum iurisdictionem, dicendo Amen dico vobis quod est iuramentum Christi, ad Hebræ.6. Nam omnes per maiorem sui iurant, & non fuit maior eo, quia per se veritas. Quodcunque ligaueritis, scilicet cathena anathematis. Dicit notanter ligaueritis in plurali. & prius. Matth.16. dixit in singulari. Quodcunque ligaueris, ad designandum quod eandem authoritatem quā commisit Petro, commisit suis sequacibus. Tunc subdit super terram, id est, in ecclesia militante. erit ligatum & in cœlo. Et talis sententia confirmabitur diuino iudicio, Notanter dicit in terris, nam in cœlo sunt omnes soluti, quia dicitur Apocalip.21, Nihil coinquinatum intrabit in cœlum. In infernum omnes sunt ligati iuxta illud Matth.22,

Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Ligatis manibus .i. potentia operatiua, quia non possunt mereri. Et pedibus .id est potentia affectiua, & potentia intellectiua proiicite in tenebras exteriores, &c. vbi deum non vident quia ibi sūt extra ambitum diuinæ misericordiæ, August. Si scirem patrem meum in inferno, &c. Sed in terris potest fieri solutio hic omnes possunt ligari peccato veniali. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est: peccatum .s. veniale. Rom. 3. Omnes peccauerūt, & egent gratia dei, Ergo. Apost. 1. Cor. 4 Nihil enim michi conscius sum .i. nullum scio mortale, sed in hoc nō iustificatus sum .s. a veniali. Aliqui sunt ligari peccato mortali, & illud est graue ligamen. Figuratur Iudic. 15. Samson fuit ligatus duobus funibus nouis a Dalida. Spiritualiter. Samson interpretatur sol fortis & signat peccatorē in mortali peccato existentē, talis enim ligatur cū duob⁹ funibus nexibus, scilicet culpę & pœnæ.

¶ Sciendum tamen peccato quatuor incurrit per peccatum mortale. Primo cœlum ei clauditur, secundo infernus ei aperitur, tertio intra se per culpam inficien ein perdit gratiā, quarto etra se amittit ecclesiæ meritū. Sed ab his habet sacerdos absoluere. Primo aperit cœlum. Ideo dicitur. Matth. 15. Tibi dabo claues regni cœlorum. Et Apocal. 11. Hi habent potestatem claudendi cœlum. Nam linguę eorum claues cœli factæ sunt. ☞ Secundo sacerdos claudit infernum. Matth. 16. Portæ inferni non præualebunt aduersus eam. ☞ Tertio remittit culpam, ideo ter dedit eis Iesus potestatem remittendi culpam. primo dedit Mat. 16. Quodcunque ligaueritis, &c. Secundo. Matth. 18, vt hic in textu, Tertio Ioan. 20 Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis. &c, Ad designandū quod cōmissa tribus modis, cogitatione, locutione, & operatione, habet sacerdos indulgere ¶ Quarto sacerdos restituit cōmunioni eccl. vt apo. 2. Cor. 2. Quod & ego donaui propter vos in persona Christi, &c Et illam communionē petit. Psal. Participē & sacdeus &c ¶ Dixi secundo innuitur benigna dei exauditio ibi Iterum dico vobis, scilicet fidelibus. Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcunque petierint fiet illis hoc est contra illos qui communem orationem spernunt. Nam

vbi plura lumina lucent, ibi maior splendor, vbi multa materia ignis ibi intensior calor, Hiero. Impossibile est multorũ preces non exaudiri. Nam Petrus liberatus est communi oratione. Actu. 12. Oratio fiebat sine intermissione ab. Ecclesia ad deum pro eo. Paulus ad Rom. 15. Adiuuetis me in orationibus vestris oretis pro me ad dominum. Glosa. Apostolus petit pro se orare, quia multi minimi dum congregantur vnanimes fiunt magni, &c. Ecce ad petitionẽ alicuius rei impetrandæ requiritur consensus, Et primo cõsensus in amore. Psalm. 54. In domo dei ambulauimus cum consensu. Iste consensus est laudabilis. Psal. Ecce quem bonum, &c. Item requiritur consensus in vobis ad laudendũ. Dan. 3. Hi tres quasi ex vno ore laudabant dominum, Et dicit super terram vbi est locus merendi vel demerẽdi. de omni re quãcunque petierint, scilicet ad salutem. Prouerb. i. Stultitia quæ sibi sunt noxia petunt, tales nõ exaudiuntur. Ideo subdit. Fiet vobis a patre meo qui in cœlis est. i. tales exaudiuntur. Attamen multipliciter. Aliquando ad voluntatem, & vtilitatem. vt dæmonem tentare. Iob. 1. similiter & dæmones petentes intrare porcos. Matt. 8. Aliquãdo ad vtilitatem non ad voluntatem, & sic non exaudiuit Paulum qui ter rogauit dominum vt auferret ab eo stimulũ carnis. 2. Cor. 12. sed ait. sufficit tibi gratia mea, scilicet ad vtilitatem. Nam virtus in infirmitate perficitur. Aliquãdo ad voluntatem, & vtilitatem, & sic apostoli. Actu. 1. erant perseuerantes in oratione vnanimiter orantes, scilicet pro spirituſancto, & misit eum. Itẽ ne quis diceret fiet a patre & non ab eo: includit se ducens, Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, non pro augendis diuitiis & cupidi, non in cubilibus, vt lasciui, non in vltione vt iracundi, sed in nomine meo. Rabanus: In nomine domini congregati sunt qui ipsius gloriam æmulantur. In medio eorum sum. Rabanus: Amat medium quia mediator dei & hominum: in natiuitate. Abacuc. 3. In medio duum animalium cognosceris. In vita in medio doctorum. Lucæ. 2. In morte medius pependit in cruce, Ioan. 19. In medio extremi iudicii separabit agnos ab hœdis, sic enim erit in medio quia agni a dextris, & hœdi a sinistris. Matth. 25. ad designãdũ quod dicitur. 1. Ioan. 2. Si quis peccauerit habemus aduocatum apud deum patrem Iesum Christum, & ipse est propi

tiatio pro peccatis nostris,nõ pro nostri tantum, sed etiam pro totius mundi.Bernard . O peccator securum habes accessum ad deum,&c. Dixi tertio innuitur. Petri interrogatio & beniuola iniuriæ remissio cum subdit ,Tunc accedens ad eum Petrus ait: Quotiens peccabit in me frater meus,& dimittam eiusque septies?quia audiuit quod deus esset pronus ad remittendum,& axaudiẽdum cogitauit se velle etiam in hoc facere simile. Sed cum subdiet septies dimitti,dubitatur vnde Petrus recepit hunc numerum dimissionis,& non dixit octies vel sexies . Respondatur forte ex illo quod Gorra dicit super Genes,4. Septies dabitur punitio de Cain:ergo econtrario si speties puniendus, septius dimittendus. vel forte ex illo.Prouerbi . 24.Species in die cadit iustus & resurget. Vel propter septẽ peccata mortalia Chrisostomus,Aestimabat Petrus se magnum numerum dixisse. Respondit Christus de ore misericordiæ,Non dico tibi vsque septies,sed vsque septuagesies septies . Iste numerũt dupliciter potest coniugi, vel per multiplicationem sicut vult Hieronymus,vel per aggregationem sicut vult Augustinus. Secundum Hieronymum , iste numerus multiplicat seipsum vt vnum aduerbium ducatur per aliud scilicet quod septuagies septies accipitur pro septies septuaginta vel septuagesis septem,id est,quadringentis nonaginta vicibus,quasi diceret: Totius dimittas in die quotiẽs homo peccare potest,vel vix peccare potest Sed Augustin. intelligit hunc numerum per simplicem aggregationem, sic dicit,Audeo dicere & si septuagies septies peccauerit ignoscas,& si senties omnino quotiẽs peccauerit ignosce. Si enim Christus decem milia peccatorũ inuenit,& cum hoc omnia donauit,sic & nos non debemus subducere misericordiam. Ideo Augu. Non tamen sine causa dominus hunc numerum posuit septuagies septies sed quia septem dies vniuersitas temporum numeratur Sic vniuersas transgressionum per eundem numerũ etiam figurarur. Sed heu sunt aliquid dicentes,non possum ei dimittere,quia multotiens commouit me. Audi dictum Christi in textu. Non dico tibi septies,vel septuagies septies,Audi & eius factum. Luc. 21. Pater dimitte illis,&c. Audi beatum Stephanum dicentem. Act.7. Domine ne statuas illis hoc peccatum , Respice quid oras,Dimitte vobis dubita nostra sicut & nos di-

mittimus debitoribus nostris,&c.Matth.18. Si non dimise-
ritis vnusquisque fratri suo ex cordibus vestris, nec pater
meus dimittet vobis peccata vestra. Nam dicitur. Lu.6. Ea
dem mensura qua mẽsi fueritis remetietur vobis. Isidorus:
Sicut nullum proficit meditamentum,telo existente in liuo
re,sic nec oratio in rancore. Ideo Ecclesia.28. Relinque pro
ximo tuo nocenti te,& tibi deprecanti dabitur venia.

Feria. IIII. Sermo: I.

QVare vos transgredimini mandata Dei.Matthæ.15.
Quilibet princeps in suo districtu potest constituere
traditionse secũdum suum beneplacitum & condi-
tionem. Sicut bonis constituet bona,sic malis mala con-
stituet, Et quilibet sub eo existens debet eisdem consti-
tutionibus obedire alias transgressor probatur. Spiritua-
liter. Et sic rex regum, & princeps omnium instituit tra-
ditiones, id est, mandata quibus omnes debemus obedire
sub pœna exclsionis. Deuterono.27. Qui non seruauerit mã
data mea veniant super eum omnes maleditiones istæ,&
apprehendent eum,&c. Si autem excessimus tunc miseri-
cordiam petere debemus, sicut facit ecclesia in hodierno
introitu,cum dicit. Ego autem in domino speraui, exultabo
& lætabor in tua misericordia,& cæt. Quæ autem sunt dei
mandata,docet epistola. Exod,20. Honora patrẽ & matrẽ
Et extirpat malas plantationes, cum dicit: Non occi-
des,non mœchaberis,non falsum testimonium dices. Non
cõcupiscences rem proximi tui,scilicet vxorẽ ancillã & cę.
Qui autẽ transgreditur reprobus efficitur. Et sic arguun-
tur iudæi in pręsenti euangelio, Quare trãsgredimini man-
data dęi,&c. Aliud thema, Medicus iubet aliqua fa-
cere,& aliqua prohibet infirmo. Spiritualiter, & sic Chri-
stus teste Augusti. Scit cælestis medicus quid daturus &
quid subtracturus sit. Et ideo ponit quid facere debemus.
scilicet honorare parentes. Et quid dimittere cum dicit, Nõ
furari, non falsum testimonium dare. Item vbi maius pe-
riculum,ibi citius & frequentius adhibendum est reme-
dium sicut medicus quando videt in infirmo morbum con
ualescentem,& naturam deficientem, potius subuenit na-
turæ quam morbo. Quia maius periculum est si natura de-
ficiat quã si morbus conualescat quia nunquam potest mor

hũ expellere sine auxilio & victore naturæ, Spiritualiter, & sic medicus cœlestis, & magister veritatis Christus maiores Iudæorum, vt scribas, & pharisæos frequenter corripuit, quia vitia maiorum sunt periculosiora, quam minorũ quia non solum eis: sed etiam aliis sunt ruinæ causa & scandali. Grego. Dũ pastor per abrupta graditur, necesse est vt grex ad præcipitium sequatur. Nã vbi mala radix, ibi mali fructus. Et sic vbi mali prælati efficiuntur mali subditi, sicut hortulanus bonas arbores transplantat, & malas eradicat. & sic Christus deus, vt patet in Saul, & Dauid. Saul eradicauit, sed ipsum Dauid plantauit. Dauid enim custodiuit Dei Præcepta, & sperauit in domino iuxta hodiernũ introitum. Ego autem in misericordia tua speraui. Et sic petit Ecclesia in collecta: Præsta quæsumus omnipotens deus, vt salutaribus ieiuniis eruditi, a noxiis quoque vitiis abstinentes propitiationem tuam facilius impetremus. Sed quæ sint mandata dicitur in epistola. Honora patrem & matrem, &c. Et hoc non fecerunt maiores Iudæorum, ergo dicitur eis. Quare vos transgredimini mandata dei.

☞ In summa euangelii duo innuntur. Primo Christus arguit Iudæos de parentũ de honoratione, ibi. Quare transgredimini mandata, scilicet illud. Honora patrem & matrem. Secundo corrigit eos de simulata æquitate, ibi, hypocritæ De primo dicit: In illo tempore post curationem multorum infirmorum, scribæ inuidentes. August. Inuidia delectatur in malo alieno, cruciatur in bono, Et sic pharisæi accesserunt ad Iesum dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Nota aliter arguit hypocrita furiosus, aliter amicus amorosus. Nam hypocrita primo arguit ad honorem sui. Nam sicut auidus laudis propriæ nihil facit nihil que operatur, & loquitur nisi vnde capiat laudem alienam, ideo alios confundit vt solus videatur habere spiritum dei. Grego. Cunctis apud se superbis, in est clamor in locutione amorituto in silentio, rencor & odium in reprehensione. Bernard. Hipocritæ volunt esse sine authoritatæ iudices, sine visu testes, postremo falsi accusatores, humiles sine despectu, pauperes sine despectu. Iob. 13. Non veniet in conspectu dei omnis hypocrita. Secundo corrigit hypocrita ad confussionem proximi. Ratio, vt alios humiliet & seipsum exaltet, alios maculet & seipsum pulchrifi-

cet. Alium dicit peccatorem & seipsum innocentem, quod figuratur in pharisęo. Luc. 18. Qui dixit: Gratias tibi ago domine quia non sum sicut cęteri hominum, raptores, iniusti adulteri, ieiuno bis in sabbato, &c. Sed tales non sunt correctores, sed publici proditores. Aug. in homi. hypocrita tria facit quando corrigit. Primo scandalizat homines, secundo fraternã diuidit vnitatem tertio perturbat pacem & proximum non emendat sed peiorat. Vel sic. In summa euangelii tria innuuntur. Primo scribarũ interrogatio, ibi. Tunc accesserunt, &c. Secundo Christi responsio, ibi: Quare vos transgredimini. Tertio eorum exprobatio, ibi: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias. ¶ De primo dicitur, In illo tempore, scilicet post curationem multorum infirmorum signanter per tactum, fimbriæ: tunc accesserunt ad eum scribæ & pharisæi. Glosa: non propter informari, sed diffamari. Non vt docuit Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini. A Hierosolymis licet pharisęi dispersi erant per omnes tribus, vt dicit. Chrysostom. tamen qui in metropoli erant fuerunt peiores alii dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Hieron. Mira scribarum stultitia, dei filium arguunt, quare hominum traditiones non teneat. Chys. Non dixerunt quare transgrediuntur legem Mosi. Nam tempore Mosi constituti sunt septuaginta seniores, vt legitur. Nume. 11. ad quos fiebat recursus in ambignis & difficultatibus. Et isti multa bona instituerunt quæ non includebantur in lege Mosi. Non attendentes quod dixit Moses. Deuteron. 13. Non adiicietur verbo quod propono vobis nec auferetur. De talibus autem erat illud statutum quod accendentes ad mensam prius lauarent manus Ideo subditur: Non lauant manus cum panem manducãt. Et hoc receperunt ex Isaiæ. 1. Lauamini mundi estote, Beda, hæc verba prophetarum carnaliter acceperunt, quæ ille de cordis & operis castigatione præcipiebant, cum tamen dicit Hieronymus: Manus, id est opera lauanda sunt, Dixi secundo tangitur CHRISTI Responsio. Ipse respondens ait: Quare & vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram. Chrysost. Christus non excusauit discipulos, sed confestim re accusauit demonstrans quoniam eum qui magis peccat de paruis peccatis aliorum sollicitum esse non oportet, quasi diceret secundum Hieronym. Cum

vos propter hominum traditionem mandata dei contem- nitis, & negligitis, quare discipulos meos arguendos cre- ditis qui seniorum iussa paruipendunt, vt mandata dei cu- stodiant. Lucæ.2. Hypocrita eiice trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui, Vn- de. Ecclesiast.34. Ad immundo quis mundabitur. Et Gre- gori. oportet prius mundari, & post hoc mundare, prius sa- pientem fieri post hoc sapientes facere. Nam deus dixit. Exod.20. capitu. Honorem patrem tuum & matre tuam. Præceperat ergo de⁹. vel imbecillitates, vel ætates, vel pe- nurias parentum considerans. vt filii eos honorarent etiam in vitæ necessariis iuuandis. Voluit autem secundũ Chry- sostomum monstrare quod parentes essent valde honorã- di, Et propter hoc adiunxit & præmiũ, & pænam. Sed do- minus hic præmium prætermittens quod honnorentibus promittitur, scilicet longæuum esse super terrã, ponit quod terribilius est, scilicet pœnam vt ipsos stupefaceret. & alios attraheret. Vnde dicitur. Et quicunque maledixerit patri vel matri morte moriatur, Leuit.20. In quibus verbis de- monstrat eos morte esse dignos. Si enim qui verbo deho- norat parentes morte punitur, multo magis vos qui etiam opere. Et non solum dehonoratis, sed & alios docetis. Vos ergo qui nec viuere debetis, cur discipulos incusatis. Quod autem mandatum dei transgrediebantur. manifestat cum subdit. Vos autem dicitis. Quicunque dixerit patri vel matri, munus quodcunque est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum & matrem suam, & irritũ fe- cistis mandatum dei propter traditionem vestram. Quod exponit Hieronymus, dicens præmissam enim prouiden- tissimam dei legem volentes scribæ & pharisæi subuertere vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios suos vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt deo vouere voluerit, qui verus est pater oblatio domi ni proponatur parentum muneribus, vt sit sensus secun- dum Glos. quod ego offero & tibi & mihi proderit, & ideo non debes sumere, scilicet res meas in tuos vsus, sed pati vt deo offeram, paupertas enim tua tibi proderit. Sic ergo do- cuerant sacerdotes in hypocrisi, vt filius non dando patri necessitatem offerat ei. secundum eorum traditionem per quam annihilatur hoc mandatum, honora patrem & ma-

trem, &cæte. Vel certe vt dicit Hieronymus. Ipsi parentes quaſi deo cõsecrata deuitabant ne sacrilegii crimen incurrant & ęgestate conuiciantur. Atque ita flebat Vt oblatio filiorum sub oblatione templi & dei in lucra cederet sacerdotum, vt sit sensus secundum Glos. Quicunque, id est, quisq; vestrũ dixerit, id est, dicerere poterit, vel dicet patri vel matri. O pater munus quod deo ex me supple est iam votum & promissum tibi proderit adiuuando, quasi diceret. Nondebes sumere ne si reus sacrilegii. Probat autẽ Christus eorũ malitiam præuisam esse a propheta. Ideo subdit: Hypocrytæ bene prophetauit Isaias de vobis dicens. Populus hic me labis honorat cor autem eorum longe est a me Hypocrita secundum Remgi. dicitur simulator qui aliud opere simulat & aliud corde gestat. Augusti. Si quis ca de causa operetur vt proprium vel terrenum commodũ adipiscatur non erit cor mundum in eo. Nam de puro argẽto sord datur aurum, Istæ ergo bene hypocritæ dicuntur qui sub nomine dei bono lucra sibi cumulare cupiunt. Quicunque ergo ideo deo seruit vt lucretur & non constituit deũ finem sui amoris, si aliquid aliud præter eum vel cõtra eũ amat vt dicit Remigi⁹ hypocrita est & est similis malitii Iudæorum qui in dolo pugnauerunt contra euangelium Et ideo in persona domini dicit Isaias de eis. Populus hic labiis me honorat. Iudæorum nãque populus labiis & ore deo appropĩquabat, quare & honorare eũ videbatur, quia vnus dei cultum se habere gloriebatur sed corde longe a deo recessit quia visis signis atque miraculis nec diuinitatem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt. Sine causa, id est, mercede futura colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum. Non enim habebant mercedem cum vers cultoribus docentes doctrinas & mandata hominũ contemptis diuinis præceptis. CHRISTVS igitur secundum agnitam accusationem pharisæorũ a testimonio prophetæ, & illis non emendatis, iam eis non loquitur sed turbæ. Vnde dixit eis: Audite & intelligite. Attendite quomodo Christus conuocans populum de sacerdotibus loquitur quod est cõtra illos qui dicunt non debere prędicari coram populo de eis. Bene etiam populus de nũc sinimicis instruitur postquam potestas diaboli supera [illegible] nunc enim potestas data diuinitus exercetur, Vt Matth. 21. dicquod

postquam vendentes & ementes domin⁹ eiecit de templo tunc cæcos illuminauit, & claudos sanauit. Quid ergo doceat audiamus. Non quod intrat in os coinquinat hominē, sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Huic scripturæ consonat apostolus Roma. 13. Omnia sunt munda. s. creata & omnis creatura dei bona est. sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Quod autem in veteri testamento quędam animalia comedi prohibebantur & dicebantur immunda, hoc debet sic intelligi secundum Augustini cōtra faustum quod quo ad naturam erāt munda sed quo ad figuram & significationem dicebantur immunda quia immundus actus per ea significatur, ideo non licebat ea manducare. Si ergo ex creatione & indigentia carnes comedere & vinum bibere, & alia quæcunque non est peccatum, sed contra obedientiam vel contra proprium votum sine dispensatione comedere peccatum est. Vt Hieronym⁹. Cibi & omnis creatura dei per se munda sunt, sed idolorum & dæmonum inuocatio ea fecit immūda. ¶ Nota secundum Remigium qui hoc loquitur ex apostolo aliqua requiruntur, vt cibus non noceat comedenti. Primo vt sanctificetur cib⁹ per verbum dei & oratiōnē & deinceps comedat quisque quicquid vult. Secundo ne proximus scandalizetur, quia dicitur. Matthæi. 18. Va illi per quem scandalum venit. Ideo. 1. Corinth. 8. Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes inæternum ne fratrem meum scandalizem. Roma. 14. Malum est si quis per offendiculum manducet. Tertio ne sit contra mandatum dei. Et sic mandu cauit Adam de pomo vetito. Quarto ne sit contra institutionem ecclesiæ. 11. di. cap. Quis nesciat ab omnibus debere seruari quod sancta Romana seruat ecclesia. Quia dicitur Matthæi. 16. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, &c. Quinto ne sit contra consuetudinem bonā fidelium, vt feria quarta non comedere carnes quia consuetudo bona arguit legem vt habetur. 11. di. c. Consuetudinis. Longęna consuetudo quæ canonibus non est contraria inconcusse est seruanda. Sexto ne cibus sumatur cum concupiscentia inordinata & delicata: sicut Iudæi desiderantes carnem in deserto ex cōcupiscentia firma quibus dominus pluebat de cælo mānna, di. 41. ca. Non cibus sed libido in culpa est. Vltimo ne

cibus sumatur ex gula. Vt Esau. Gene. 25. qui vendidit primogenita non propter gallinam, sed propter lenticulam. Et ideo aliquando potest homo peccare in cibo & simplici & exili. vt Esau qui legitur lenticulæ concupiscentia deceptus. Et Dauid per aquę desiderium a seipso reprehensus est. Et Christum legimus non de carne, sed de pane tentatum In his omnibus non vsus ciborum sed inordinata concupiscentia reprehenditur. ℂ Dixi tertio tangitur Iudæorum exprabatio, ibi, Tunc accedentes discipuli eius dixerunt, ei. Sed quia pharisæi, audito hoc verbo scandalizati sunt. Christus non curauit scandalum pharisæorum quia nõ erat actiuũ sed passiuum: & tale quod processit ex inuidia quia volebât impedire doctrinam in aqua fuit sol⁹ populi, Et tale scandalum est contemnendum. Greg. super Ezech. Si de veritate scandalum oritur meli⁹ est vt pmittatur quam quod veritas relinquatur. Ideo magis eos increpauit dicens. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. i. omnis doctrina noua legi dei nõ cõsonat, sed falsa & superstitiosa eradicabitur, qua non habet firmum fundamentum & radicem. Ideo subdit Sinite illos quia cæci sunt & duces cæcorum secundũ Rabanum. Cæci sunt quia lucæ mendatorum dei priuati, Et sunt duces cæcorum quia alios in præcipitium ducunt errantes & suo errore excæcant. Vnde subdit. Cæcus autem si cæco ducatum præstat ambo in foueam cadunt secũdũ Hieron, hoc etiam est quod apostolus præceperat. Hæreticum hominem post primam secundam increpationem deuita sciens quod peruersus est huiusceemodi. In hunc sensum præcepit. Christus doctores pessimos arbitrio suo relinquendos sciens, eos difficulter ad veritatem posse trahi Consueuerat autem dominus secundum Remigium parabolice loqui, & ideo. Petrus cum Christus dixisset, quod intrat in os non coinquinat hominem putauit illum parabolice fuisse locutum, Et ideo interrogauit vt sequitur. Respõdens autem Petrus dixit. Edissere nobis parabolam istam id est occultam sententiam. Et quia ex persona cæterorum hoc dixerat, ideo simul cum aliis reprehensus est a domino. Vnde sequitur. Et dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis non intelligitis quia omne quod in os intrat in vẽtrem vadit & in secessum emittitur, hoc est secũdũ Hieronymũ

Non statim in ventrem vadit & in secessu dirigitur, sed in fusa esca per venas & artus & medullas infunditur. in quibus per interiores humores cocta per occultos meatus & porros ad iferiora delabit. Et ergo hoc quod naturale est non coinquinat hominem. Notandum autem secudum August. in li. 15. de trinitate quod hic dominus innuit duo ora hominis, vnum corporis, aliud cordis. Nam cum dixit Omne quod in os intrat in ventrem vadit, apertissime demonstrauit os corporis. Per hoc autem quod sequitur ostẽdit os cordis dicens. Quæ autem procedunt de ore de corde exeunt, videlicet cogitationis malę significatiua. Hiero. Arguendi sunt ex hac sententia qui cogitationes a diabolo immitti putãt & non ex propria vasci Volũtate. Diabolus enim adiutor est & insertor malarũ cogitationũ, authoe vero esse non potest, quia secreta cordis non potest rimari, sed ex corporis habitu & gestibus æstimare & cõiecturare potest quid versetur intrĩsec⁹. Verbi gratia. Si pulchram mulierem. viderit non crebo inspicere intelligit ab oculis hominem intus vulneratum. Sed quia secundũ. glos. ex cogitationibus ꝓueniũt mala facta, & mala verba quę in lege prohibentur, Ideo subdit: Homicidia adulteria, fornicationes furta falsa testimonia. blaspbemiæ. Hæc sunt quæ coiquinant hominem, i. immundum & impurum reddunt. Et secundum, Aug. hæc procedunt de ore non corporis sed cordis. Nam quando homo cogitat mala, licet nõ loquatur, immund⁹ est. Nam licet fur surgit in nocte & nihil di. decore imo prẽmit facinus toto silẽtio, & timet vocẽ suã audiri nec vestigia sua velit sonare. Nunquid ergo q̈a tacet mundus est? Plus autẽ dico. Ecce adhuc in stratũ suo iacet nõdum surrexit, cogitat Vt furtum faciat vigilat & expectat vt homines dormiant, iam coram deo clamat, iã fur est, iam immundus iam facinus de ore interiori processit quando voluntas faciendi decernitur decreuisse facere. Dixisti, ille nihil perdidit, & tu de furto damnaberis, vt habetur. 4. q. 6. fur vbi dicitur. Non res quæ furantur, sed mẽs furantis. attenditur. Decreuisti occidere hominem in corde dixisti, sonuit de ore interiori homicidium adhuc homo viuit & tu homicida punieris, Hęc Aug. Et sunt quæ coiquinant hominem, Non lotis autem manibus manducare non coiquinat hoiem sed illota conscientia. Ideo Hiere. 4. La-

na a malitia cor tuum Hierusalem. ☞ Honora patrem & matrem. Nota ad honorandum parentes debemus induci per quatuor. Primo per præceptum. Secũdo per exemplũ Tertio per debitum. Quarto per naturæ instinctum, Primo per præceptum. quia deus præcepit ergo est faciendũ. Leuitic. 19. Ego dominus custodite leges meas, Et insuper præceptum seruantibus addidit remunerationem. Exo. 20. Honora patrẽ & matrem vt sis longæuus super terrã. Nõ seruantibus additur pœna. s. æternæ dãnationis. Leuit. 20. Qui maledixerit patri suo vel matri morte moriatur. Et tamen in nullo alio præcepto inuenitur ista promissio vel cõminatio. Per quod datur intelligi quantum placet deo quãdo parentes honorantur & quantum displicet sibi quando inhonorantur. Et sic hanc pœnam incurrebat Absalon. 2. Regum. 18. Qui persecutus est patrem suum Dauid, & mala morte interiit, Ideo Ecclesi. 3. Qui timet deum honorat parentes & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. Secundo inducimur per exemplum. s. Christi. De quo dicitur Lucæ. 2. Venit in Nazareth & erat subditus illis, Augusti. Erubescat homo fieri superbus, quia humilis factus est deus. Honnorauit enim matrem suam in morte, quia in cruce pendens eam commendauit Ioanni. Honorauit eam post mortem, quia sicut dicit Sedulius, resurgens primo sibi apparuit. Item honorauit eam viuentem, quia matrem dei cã fecit. Honnorauit eam morientem, quia personaliter cum tota cœlesti curia ad eius obitum venit. Honorauit eam de hoc sæculo recedentem, quia ipsam in corpore & anima ad suam dexteram collocauit. Tertio inducimur per debitum nos enim a parentibus recepimus esse nutrimentum & documentum, quia sicut ab eis recipimus esse sic exhibere debemus eis magnam reuerentiam. Ecclesiast. 7. Honora patrem tuum & gemitus matris tuę ne obliuiscaris. Memẽto, quoniam nisi per illos natus non fuisses, & quia ab eis accepimus nutrimentum tenemur eis magnam diligentiam, vt sicut nos diligenter nutrierunt in iuuentute, sic & nos cum diligentia nutriamus eos in senectute. Ecclesiast. 3. Filii suspe senectam patris tui, & non contristes illum in vita illius, Et quia ab eis recepimus documtum, debemus eis magnã obedientiam. Ephesiorum. 6. Filii obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est, Honora patrem &

matrem tuam, hoc est mundatum primum in promissione vt sis longænus super terram. Qnarto inducimur per naturæ distinctum. Natura enim docet nos omnes quod debeamus parentibus subuenire quando.s.sunt in necessitate positi & quando sunt senectute confecti & quando sunt mortui. Et ad ista tria ostendenda ponit Valerius tria exempla Nam ad ostendendum quod debeamus parentibus subuenire quando sunt in necessitate positi. Recitatur in gestis Romanorum quod cum quędam mulier nobilis ob quoddam flagitium fuisset morti adiudicata: voluit eam iudex comburere vel alia morte publica eam punire, sed propter honorem parentum inclusa est in carcere vt ibi fame periret. Filia vero eius quę erat nupsia de licentia iudicis eā quotidie visitauit in carcere, prius tamen eam diligenter perscrutabatur ne aliquod comestibile sibi defferret, Illa vero extracto vbere singulis diebus de lacte proprio matrem alebat. Cum vero iudex miraretur quod tanto tempore superuiueret, repertum est quod fiebat. Tunc iudex pietate motus matrem condonauit filiæ. Ad ostendendum autem quod debemus parentibus subuenire quando sunt senectute confecti ostendit exemplum circoniarum quod quando ciconiæ senescunt filii parentes circa pectus suum collocant fouent & nutriunt. Soli vultures parentes suos fame mori permittunt. Ideo Iob. 12. Interroga iumenta & docebunt te valatilia cœli & indicabunt tibi. Sed heu multi sunt qui ad modicum tempus nutriunt, sed cum incipiunt habere tædium optant eis mortem. ❡ Exemplum quidam homo desponsauit duos filios & vnam filiam, & dedit eis totū quod habuit. Quodem tempore perrexit ad domum senioris filii qui benigne recepit eum, sed post mensam cœpit habere tedium sui dicens. Pater quando vultis visitare alium filium? Ipse autem aduertēs quod sui tędium haberet iuit ad alium filium & ille fecit, sicut primus. Postea iuit ad filiam & contigit sibi simile sicut antea. Ille autem multum dolēs reddiit domum & comparauit pulchram cistā cum tribus seris & eam repleuit terra & lapidibus & vocatis illis tribus dixit eis. Noueritis me habere vnam cistam quam nescitis, accipite claues & post mortem meam aperire & diuidite inter vos quicquid in ea inueneritis. Illi gauisi miserunt patri quicquid volebat, sed eo mortuo convocatis a-

micis suis apperuerunt cistam & inuenerunt in ea terram lapides & literam in qua erat scriptum, Fatuus est qui tantum dat filiis suis quod ipsum mendicare oportebit, hoc cō peri in filiis meis. Quod audientes illi confusi recesserunt non sic, est faciendum, sed parentibus est subueniendum, & non solum in hac vita, sed in futura quando ad statum talē peruenerunt quod seipsos iuuare non possunt, Ecclesiastici tertio eleemosyna patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. Et iniustitia ædificabitur tibi: & in die tribulationis commemorabitur tui. Pro peccatis matris vocatur eleemosina quæ datur pro delectione peccatorum matris, quasi diceret, non debes obliuisci patris tui & matris post mortem, sed debes pro peccatis eorum eleemosynam dare. Si enim homo diligit parentes in vita, debet etiam diligere post mortem. Quantum autem deo displiceat quod filii parentibus non subueniunt patet per exemplum. vir quidam dedit filio suo vxorem tradens ei omnia bona sua tali conditione quod eum quandiu viueret nutrire deberet. Cunque per aliquot dies eum tenuisset cœpit ei de die in diem expensas & cibaria subtrahere. Et ad vltimum dedit sibi cibum seruorum. Quadam die cum pater veniret fessus de agro. filius & vxor eum videntes pullum quam assauerant in capsa absconderunt quousque recederet. Cumque recessisset & filius de capsa pullū accipere vellet, rana magna exiliuit & in faciam eius vngulas per circuitum validissime fixit. Cumque eam remouere non posset vocatus est faber vt cum forpice eam detraheret. Ac rana fabrum ita oribiliter inspexit quod prę timore in terram cecidit dicens: non est rana sed diabolus, ergo non accedam. Et sic ille mirabiliter expirauit.

¶ Feria. V. Sermo. I.

O Mnes qui habebant infirmos variis langoribus ducebant eos ad Iesum. Lucæ. 4. Seneca in libro de clementia ad Neronem dicit, quod pius ac benignus rex ac dominus multiplicat sibi populum: ita quod quilibet nititur sub eius dominio habitare. Spiritualiter, sic Christus rex regum est mitissimus. De quo introitus: Salus populi ego sum Iste dominus vult habere mundum p. q. u. lum bonum & obedientem Illam mundiciam petit eccle-

sia in collecta dicens. Concede quesumus omnipotens deus vt ieiuniorum sancta deuotio purificationem nobis tribuat & maiestati tuæ nos reddat acceptos. Etiã vult habere populum bonum & obebientem. Ideo ipsi misit seruum suũ. Hierem.c.7.dicens. Sta in porta domus domini, & dic audite verbum domini omnis iuda qui ingredimini per portas has vt adoretis dominũ. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto ait dominus, &c. Ideo omnes debemus præparare nos ad sui obedientiã quia ipse secundum. Psal.102. sanat omnes infirmitates nostras de quo thema. Omnes qui habebant infirmos. & cete. ¶ In summa euangelii duo innuuntur. Primo, infirmitatis curatio singularis, ibi. Socrus autem Simonis. Secundo subditur imbecillitatis sanatio generalis. ibi, Cum sol occidisset. De primo dicit. In illo tempore. s. cum Iesus docebat sabbata in capharnaum & stupebans in doctrina eius, & mirabantur in eius potestate, non tamen credebant. Tunc surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Infideles deseruit & ad fideles accessit. ad designandum quod synagogam ꝑpter perfidiam reprobauit, & ecclesiam propter obedientiam elegit. Simon enim interpretatur obediens, cuius domus est vniuersalis ecclesia quam ei dominꝰ gubernandam commisit dicens. Matth.16. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Cuius obedientiam dominus commendat per prophetam Dauid dicentem. Psal.17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Ideo Iudæi propter inobedientiam repulsi sunt. Et si nolumus abiici sed assumi obedientiam studeamus assumere. Tunc subdit. Socrus autem. Petri tenebatur magnis febribus. Ecce quam prius synagogam iam socrum Petri appellat. Socrus autem est mater vxoris, Mater autem ecclesiæ quæ est vxor Simonis sacramentaliter sub coniugio copulata intelligitur synagoga. Nam de synagoga nati sunt primi fideles de quibus secundum carnem & ipse Christus traxit originem, propter quod & ipse dicebat Ioan.4. Salus ex Iudæis est. Postquam ergo Christus de synagoga necessit deserens eam propter perfidiam cœpit magnis febribus detineri. Non dixit febre singulariter, sed febribus pluraliter, Vt intelligatur nõ vna tantum, sed multis febribus laborasse. Synagoga quip-

pe duabus febrius detinebatur.s.erroris & inuidiæ. De pri-
ma Psalm. Errauerunt ab vtero locuti sunt falsa. De secun-
do Matth.27. Sciebat Pilatus quod per inuidiam tradidis-
sent eum, Febris erroris de frigido procedit humore, iuxta
illud quod legitur, Ioh.10. Facta sunt encęnia in Hierosoly
mis & hyems erat, s. erroris & inuidiæ. Febris autem inui
dię de tali processit humore, de quod. Psal.57. Super cecidit
ignis.s.inuidiæ & non viderunt solem, id est, Christū. Ideo
Psalm.105. Exarsit ignis in synagoga eorum flamma com
bussit peccatores. O quam graui torquetur inuidia synago
ga quando videt ecclesiam, regnum & sacerdotium tēplū
& altare legem & prophetiā quo ablatum est regnū Dei
& datum est genti facienti fructum eius, Tā grandi etiam
detinetur errore, vt nec intelligat Veritatē, cum tamē bos
cognouerit possessorem suum & asin⁹ pręsepe domini sui
Israel autem eum non cognouit & populus insipiens nō in
tellexit, His quoque febribus socrus Simonis Petri.i. syna-
goga detinetur, sed qui sunt in domo fideles orant pro ipsa
petentes, Vt auferatur velamē a cordibus eorum vt Iesum
Christum qui est veritas agnoscat. Vnde sequitur. Et roga-
uerunt illum scilicet discipuli pro ea & stans super eā ma-
num imposuit & febris dimisit illam. Stans super illam.s.
ad dexterā patris exaltatus ad Phil.2. Propter quod exal-
tauit illum deus & dedit ei nomen quod est super omne no
men, vt in nomine Iesu, &c. Non quod febris tanquam res
sensibilis vel rationalis intellexerit, sed Christus de ipsa
suum beneplacitum impleuit, quia dixit & facta sunt, ipse
mādauit & creata sunt. Nam quæcunque dominus voluit
fecit in cœlo & in terra. Nihil potentius quam quod eius
imperio insensibilia quoque sentiant & obediunt imperan
ti. Vnde & cōtinuo surgens ministrauit illis. Licet enim sit
naturale febricitantibus incipiente sanitate lacessere & æ-
gritudinis molestiam præsentire, tamen miraculum vicit
naturam, quia sanitas quæ domini datur imperio tota si-
mul & integra redit. Et ideo continuo surgēs ministrabat
illis. Miraculum in hoc alludit mysterio, quia sanitas ani-
mæ tota simul & integra restituitur, scriptum est enim,
quia totum hominem saluum fecit in sabbato. Hoc autem
implebitur quando plenitudo gentium intrabit ad fidem,
tunc enim omnis Israel saluus fiet.

Nota per febrem significatur peccatum mortale. Nā sicut febricitans modo patitur frigus, modo æstum: sic peccator modo patitur timorem qui est frigus animæ, modo cupiditatem quæ est calor animę. Vnde dicit August. super illum Psal. Incensa igni & suffusa. Quod omnia peccata duæ res faciunt, scilicet timor & cupiditas, Timor facit fugere omnia quæ sunt carni molesta. Cupiditas facit appetere omnia quæ sunt carni suauia. Sicut autem sunt diuersę species febrium, sic etiam sunt diuersa genera peccatorum. Prima est febris quotidiana & significat peccata venalia quę quotidie agimus quę secundum Augustin. in homilia assimulantur guttis aquę arenę & scabiei, guttis aquæ assimulantur quia feruorem charitatis amittunt. Arenæ quia sæpe a bonis operibus animam subtilem faciant. Scabiei, quia decorem animę diminuunt. Et dicit ibidem Augusti. quod sicut multę guttę naui faciunt nauti agium multa grana arenę faciunt onus ponderosum, multitudo scabiei corpus reddit corruptum. Sic peccata venalia quando contemnuntur sæpe sua multitudine grauitate, & deformitate dispenūt animā ad mortale. Vel febris quotidiana potest esse gula propter quotidianam exactionē, Isa. 56. Venite sumamus vinū & impleamur ebrietate & erit sicut hodie sic & cras & multo amplius. Gulosus enī si bene comedit cras melius comedere appetit. Ideo assimilatur sanguisugæ. Proue. 30. Sāguisugæ duæ sunt filiæ dicentes. Affer affer, quia gulosus post vnum ferculum dicit, affert aliud.

Secūda febris est ephimera, quæ dicitur ab ephimero pisce q eodē die quo nascitur moritur. Et significat subitu irę motū, qui debet, finiri ante solis occasum ad Ephe. 4. Sol nō occidat super iracūdiā vestrā, Talis motus subitus fere omnes inuadit, quia sicut dicit, Hiero. Qui nulla perturbatione mouetur aut deus aut lapis est. Dicit tamen Grego. Nazanzenus quod sunt tres qui nō possunt commoueri, duo in cœlo, scilicet deus & angelus, tertius in terra, scilicet Christianus philosophus. Quamuis enim deus dicatur irasci, tamen secundum August. non dicitur irasci per turbulentum mentis affectum. Angeli etiam quamuis de perditione peccatorum dicantur dolere, tamen nullum sentiunt dolorem aut passionem, sed dicuntur dolere, quia admodum dolentium se habent. Christianus autem philosophus appellatur ille

qui in dei amore est perfectus, talis etiamsi aliquando per turbationem patiatur, tamen ex hoc eius rationem non obumbrat quia turbationem tale tenet sub domino rationis.
☞ Tertia febris est erratica quę non accedit certis horis. Et significa. inuidiam quæ quado aliquis laudatur accidit quando vero vituperatur recedit & sic inuidia non habet horā determinatam, sed quotiensunque renouantur laudationes totiens ren uatur accessiones. 1. Reg. 18. de saul hoc patet qui inuidebat Dauid cum enim dicerent. Saul percussit mille, & Dauid decem millia passus est magnā accessionem & quotiens audiebat de sua probitate totiens laborabat i ta accessione, Quando autem Dauid canem mortuum & pulicē se nominabat, tūc ista accessio recedebat. Ideo inuidus significatur per Heli, de quo dicitur. 1. Reg. 3. quod nō poterat videre lucernam domini antequam extingueretur Lucerna accēsa lucet, extincta fœtet. Lucerna ergo accēsa sunt viri sancti siue virtuosi. Extincta peccatores fœtidi, inuidus ergo nō potest sine magna afflictione sustinere vt videret viros virtuosos & sibi pri abiectos. Ideo dicit Socra. Vtinam inuidi in omnibus ciuitatibus oculos haberent vt de cunctorum felicitatibus torquerentur. ¶ Quarto febris est tertiana qua laborat illi qui de peccatis satisfacere nolunt habent enim contritionem & confessionē, sed nolunt habere satisfactionem. ¶ Vnde legitur exemplum Cum quidam dęmoniacus a quendam sanctum virum fuisset deductus & dæmonem adiuraret, vt recederet & nomen suum diceret. Respondit. Nos sumus tres fratres qui habem⁹ nostra officia determinata. Ego ei vocor claudēs cor. Alius vero claudens os. Tertius claudens marsupium. Officium enim meum est cor peccatoris indurare ne possit cōtritionem habere. Et si forte cōteritur cito relabitur. Secundus scilicet claudens os vt cōfessio impediatur, & si forte confessus fuerit iterū labitur in peccata. Tertius frater meus. s. claudens marsupium ne satisfaciat nec male ablata restituat Quinta febris est continua. ista laborant auari & maxime vsurarii. Cæteri enim peccatores aliquando dilationem faciunt in peccatis. vsurarius vero continue peccat scilicet die & nocte, qualibet hora quolibet momento & quolibet facto. Ideo Videtur esse peior Iuda Iscarioth ille enim rēdidit Christum tātum, iste autem Vendi christū bea

tam virginē, & omnes sanctos & sanctas dei, quia ipsorū festiuitates complet in vsuris. Et quia vsurarius similis est Iudæ in culpa, ideo similis erit ei in pœna. Iudas enim in aere interiit qui est habitatio dęmonum ad innuendū quod non debebat stare in cœlo cum angelis, nec in terra cum hominibus: sed in aere cum dęmonibus. Eodem modo esurarius non habitabit in cœlo quia deum & beatam virginum & omnes sanctos offendit, nec in mundo quia homines contuibauit, sed in inferno cum dæmonibus quos per auaritiam adorauit iuxta illud, Colo. 3. Auaritia quę est idolorum seruitus. Ista febris cōtinua scilicet auaritia rite extinguit quia tollit tria quæ sunt vita necessaria. s. cibū somnum & quietem. Auarus enim non audet comedere. Ecclesiast. 14. Non satiatur pane indigens & in tristitia erit super mensam suam. Nec potest dormire, Eccl. 2. Cuncti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt. Nec per noctem mente requiescit, nec potest quietem habere. Hiere. 49. Prę sollicitudine quiescere non potuit. Sexta febris est quartana, & significat superbiā propter quatuor species superbię, de quibus dicit Gregori. Quatuor sunt species tumoris. s. cum quis bonum quod habet existimat a se habere, vel pro suis meritis datum sibi putat, vel despectis cæteris appetit singulariter videri habere quod habet, &c. Vel potest significare luxuriā quæ per corpus impletur quod ex quatuor elemētis cōponitur. Vel febris quartana dicitur cuius prima dies est mala suggestio, secunda malus consensus, tertia malum opus, quarta mala consuetudo. Ista triplex species quartanę difficulter curatur, quia superbia semper est in ascensu. Psal. 73. Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. Luxuria curatur difficulter quando in carne radicatur quia totū corpus inflammat. Iob. 31. Hoc enim nephas est & iniquitas maxima, ignis vsque ad consummationem deuorās & omnia eradicans genimina, Iob. 16. Conuulnerauit lumbos meos. Ipsum corrumpit & fœdat Iohel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Mala consuetudo difficulter curatur, Hoc significatum est. Ioan. 11. in Lazaro quatriduano quem dominus cum difficultate suscitare voluit, scilicet cum oratione, cum clamore, cum sui perturbatione est cum lachrymarum effusione. ¶ Septima febris & hectica quę radicata est in membris & naturalem humilitatē con

sumit, & significat tristitiam illam de qua dicitur.2.Cor.7. Seculi tristitia mortem operatur. Prouerbi.17. Spiritus tristis exiccat ossa, id est robur virtutum. Sunt tamen ossa quę non tantū sunt exiccanda sed etiam incineranda. Amos .2. Incenderunt ossa regis idumeę vsque ad cinerem, Idumea interpretatur sanguinea. & significat diabolum qui sanguinem nostrum sitit, eius ossa sunt nostra peccata per quę diabolus contra nos robur assumit. Sunt ergo quidam qui ista ossa habent integra, qui scilicet de peccatis non conterun tur. Alii ista ossa in grossas partes frangunt qui, scilicet superficialiter conteruntur. Alii sunt qui ea incinerant qui, scilicet præcordialiter conteruntur, & istam incineratione facit salubris tristitia. De qua dicitur.2.ad Corint.7. Quæ enim secundum deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Item peccatum mortale comparatur febri, Nam sicut febricitans habet palatum inordinatum propter quod dulcia sibi videntur amara & econuerso. Sic peccator eodem modo habet inordinatū palatum animę quia omnia vidētur sibi insipida. Et ad hoc ostendendum ponit Chrysost. super Matth.3. exempla Primum est si leoni pratum virens ostenditur, nō excitatur eius appetit⁹ quia de natura sua non appetit comedere herbas virentes: sed carnes, Secundum exemplum est, quia si pluuia cadit sup lapidem lapis quidem a foris balneatur intus autem siccus existit. Tertium exemplum est quia si aliquo vase pleno aceto gutta mellis infundatur. & mel perditur & acetū in dulcoratur. Primum exemplum pertinet ad luxuriosos, quibus se ostendantur herbæ virentes, idest, prædicentur eis cœlestes amœnitates, non excitatur eis volūtas ad desiderandum quia nō est in natura sua desiderare cœlestes amœnitates, sed carnales voluptates. Quia dicitur.1.Cor.2. Animalis homo nō percipit ea quæ spiritus dei sunt. Eccle. 21. Audiet luxuriosus verbum, scilicet castitatis & displicebit ei & proiiciet illud post dorsum suum. Secundum exemplum pertinet ad superbos qui habent cor lapideum ita quod si deus pluuiā suæ gratiæ vel inspirationis æternæ eis immiserit: cor eorum exterius potest tangere, sed interius nihil potest intrare, & ideo remanēt aridi & sicci ab omni humore gratiæ. De talibus dicitur. Iob.41. Cor eius indurabitur quasi lapis, & c. Magna mīa dei quando tale cor du-

rum mollificatur vt gratiadei intrare valeat. Eze. 36. Auferam cor lapideum vt dabo vobis cor carneum & spiritum meum ponem in medio vestri. Tertium exemplum pertinet ad auaros qui habent cor acetosum.i.multis amaritudinibus plenum & repletum, habent enim amaritudinem laboris in acquirando, timoris in custodiendo, & doloris in amittendo. Et ideo diuitię vocantur spinæ vt dicitur. Matt. 13. Ex eo quod cor totaliter pungunt. Si ergo mel.i.verbũ cœleste vel inspiratio diuina in talium corda immititur & verbum perditur & cor eorum non mutatur. Et ideo faciẽdum est quod dicit Augu. Discas non diligere mundum vt discas diligere deũ, funde vt implearis, auerte vt auertaris

¶ Secundo ponitur curandi modus. cum dicitur. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illum imperauit febri & amisit illam. Ex quo habetur quod domin⁹ ad preces discipulorum eam sanauit. Per quod datur intelliga quod aliquando deus ad preces sanctorum virorum alicui peccatori salutem animę concedit, peccator enim immundus est dei inimicus & claudus quia immundus non audet coram deo apparere, quia deus tales abhominatur. Psal. 5. Virum sanguinu & dolosũ abominabitur domin⁹. Quia peccator est dei inimicus, & nihil potest a deo impetrare. Ioan. 9. Scimus quia deus peccatores nõ exaudit. Et ideo deus talibus potius indignatur quam placatur. Isa. 46. Cognoscetur manus domini serui eius. & indignabitur inimicis suis. Grego. Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus iudicis ad deteriora prouocatur. Et quia est claudib⁹ nõ potest ad deum accedere, quamuis enim habeat pedem fidei tamen non habet pedem boni operis. De talibus dicitur. 3. Regum. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? Ideo peccator indiget auxilio sanctorum virorum. quia ipsi sunt mundi. Psalm. 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. Ipsi sunt dei amici. Psalm. 7. In animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas constituit. Ipsi sunt recti & sani. Hebr. 12. Rectos gressus facite pedibus vestris vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Tertio ponitur curationis effectus cum dicitur. Et continuo surgens ministrabat illis. Naturaliter dicit Glosa: homo febricitans incipiente sanitate incipit lassescere, sed ista cessante febri continuo surrexit, Christo ministrauit. Per quod

datur intelligi quod peccator nõ debet diu in peccator ia-
cere sed continuo surgere,alioqui de peccato in peccatum
cadit. Et hoc accidit propter tres causas. Prima est propter
peccati ponderositatem quia peccatam valde onerosum est
Psal.37. Iniquitates meæ super gressæ sunt caput meũ, &
sicut onus graue grauatæ sũt super me. Et ideo sua põdero
sitate nõ aliud trahit. Gregor. peccatum quod per pœniten-
tiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit, Secun-
da causa propter peccatoris cęcitatem. Et ponit exemplum
Chrysostom. de Samsone cui cum cappilli in quibus virtus
sua erat detruncati fuissent. Phylistæi ipsum ligauerunt,&
sibi oculos cruerunt: & ipsum mollem fecerunt, quia quan
do peccator robur suarum virtutum perdit mox dęmones
funibus peccatorum ipsum ligant oculis fidei ipsum, excæ-
cant de vitio in vitium ipsum currere procurant. Tertia
causa est propter quandam connexionẽ. Nam auaritia tra-
hit ad furtũ & rapinã & ad multa mẽdacia. Gula trahit ad
ebrietatẽ & luxuriã. Superbia trahit ad multas iniurias in
ferendas,& multas ambitiones. Dicitur enim Isaiæ.24.
Qui fugerit a facie formidinis cadet in foueã,& qui se ex-
plicuerit de fouea tenebitur laqueo, Per formidinem intel-
ligitur auaritia,quia auarus est semper formidolosus per fo
ueam intelligitur luxuria. Prouerb.23. Fouea profunda est
meretrix. Par laqueum intelligitur superbia quæ omnes il-
laqueat, Sępe autem contingit quod quando auarus dimit-
tit auaritiam & dat se inertiæ cadit in luxuriam,& quãdo
luxuriosus superat omnem cõcupiscentiam cadit in vanam
gloriam vel superbiam. ¶ Dixi secundo subditur imbe-
cillitatis sanatio generalis,ibi. Cum autem sol occidisset, id
est Christus. De quo propheta. Psalm.113. Sol cognouit
occasum suum. Hic est sol iustitiæ de quo Ioh.1. Illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic sol oc
cubuit quando Christus inclinato capite spiritum emisit.
Subdit. Omnes qui habebant infirmos variis languori-
bus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus impo-
nens curabat eos quia cum Christus extẽdit manus in cru-
ce omnes sanati sumus liuore eius, Genes.47. Salus nostra
in manu tua est. Et figuratur. Numer.21. Ad aspectum ser-
pentis ęnei sanati sunt qui sunt percussi ab igneis serpenti-
bus. Tunc subdit. Exibant enim dæmonia a multis clamati

tia & dicentia, Tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum. ¶ Sed diceres, quare ergo prohibebat dæmonia dicere veritatem. Nonne enim firmius est testimonium quod profertur de aduersario? Respondetur tribus de causis prohibuit. Primo vt doceat nos fugere inanem gloriam ne, scilicet humani fauoris delectemur applausu. Secundo vt doceret nos hereticam prauitatem vitare quatenus hoc exemplo inhibeamus hæreticis ne predicent etiam veritatem, quia fel draconum propinant in calice Babylonis. Deutero. 32. Fel draconum vinum eorum. Tertio ne demones quia sunt spiritus falsitatis: falsitatem dicere crederemus si aliquando dicerēt veritatem. In quo notabiliter docemur quod non laudari velimus a fallacibus & mandacibus, quorum laudatio magis redundat ad iniuriā quam ad honorem. Illud autem quod subditur. Quia sciebant eum esse Christum, sane debet intelligi ne videatur cōtrarium ei quod dicit apostolus. i. Corinthio. 1. Si eum cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Quod a quibusdam exponitur de dæmonibus. Hi si cognouissent Christum esse dominum gloriæ núquam eum suggestione maligna crucifigi fecissent. Nam hoc mysterium obsconditum est a seculis & generationib⁹ vt dicit apostolus ad Colossen. 1. Sapientia in mysterio abscondita quam nemo principum huius seculi cognouit. 1. Corinth. 2. Quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, reuelata est principibus & potestatibus per ecclesiam, quia nunc manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius Distinguantur igitur tempora. & concordabitur scriptura Dæmones enim vt dicit Beda quandoque credebant quandoq; dubitabant. Nam cū videbant eum humanos defectus sustinere dubitabant de eo an Christus siue filius dei esset, quia verum hominem intellexerūt Vt legitur quod cum ieiunasset. 40. diebus &. 40. noctibus postea esuriit. Accedens tentator dixit ei. & cæ. Cum autem videbant illum operari mirabilia credebāt, vel secundum verbum Bede, ītellexerunt vel suspicati sunt de ipso quia filius dei esset, quia & dæmones alibi dixisse leguntur. Matth. 8. Iesu Nazarene. quare venisti ante tempus torquere nos, scimus quia sanct⁹ Dei es. Non igitur Iudæis, dicit Beda, ideo eum crucifigere

persuasit quia Christũ siue filium Dei nõ esse putauit, sed quia se morte illius non vidit esse damnãdũ. De hoc enim mysterio a seculis abscondito, dicit apostolus quod nemo principum eius seculi cognouit, quia si cognouissent domi num gloriæ, non crucifixissent.

¶Feria. Vi. Sermo. I.

Domine da mihi hanc aquã vt non sitiam Ioan. 4. ¶Consuetudo est hominum ambulantium quod habent appetitum cibi & potus vt eo melius ad patriã ambulẽt spiritualiter omnes sumus in itinere cõstituti & peregrini, Psal. 38. Aduena ego sũ & peregrinus, ideo bonum esset signum sanitatis vt potum lachrymarum & panẽ cœli sæpe ederemus hoc signum petit ecclesia in introitu. Fac mecum domine signum in bono vt videant qui me oderunt, scilicet diaboli, & confundantur. Nam ex hoc magna oritur eis confusio, & nobis securitas. Figurat. 3. Regum. 19. Helias comedit de pane & bibit de aqua & fortificatus est. Et si hanc aquam lachrymarum non habuerunt Iudæi Hoc figuratum est in epistola. Num. 20. quod filii Israel murmurauerũt in deserto contra. Mosẽ & Aarõ di. Domine da nobis aquã ne moriamur, siti. Moses & Aaron prostrati in terram clamauerunt ad dominum. Domine deus audi clamorem populi huius & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ. Et ait dominus Mosi. Accipite virgam tu & Aaron & loquimini ad petram & dabit vobis aquas & percussit bis silicẽ, & fluxerunt aquæ largissimæ, ita vt biberant homines & iumẽta. Spiritualiter & sic tu si vis habere aquã lachrymarum ne anima tua moriatur siti, Moses, id est, intellectus & Aaron, id est, deuotio debent clamare ad dominum vt aperiat tibi thesaurum aquæ viuæ, Et bene thesaurus per hanc aquam emittur, scilicet regnum cœli. Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Denique debes percutere bis silicem, id est, cor durum, scilicet deum in memoria habere. Primo quid per peccata perdidisti, secundo quid meruisti, silicet æternam pœnam, O si cognosceres diceres cum hac muliere Samaritana, Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam. ☞ Aliud thema. Si scires donum dei. Ioan. 4. Tria sunt signa dilectionis personarum Primum est doctrina. Isa. 48. Ego dominus docẽs te vtilia.

Secundum passio pia Isai. 43. seruire me fecisti in peccatis tuis. Tertium quãdo præstat dona. Gregorius. Probatio dilectionis exhibetio est operis. Primum habetur in introitu, secundum in epistola, tertium in euangelio. Si scires donum. &c. ¶ In summa euangelii duo innuuntur. Primo petitio mirabilis obsequii, ibi: Mulier da mihi bibere. Secundo subiungitur explicatio laudabilis beneficii, ibi. Si scires &c. In summa euangelii duo innuũtur. Primo itineris Christi discreptio cum dicitur. Venit in ciuitatem Samariæ. Secundo cuiusdam mulieris obulatio cum dicitur. Venit mulier de Samaria. De primo dicitur. In illo tempore. s. vt cognouit quia audierunt pharisæi quod I E S V S plures ha discipulos quam Iohan. tunc reliquit Iudæã & voluit ire in Galilæam. Oportebat autem eum ire per Samariam, venit I E S V S in ciuitatem Samariæ. s. regiõis quæ dicitur Sychar. Chrysost. di. quod loc⁹ ille erat vbi Symeon & Leui grauem occisionem fecerunt propter Dynam sororem appressam postquam filii Israel vt dicit. Theophilus: ciuitatẽ desertam fecerunt tempore præcedente dedit eam Iacob filio suo Ioseph. Gene. 34. Et ergo. subdit. Iuxta prædia quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob quẽ fodit ibi habitando. Iesus autem fatigatus ex itenere sedebat sic supra fontem, hora autem erat quasi sexta. Ecce cecinit. Psalm. 21. Domin⁹ fortis & potẽs fatigatus est. O res mirabilis qui infirmos corroborat, fatigatus est. ¶ Nota Christus discurrebat & laborabat tribus de causis. Primo vt nobis quantitatem nostrę iniquitatis ostenderet ꝑ qua dominum maiestatis laborare oporteret. Isa. 43. Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. In opere creationis semel dixit & facta sunt omnia. Sed in opere redemptionis per triginta & tres ãnos, vt ait Bernad⁹ dixit multa gessit mira, pertulit dura. Secundo vt in amore accenderet. Io 3. sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitũ daret. &c. Tertio vt exemplum laboris in seipso nobis pręberet. &c. Iob. 5. Nascit homo ad laborẽ, &c. Psalm. 72. In labore hominum non sunt. August. Iesus fortis, quia in principio erat verbum, Infirm⁹, quia verbum caro factum est Hora sexta. Ratio literalis, quia calor intensus Mystice quia in sexta ætate caro factus. Secundo sexta die passus. Tertio sexta hora crucifixus. Dico secundo innuitur cu-

iusdam mulieris obuiatio cum dicitur. Venit mulier de sa
maria hautiens aquam. Augustinus: Accepit autem deno-
minationem a monte somor si dicto a quodam eius posso-
sere qui dictus fuit somer vt dicit Chrysostomus, Et.3. Re
gum.16. Olim non samaritani sed Ismaelitæ dicebantur
& Iudæi inhabitabant regionem. Attamen propter pecca
ta eorũ rex Assyriorum captiuos eos duxit in Babyloniã
& gentes inhabitare fecit in ciuitatibus samariæ, sed deus
immisit barbaris leones qui interficiebant eos, quod cum
nunciatum fuisset regi misit rex vnum de sacerdotibus Is-
rael qui doceret eos legem Dei. Attamẽ cum hoc idolis de
diti quinque libros Moisi obseruabant. 4. Regum. 17. Dicit
ei Iesus. Da mihi bibere, Augustinus. Sitiebat & fidem
mulieris. Discipuli enim eius intrauerunt ciuitatem cibum
emere. Ecce parsimonia. Respõdit mulier illa Samaritana
Quomodo tu Iudæis cum sis, scilicet ex habitu quia Iudæi
vestiebantur palliis quibusdam quadratis, in quorũ extre
mitatibus erant fimbriæ, vt dicitur Nũ. 51. bibere a me po
scis quę sum mulier Samaritana. Non enim conueniunt Iu
dæi cum Samaritanis. Respondit. Si scires donum Dei, &
quis est qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan petisses ab
eo, & dedisset tibi aquam viuam, id est, gratiam spiritussã
cti. Illam aquam non intellexit. Dicit ei mulier. Domine ne
que in quo haurias habes & puteus altus est, vnde ergo ha-
bes aqua viuã? Nunquid tu es maior patre nostro Ia
cob qui dedit nobis puteum istum, & ipse ex eo bibit & fi
lii eius hæc mulier carnaliter verba Christi intelligẽs, quia
animalis homo nõ præcipit ea quæ spiritus dei sunt. 1. Co-
rinth. 2. sic voluit arguere. Tu promittis mihi aquam. Viuã
aut ergo de illo puteo aut de alio, sed de isto non quia ne-
que in quo haurias habes de alio autem non videtur credi
bile quod dare posses mihi miraculose, quia hoc fieri non
potest nisi esses maior patre nostro Iacob, quod non vide-
tur, ideo dixit ei: Nunquid tu maiores patre nostro Iacob
qui dedit nobis puteum istum quem fodit, quod non fe-
cisset si aquam viuam pro sua voluntate aliunde habere
potuisset. Quare autem patrem eorum Iacob dixit innuit
Chrysostomus dicit. Vide qualiter hæc mulier seipsam in-
gerit in nobilitatem iudaicam & totam suam gentem. Sa-
maritani enim Abraham progenitorẽ suum dicebant qua

si a Chaldæa existentem, Sed & Iacob patrem vocabant quasi illius existentem nepotem. Hæc ille. vel secundum Bedam patrem suum Iacob vocat, quia ipsa sub lege mosi vixerat, & prædium quod Iacob filio suo Ioseph dederat possidebat respondit IESVS, & dixit eis. Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet inæternum. Sed contra Ecclesiastici. 24. cap. Qui bibunt me adhuc sitient, vbi loquitur de aqua sapientiæ. Dicendum sitis vno modo accipitur pro desiderio alicuius rei. Et sic omnia tēporalis res adepta generat magis sitim quam tollit, quia cupiditatem augmentat, Similiter aqua corporalis, quia non habet effectum nisi ad tempus oportet quod iterum alia aliqua eodem modo sumatur ad sedendam sitim, Alio modo accipitur sitis pro desiderio eiusdem rei habitæ ad habendam eam perfectius. Et sic habentes Deum per gratiam sitiunt ipsum habere per gloriam. Et hoc modo loquitur authoritas, Eccle. 24. Sed alegata authoritas cum dicitur, non sitiet in æternum intelligitur de siti illa secundo modo dicta quia habens gratiam non desiderat aliud quod non habet, sed desideram Deum quem perfectius habere vult, Ratio hui⁹ potest esse, quia est differentia inter rem temporalem & spiritualem, quia res temporalis antequam habeant, æstimatur magni præcii, & est insufficiens ad quietandum desideriū Res vero spirituales nō cognoscitur nisi cum habetur Apoca. 2. Nemo sit nisi qui accipit. Et ideo non habita non mouet desiderium, sed cum habetur & cognoscitur tunc delectat affectum & mouet desiderium. Nō quidem ad aliud habendum: sed quia imperfecte precipitur propter recipiētis imperfectionem, mouet vt ipsa perfecte habeatur. De hac siti dicitur in Psalm. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuū. Sed aquam quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam quasi diceret, Aqua quā ego dabo non solū sitim aufert sed vitam præstat viuo cōiuncta fonti. Vnde dicit fiet in eo fons aquam producens

per bona opera ad vitam æternam. Ideo dicit, Aquæ salientis, id est salire facientis in vitam æternam. ℂ Naturale enim est quod aqua tantum ascendere potest quantum ipsa descendit. Et ideo sicut aqua gratiæ a CHRISTO in nos deriuatur, ita anima per ipsam ad Deum eleuatur, quia per ipsam consors diuinæ gloriæ efficitur. Dum ergo sermonibus prędicta mulier delectata, & tanti muneris opus habere cupiens, & adhuc prudentiam carnis amplectens dicit quod sequitur, In quo tangitur doni petitio Domine da mihi hanc aquã vt nõ sitiam, neq; veniam huc haurire. Vbi sciendum quod hæc mulier in principio locutionis Christum nondum nouit, sed Iudęum vocat dicens. Quomodo tu cum Iudæus sis & cætera. Modo vero eum ostendit dominum, dicens. Domine da mihi, volens per hoc a duplici corporis necessitate liberari, videlicet a siti, & a labore. refugit enim homo naturaliter laborem, iuxta illud. Psalm. 72. In labore hominum non sunt.

℞ Sciendum etiam, quod per hoc præpositum ipsum Iacob patriarchæ, quasi diceret, Hanc aquam non potuit habere Iacob, Dicit ei IESVS: Vade voca virum tuum & veni huc: quia enim hæc mulier non poterat capere verba CHRISTI, ideo consequenter procedit ad signa instruens eam, primo per reuelationem secreti, Secretum autem illud erat quod mulier adulterum tenebat, qui tamen credebatur ab omnibus hominibus loci illius esse maritus eius. Et quia CHRISTVS dixit hoc secretum mulieri ostendit se scire secreta & occulta. Dicit ergo. Vade & voca virum tuum, scilicet putatiuum. Non dixit dominus hoc vt vocaret virum, sed vt responsione eius accepta conuenientius argueret eam secretum reuelando. Vnde secundum Chrysostomum dominus volebat dare aquam spiritualis doctrinæ, non sibi soli sed specialiter viro suo. Quia vt dicitur prim. Corinthiorum vndecimo. Caput mulieris vir. Ideo voluit, vt pręcepta ad mulierem per virum deuenirent. 1. Corin. 14. dicitur quod si mulier aliquid addisce-

re vult domi virum int erroget, ideo dicit, Vade voca virũ tuũ, &c. Secundum vero Augustinum exponitur mystice, quod vir iste sit intellectus mulier vero voluntas quę ad instar mulieris concipit & parturit animam apprehensiuam Quia ergo hæc mulier prompta erat ad recipiendum, sed nõ mouebatur ad intellectum & rationem vt spiritualiter hoc intelligeret sed adhuc sub sensu detinebatur, ideo dicit dominus, vade tu sensualis voca virum tuum. id est rationalem intellectum quo spiritualiter intelligas quæ modo carnaliter sapis. Respondit mulier & dixit, Non habeo virum, Dicit ei I E S V S Bene dixisti. quia non habeo virum Quinque enim viros habuisti & hunc quem nunc habes nõ est vir tuus. Ecce quomodo occulta huic mulieri dixit, vt per hoc ostenderet in se aliquid diuinum. Sed mystice secundũ Chrysostomum: quinque viros habuisti, id est quinque sensus quibus vsque modo non vtebaris, sed hunc virum quẽ nunc habes, id est errorem non est vir tuus, quia ratio perfecta non est, sed erronea. Ideo est adulter: Et ideo tolle istum adulterum errorẽ qui te corrumpit, & voca virũ tuũ .s. intellectũ vt intelligas me. Mulier ergo ex ista reuelatione illius secreti intelligẽs Christũ tanquã prophetã quærit ab eo solutionẽ cuiusdã dubii, per cuius solutionẽ sectario instrueret eã sicut sequitur. Dicit ei mulier per modũ cuiusdã dubii. Dñe video quia propheta es tu, Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos, scilicet Iudæi dicitis quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. In quo patet secundum Augustinum quia cœpit ad eam venire fides, sed non plene venit, quia non dominum prophetarum putabat venisse, licet enim propheta esset, Matth. 13. Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Cum erat plusquam propheta, quia prophetas ipsos constituit, vt dicitur. Sapi. 7. In animas sanctas per nationes se transfert amicos dei. &c. Admiranda est huius mulieris diligentia, quia non vt cæteræ mulieres curiose de mundanis interrogabat sed de his quæ dei sunt. Matth. 5. Primum quærite regnum dei. Mouet ergo quæstionis de his quæ homines in terra illa mouere cõsueuerant. scilicet, de loco adorationis de quo quæstio vertebatur inter Iudæos & Samaritanos. E. Samaritani dixerunt quod in monte Garizim ibi esset locus adorationis & probabant per rationem dicentes, quod antiqui

patres eorum ibidem adorabant. Ideo & ipsi in eodem loco adorare deberent, ideo dicit. Patres nostri in monte hoc adorauerunt. Patres isti secundum Chrysostomum possunt intelligi aliqui circa Abraham. Nam illi aiunt filium suũ obtulisse ibi. Iudæi vero dicebant in Hierusalem esse adorandum authoritate domini qui præcepit. Deuterono. duodecimo. Quod destruerent aras & lucos, & non adorarent vbique dominum, sed in loco vno determinato quem dominus elegisset. Qui quidem locus adorationis primo erat in Sylo postea vero authoritate domini. Dauid Salomonis & Nathan prophetæ archa Dei est porta de Sylo in Hierusalem, & ibi factum est templum secũdũ illud Psalm. 77. Repulit tabernaculum Sylo tabernaculum suum, &c. Et sequitur. Sed dominus elegit tribum Iuda montẽ Syon quẽ dilexerit. Proposita ergo quæstione per mulierem, respõdit ipse saluator sicut sequitur. Dicit ei Iesus Mulier crede mihi quia veniet hora quando nec in monte hoc neque in hierosolymis adorabitis patrẽ. Quia veniente hora publicationis euangelii cessauit cultus gentium, & iudæorum ceremoniæ cessauerunt, ipsorumque iudæorum templum orationis domus destructũ est, & populus Christianis creatus est qui nec super montem Garizim, nec in Hierusalem: sed in omni loco benedicebat dominũ. Oportebat quidem quod adoratio Christi euacuaret iudæorum & gentilium adorationem. Nam si aliquis vellet duos populos in vnum coniungere oporteret ab vtroque remoueri illud in quo abinuicem discordarent, & aliquid eis cõmmune in quo conueniant concedere. Christus ergo volens iudæos & gentiles in vnum coniungere remouit a iudæis ceremonias, a gentibus idolatriã, quæ duo erant sicut paries vnus, in quo abinuicem diuidebantur. Et fecit ex vtroque populo vnũ populum, secundum illud Ephe. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum & medium parietẽ maceriæ soluens inimicitias in carne sua, &c. Sic ergo cessauit ceremonialis cultus iudæorum & idolatria gentium, & introductus est verus dei cultus a Christo. Remigius. In hoc quod dicit hora veniet designatur tempus gratiæ quãdo ablata vmbra omnium figurarum, lux veritatis illustrabat mentes fidelium. Mystice. Quidam participant dei sapientiam obnubilatam tenebris erroris, & isti dicuntur adorare in monte

Garizim. Quidam sine errore, sed tamen imperfecte, & ali dicuntur adorare in Hierusalem, id est in ecclesia, militãte. Quidam sine errore & perfecte, quia vident deũ sicut est. Et ideo dicit, venit hora quando neque in erroribus neque imperfecte & in ænigmate participabitis diuinã sapientia, sed videbitis eum sicuti est, vos adoratis quod nescitis, sed nos adoram⁹ quod scimus, quia salus ex Iudæis est Hoc additum est ideo quia ante publicationem euangelii cultus Iudæorum erat licitus & bonus, non sic autem cultus gentilium. Ideo illud ait de gentilibus. Attribuere enim illud deo quod sibi non conuenit, vt quod sit corpus, vel aliquid aliud huiusmodi est ipsum nescire, hoc autẽ faciebant gentiles qui deum non credebant esse super omnia, sed æqualem aliquibus creaturis. Ideo simul cum eo adorabãt idola. De iudæis vero ait. Nos adoramus quod scimus, hoc nõ intelligitur de omnib⁹ sed prophetis & patriarchis quia vera cognitio dei per legem & per prophetas erat cõcessa populo iudaico. Iuxta illud Roma. 3. Quid ergo amplius Iudæo est? quia credita sunt illis eloquia dei. Concessa sunt eis etiam dona spiritualia sicut prophetia & alia huiusmodi quæ prius in eis fuerunt vt ad alios deuenirẽt, iuxta illud Rom. 11. Tu. s. gentilis cum esses oleaster. i. sterilis & amarus insertus es in illis. s. Iudæis. Et Rom. 15. Nã spiritualium eorum. s. Iudæorum participes facti sunt gentiles Concessum est etiam eis Christum ex ipsis nasci secundum carnem. Ideo hic dictum est. Quia salus ex iudæis est. Subdit, venit hora & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. vbi sciendum secũdum Originem quod supra loquẽs dominus de adoratione non dixit, Venit hora & nũc est, sed simpliciter venit hora. &c Quia tunc locutus est de adoratione in patria secundum quam perfectam dei cognitionem participabimus, quę nõ dum viuentibus in hac carne mortali venit hic vero loquitur de ea quæ est in vita ista quæ iam venit per Christum. Ista autem adoratio quæ nunc est fit in spiritu & veritate, Remigius. Deus nullo loco continetur, nec in templis manufactis, sed puris mentibus comprehenditur & inhabitatur, probat hoc per hoc. Spiritus enim est deus. ¶ Ad cuius euidentiã sciẽdũ quod adoratio christianorũ excellit adorationẽ iudęorũ in duobus, primo quia illa est secundum car-

nales ceremonias.Hebr.9. Solummodo in cibis,& in poti
bus & in iustitiis carnis vsque ad tépus.&c.Adoratio ve=
ra christianorũ fit secundũ spiritum, Secũdo quia iudæorũ
adoratio fidebat secũdũ figuras.Nã deo victimę secũdum
quod sunt res quędã nõ placebãt.Vnde Psal.49. Nunquid
mãducabo carnes taurorũ,aut sanguinẽ hircorũ potabo,&
alibi.Psal.50.Si voluisses sacrificiũ dedissem, vtique holo=
caustis nõ delectaberis.s.in quãtum sunt res peccatorũ,sed
in quãtũ sunt res victime & veri sacrificii.Heb.9.Vmbrã
habet ex futurorũ bonorũ,nõ ipsam imaginẽ rerũ Adora=
tio autẽ Christianorũ est inveritate,quia ipsa secũdũ se pla
cet deo.Ioann.1.Gratia & veritas per Iesum Christũ facta
est.Ideo quãtũ ad primũ dicit quod veri adoratores adora
bunt in spiritu nõ in cęrimoniis carnalibus.Quãtum ad se=
cundũ di.In veritate nõ figura.Secũdo potest legi quod do
minus per hęc duo quę dicit in spiritu & veritate,vult ostẽ
dere differẽtiã huius adorationis,nõ tantũ ad illã iudæorũ
verumetiã,ad eã quę erat Samaritanorũ.Ad illã quidã iu=
dęorũ per hoc quod dicit in spiritu sicut dictũ est statim su
pra.Illã vero Samaritanorũ per hoc quod dicit,Et in veri=
tate.Nã illa cũ errore erat,quia adorabãt quod nesciebant.
Ista vero cum dei cognitione.Tertio potest legi vt per hoc
quod dicitur in spiritu & veritate,ostẽdatur conditio verę
orationis,Ad hoc enim quod oratio bona fiat & vera duo
requiruntur,vnum quod fiat in spiritu,Et ideo dicit in spi=
ritu & in feruore spiritus.1.Corin.14.Orabo spiritu,orabo
& mente,Secundo quod fiat in veritate. Primo quidem in
fide,quia nullus feruor spiritualis desiderii est ad merendũ
idoneus nisi assistat veritas fidei ,Secundo vero in veritate
id est,sine fictione & simulatione.Contra quod dic,Matth.
6.Amant in platearum angulis orare vt videãtur ab homi
nibus.Sic ergo ad orationem feruor charitatis & veritas fi
dei requiruntur,Iacob.1.Postulet autem in fide nihil hæsi=
tans.Et rectitudo intentionis.Sequitur , Nam pater tales
quærit qui adorent eum,spiritus est deus,& eos qui ado=
rant eum in spiritu,& veritate oportet adorare.Vbi scien
dum qui vult exaudiri a deo debet ei assimilari vt propter
similitudinem hominis ad eum ipsum exaudiat,quia om=
ne animal diligit sibi simile .Ecclesiastici decimo tertio.
Sed homo non assimilatur Deo secundum carnalia , quia

est incorporeus, sed secūdū spiritualia, quia deus spiritus est. Ephe. 4. Renouamini autē spiritus mente vestræ, &c. Est etiā veritas. Ioan. 14. cap. Ego sum via veritas & vita Ergo oportet in spiritu & veritate adorare. Vnde Aug. cōtra samaritanos qui putabāt deum corporeum, & ideo in monte esse adorandum Quærebas montem forte ad orandum, vt Deo esses propinquior sed ipse qui in altis habitat humilibus appropinquat, ergo descende vt ascendas. Ascēsiones inquit in corde eius in conualle plorationis quæ humilitatem iuber, in templo vis adorare in te ora, sed prius esto templum dei, Dicit ei mulier. Scio quia Messias venit qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille annunciabit nobis omnia, quasi diceret Ego ista verba nō capio, sed quando ven.et Messias tunc sciemus omnia ista. Dicit Augustin. quod hęc est prima locutio vbi vocat eum Christum vt daret intelligere quod post quinque sensus corporeos iam incipiet redire ad virum legitimum, ideo dominus aquā doctrinæ spiritualis ei propinat menifestando se ei. Sciendum mutiplex est aqua. Prima significat amorē mundi, & hæc non extinguit sitim. 2. Reg. 14. Omnes quasi aqua dila. Vere omnes delitiæ diuitię & honores significantur per aquā Hanc autem aquam nullus debet appetere quia turbida & amara. Hiere. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquam turbidem. Superbus enim habet cor turbidum prę contumacia, indignatione, & contentiosa æmulatione. Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Psal. 144. Tāge mōtes & fumigabūt. Auar' semper cor habet turbidū præ nimia tristitia & solicitudine Ecclesiast. 14. In tristitia erit super mensam suam. Hierem. 46. Turbati sunt in mari, prę solicitudine quiescere nō potuerunt. Libidinosus habet cor turbidum præ nimia cōcupiscentia & feruore. Iob 31. Ignis est vsque ad consummationē deuorans, & omnia eradicas germina. Non solum autē ista aqua est turbida per effectū sed etiam in seipsa. Aqua vero turbida nō est apta ad bibēdum cum sit amara, nec ad speculandum cum sit turbulenta nec ad lauādum cum sit immunda. Eodem, modo amor mundi non est aptus ad bibendum quia ad amarus, facit enim amaritudinem in conscientia. Prouer. 5. Nouissima illius amara quasi obsynthium. Et tandem facit amaritudinem in pœna. Isaiæ, 24. Amara est potio bibentius illam.

Si videtur amor mundi, non est aptus ad speculandum cũ sit turbulentus Non enim possumus speculari deũ per cõtẽ plationem mundanorum,nec etiam peccata nostra nisi per contritionem. Legitur in Vitis patrum, Cum quidã frater cor plenum anxietatibus, & tribulationibus haberet & mo re solito Deum contemplari non posset,quidam sanctus pa ter ad quendã fontem eum dixit, & cum aquam cum quo dam baculo perturbasset dixit vt respiceret si faciam suam videre posset,qui expectauit vsq; clarificata fuit & tũc vi dit adaptatio huius exempli plana est. Similiter amor mun di nõ est aptus ad lauandũ cum sit immundus, Si quis ergo habet cor immundum & vult lauare illud cum amore mũ di magis se inquinabit. Vnde Ambro. in lib. de virgi. pyta- gorem reprehendit di. Pytagoras postquam cubitum fue rat tibicinem iubebat molliora canere vt anxia curis secu- laribus mulceret corda. Sed ille qui laterem lauat secularia secularibus frustra cupiebat abolere magis enim se linie- bat luto qui remedium voluptate quærebat. August. Quis- que es quies in mundo,ad te venit qui fecit mundum, vt eripiat te de mundo. Quod si forte aliqua delectatione te retinet mundus semper vis esse immundus. Secundum do minus dat aquam contritionis. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum & plora bo die ac nocte; Aug. Si totus ver tat in fletum vt iam nõ sint guttæ lachrymarũ sed abundantia fluminis, digne ta men non potero. flere mala mea omnia, &c. Sic tu fac lixi- uium. Psal. 50. Lauabis me & super niuem dealbabor, Isai. 1 Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabun tur. Vnde Bernard, Vinum angelorum sunt lachryme pœ nitentium, vt pater in exemplo de muliere. ☞ Tertio do- minus dat aquam doctrinæ. Ecclesiast. 15. Aqua sapientiæ salutaris potabit eum, scilicet hominem videlicet Christus. De ista aqua dicitur Apoc. 22. Ostẽdit mihi fluuium aquæ viue procedentem de sede dei & agni. Per fluuium intelli gitur sacra scriptura, quæ procedit de sede agni. i. a regno dei. Psa. 67. Deus dabit verbum euangelizantibus. O quam dulcis aqua. Psa. 118. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua Heu aliquibus amara est. Ioan. 6. Durus est hic sermo, Sed Petrus. verba vitæ æternæ habes. Hæc aqua mũdat. Io. 15 Iam mundi estis propter sermonẽ quẽ locutus sum vobis.

¶Quarto dominus dat aquam gratiæ Ioan. 4. si scires donum dei &c. tu forsitã petisses ab eo & dedisset tibi aquã viuam. i. gratiam viuificantem. Psal. 35. Apud est te fons vitæ. Hanc petiuit hæc mulier dicens. Domine da michi hanc aquam vt non sitiam. Apocal. 21. cap. sitienti dabo fontem aquæ viuę gratis. Primo gratia spirit⁹ sancti comparatur aquæ quia abluit, Ezec. 36. Effundam super vos aquam mũdã, & mũdabimini ab omnib⁹ inquinamentis vestris, Psal. 50. Lauabis me, &c. Secũdo extinguit. Ecclesi. 3. Ignem ardẽtẽ extinguit a qua. Et sic gratia spiritussancti extinguit peccata. Tertio aqua est cõmunis. Et sic gratia spiritussancti. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas &c. Ansel. Nõ ideo non habes quia de⁹ non dat, sed quia te non præparas accipere. Apocal 3. Ego sto ad ostiũ & pulso. Quarto in imis. Et sic gratia spiritussancti in humilib⁹. Psal. 103. Qui emittis fontes in conuallib⁹, &c. 1. Pet. 4. Humilib⁹ dat gratiam. ¶ Nota hæc aqua scilicet gratiæ est dulcis ad bibendũ. Ecclesiæ. 24. Qui me bibũt adhuc sitient. Clara ad speculandũ. 2. Corint. 4. Nos autem reuelata facie gratiam domini speculantes, &c.

Sabbato. Sermo. I

VAde & iam ampli⁹ noli peccare. Ioan. 8. Consuetudo est vbi homo exit domũ suam & relinquit ostiũ apertum, & fenestras tũc frequenter perdit thesaurum suũ post perditionem autem tũc inuocat iudicem vt prouideat de restitutione, spiritualiter vbi homo aperit ostiũ oris inordinate & fenestras sensuum exteriorum scilicet visum auditũ. &c, Ille perdit thesaurum virtutum. Eccl. 6. Auerte faciẽ tuam a muliere compta & circumspicias speciem alienam. Ibidem. 18. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, Claude ostium domus, id est, os tuum. Et hoc petit ecclesia in introitu, Verba mea aurib⁹ percipe domine. &c, q. d. Ego perdit thesaurũ animæ ergo adiuua vt restituatur mihi. Et hoc petit in coll. Præsta quesumus omnipotẽs deus, similiter sic petiuit susanna, quæ perdidit thesaurum bonæ famæ, vt patet in epistola quæ erat exaudita, similiter hæc mulier in euangelio perdidit thesaurũ coiugalis castitatis, ipsa sperauit in domino & non est derelicta sed meruit audire. vade & amplius noli peccare.

¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo Iudæorum fallax interrogatio cum dicitur. Magister. Secundo subditur iusta sententiæ diffinitio, ibi. Qui sine peccato est. & cæte. Tertio magna Christi miseratio, ibidē vade & amplius noli peccare. De primo dicit. In illo tempore. s. cum in vltimo die scenophegiæ toto in templo prædicasset. Tunc vespere perrexit in montem olíueti. Alchuinus, Christi consuetudo erat maxime circa passionem, quod tota die in templo prædicauit Hierosolymis & miracula fecit, sero reuertabatur in Bethaniam. Augu. Iuit in montem olíueti ad orandum ad designandum quod in oratione deuota oleum misericordię acquiratur secundum Alchuinū. Nam sicut oleum dolentibus membris solet ferre medicamen vel leuamen, & sic oratio diuinam pietatem. Item sicut oleum superfertur omnibus liquoribus, & sic misericordia. Psalm. Miserationes eius super omnia opera eius, Et diluculo iterum veniebat in templum ad prædicandum propter zelum animarū Et omnis populus veniebat ad eum simplices vt discerent, scribæ & pharisæi vt laqueos iactāt. Et sedens docebat eos s. viam salutis æternæ. Adducunt autem scribæ & pharisęi mulierem deprehensam in adulterio. ¶ Sed diceres quare non adduxerunt adulterum, eum secūdum legem eadē pœna sit puniendus? Repondetur quod adulter erat diues & vnus de scribis, & ideo pro precio eum liberauerunt.

¶ Nota adulterium tripliciter punitur a deo. Primo pœna temporali, Gene. 12. Flagellauit dominus Pharaonem plagis maximis & domū eius propter Sari vxorem Abrahā. Item. Gene. 20. Comminatus est dominus mortem Abimelech propter vxorem Abrahę quam tulerat nesciens ipsam eius esse vxorem, sed eam sororē eius putabat vbi Iosephus dicit quod dominus percussit eū graui infirmitate ita quod medici desperabant de eo. Item dominus conclusit omnem vuluam domus Abymelech propter Saram vxorem Abrahæ. Item de Dauid. 2. Reg. 12. cum dixit. Nathan. No recedet gladius de domo tua. Secundo pœna legali quia omnes leges tam diuinæ quam humanæ prohibēt, & puniūt adulteria. Nam secundū humanas leges aliqui exheredātur, ali qui nudi fugantur, Sed secundum legem diuinam adulteri manifesti debent lapidari, sed occulti & suspensi debebant separari. Et statuerūt eam in medio. s. vt magis cōfundere

tur & dixerunt Magister. Chrysostom. Magistrum vocāt vt quasi honoratus secretum insui cordis manifestet. Et nō vt discipuli. Ioā. 13. Vocabis me Magister & domine & bene dicitis, quia illi causa descendi, ista causa decipiendi. Pharisæi enim & adulatores faciūt vt scorpio qui applaudit facie, sed pungit cauda. Sed caue a talibus. Psalm. 140. Oleum peccatoris nō impinguet caput meum. Catho. Cum te quis laudat iudex tuus esse memēto. Nā nullus in hoc mūdo debet velle laudari. Nā omnis vita nostra, vel est præsens, vel præterita, vel futura. Si præterita, inueniet se multa commisse de quibus debet erubescere. Roman. 6. Quem fructū habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Si presens sic est in loco periculoso: de quo debet dolere. Psal. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Si futura, & sic inueniet dei iudicia de quibus debet timere. Psalm. 118. A iudiciis enim tuis timui. Sed qui sunt in futura patria sunt laudendi qui de præterito non habent erubescere, de præsenti nō dolere sed gaudere, quia sunt securi. Subditur. Hæc mulier deprehensa est modo in adulterio. In lege autē mādauit Moses huiusmodi lapidari, tu ergo quid dicis. Secundum Augusti. in Christo pharisæi cognouerunt tria, scilicet veritatem doctrinæ, mansuetudinem misericordiæ & rectitudinem iustitiæ. Et iudæi volentes eum decipere cogitabant intra se, ipse vel dicet quod mulier debet lapidari aut non aut tacebit. Si iubet eam lapidare, tunc dicemus eū immisericordem qui tamen misericordiam prædicabat. Si non iubet lapidare, tunc dicemus eum quod est hostis legis & contrarius Mosi. Si tacebit tunc dicemus, quod non habet veritatem doctrinæ, sed propter timorem humanum veritatem prædicare formidat. Ergo subdit: Hoc dicebant tententes eum vt possent eam accusare. Sed dominus in respondendo iustitiam seruaturus & a mansuetudine nō erat recessurus, Vnde sequitur: Iesus autem inclinans se deorsum scribebat, in terram. Ambro. dicit quod scribebat. Terra terram accusat. Augustin. Scripsit illud quod postmodum voce expressit, scilicet. Qui sine peccato est, & cæ. Glos. Scripsit eorum peccata vt eos ostenderet ineptos ad huius sententię executionem, quæ illi legentes prę verecundia exierunt. Peda digito scripsit in terra vt illum se fore demonstret. qui quondam legem in lapide scripsit. Cum autem perseuera-

rent interrogantes eum, erexit se & ait. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidẽ mittat, quasi diceret puniatur peccatrix, sed nõ a peccatoribus: impleatur lex quam allegatis, sed non a prçuaricatoribus legis. Et sic seruauit iustitiam misericordiam & veritatem ex eo quod non venerat perdere, sed quærere quæ perierant. Et iterum se inclinans scribebat in terra. August. vt daret eis liberam facultatem exeundi quos citius exituros quam plura interrogaturos præuidebat. Secundum aliquos hic scripsit quasdam figuras in quibus ex diuina permissione quilibet sua peccata cognoscebat, & non mulieris quæ fuerant per contritionem deleta, In hoc docemur quod prius quã peccantem fratrem corripimus diligenter perpendamus, vtrum ipsis peccatis de quibus alium castigamus etiam obnoxii simus, ne nobis contingat taliter vt sequitur. Audientes autem hæc vnus post alium exibant incipientes a senioribus. Glo. quia forte magis rei erant interrogantes eorum conscientiam. Et qui iudicare venerant iudicio dei digni erant. Et remansit Iesus solus a calumniantibus. Et mulier in medio stans, scilicet discipulorum & aliorum bonorum. Glo, mulier illa ab illo puniendam se sperabat in quo peccatum inuenire nõ poterat, sed ille qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ leuans in illam oculos mansuetudinis interrogauit eam vt sequitur. Erigens autem se Iesus ait illi. s. confutatis calumniatoribus. Mulier vbi sunt qui te accusabant? nemo te contemnauit. Quæ ait, Nemo domine. Dixit ei Iesus, Nec ego te contemnabo, quasi diceret. Ego propter peccatores veni: vade & amplius noli peccare. O pium verbum et mãsuetum Serui erant crudeles, dominus pius, homines erant immisericordes, deus misericors. Sed illam pœnitentiam a Christo iniunctam non debent trahere in consequens ipsi sacerdotes, quia non noscunt cor neque conscientiam hominis vt Christus. Nam ad quodlibet peccatum requiritur satisfactio. August. Nullum malum inpunitum &c, Quod Grego. in pasturali per tria exempla probat, Primum vt si literas aliquis vel figuras malas scribit non sufficit quod vlterius nõ scribat sed quod male scriptum deleatur. Et sic peccata nostra scripta sunt coram deo. Hiere. 16. Peccatum Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamantino. Nota autem sufficit non peccare sed præteria peccata contritione

delere, Secundum exemplũ quando quis aliquem blasphemat non sufficit dimittere, sed satisfacere. Et sic per peccatum blasphemamus deum ad Roma. 2. Nomen dei per vos blasphematur, ergo oportet vt satisfaciamus pœnitentia. Iob. 11. Idcirco meipsum reprehendo & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. ¶ Tertium exemplum quod debitor non absoluitur a debitis, eo quod alia non multiplicat, sed oportet quod ea quę tenetur exoluat. Et sic debita per peccatum contrahimus, ideo non sufficit quod oramus. Dimitte nobis debita nostra, sed oportet quod nos satisfaciamus per satisfactione Mat. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ.

¶ Dominica Lætare. Sermo. I.

De euangelio.

ACcepit Iesus panem, & gratias agens distribuit discunbentibus. Ioan. 6. Matt. 14. Marc. 6. Luc. 9.

¶ Tenens agrum alicuius domini semper tenetur domino illi respondere de nascentibus primitiis in agro. Spiritualiter, sic nos tenemur animam nostram in feudum domino. Gene. 2. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ & factus est homo in animam viuentem Et vltra possessionem animę etiam ab ipso recepimus semina verbi dei & etiam doctrinæ. Que si in agro animę seminata essent & colerentur bonis operibus, nascerentur virtutum fructus speciosi & decori, quibus obtinetur æterna gloria, Ideo de his dominus vult habere partem, scilicet gratiarum actiones. ☞ Nota hæc bona nascũtur a bonis operibus, quæ domino donantur in anima sancta. s. adeptio veniæ, acquisitio gloriæ & gratiarum actio, Domin⁹ de omnibus his solo vltimo cõtẽtatur. Figuratur. Gene. 47 Tempore famis Ioseph terras & possessiones omnes regni AEgypti obligauit prouidendo omnibus de cibo ne periclitarentur. Veruntamen possessiones prædictas illis relinquebat in feudum tali pacto vt accepto semine redderent regi quintam partem nascentium, Genes. 47. Spiritualiter tempore quo in Aegypto peccati primorum parentum omnes periclitabantur fame, veniens Ioseph. i. Christus pane angelorum refecit nos, & nobis tradidit semen purissimum, quod fructum attulit multiplicem in terra nostra. i. in anima nostra quam redemit de paupertate mortis, reddẽs illam nobis vt partem quintam. s. gratiarum actiones

de his supradictis a nobis tantum recipiat quia secundum Bern. ingratitudo ventus est vrens & exiccās fōtem pieta tis rorem misericordiæ & fluenta gratiæ. Dominus in ex emplum se nobis hodie proponit qui gratias patri egit. De quo thema. Accepit ergo Iesus panes & gratias cum egisse distribuit discumbentibus, &c. ¶ Aliud thema, Auicenna in primo canone dicit & experimento certificatum est, ꝙ mamille matris in os infātis posite valde cōferūt remedium quicquid ei obest. Spiritualiter sic in propositio mater nostra ecclesia. 2. Re. 1. Sic mater vnicum ama, filium ita te diligebam. Ista mater ostēdit nobis duo vbera, i. duplicē consolationem. s. gratię & glorię, Psalm. 83. Gratiā & gloriam dabit dominus. Sed cum filio ostēderit vbera lætatur & sic nos. Vnde in introitu. Lętare Hierusalem & cōuentū facite omnes qui diligitis eam: gaudete cum lætitia qui in tristitia fuistis vt exalteris &. satiemini ab vberibus conso lationis eius. Psal. Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi &c. Psal. 121. Nicolaꝰ de lyra exponit hunc Psal. ad literā quod sic exultatio ipsius Dauid de hoc Nathan quod pro pheta sibi dixit de futuro templo per Salomonem ædificā do, vt habetur. 2. Reg. 7. Et. 1. Para. 17. Sic nobis dicitur de futuro. In domum domini lætantes ibimus, De qua domo Baruch. 3. O Israel quā magna est domꝰ domini & ingēs locus possessionis eius. In illa domo quidā habitāt affectu & effectu vt sancti. Psal. 118. Qui habitat in cœlis. &c. Secūdi affectu & non effectu, vt boni viatores. ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Psal. 119. Heu mihi quia inco latus meus prolōgatus est. Alii neutro modo, sed potius ha bitare eligūt ī domo ruinosa. Aug. Si architectꝰ dicere trui turā domū nōne prius migrares quā interires. Sic author mundi dixit ruiturum mundum & ei non credis. Audi vo cem eius, Luc. 21. Cœlum & terram trāsibunt, & cęt. Dicit enim Solinus. Hirundines in ruitura domo ædificium non petunt. Sic electi dei qui hirundinibus cōparantur, Hiere. 8 Hirundo & ciconia cognoscunt tempus aduentus sui, præ sciunt futura. Scimus vero quod mundus est ædificiū ruino sum, domus vero dei semper stabit. Psal. 92. Domū tua do mine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Hanc pe tiuit Dauid Psal. 26. Vnam petii a domino, hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.

Notãter dicit vnam & non duas sicut filii sæculi secundum carmen viuentes, August. super Gene. In arca non admitebantur animalia, quæ generabantur ex putrefactione in corruptione sed in diluuio perierunt. Sic domo dei non admittuntur qui ex sanguinibus & voluntatę carnis generantur. 1. ad Corinth. 15. Caro & sanguis regnum dei possidere non possunt. Ecclesiast. 17. Nihil nequius quam quod excogitauit caro & sanguis. Roman. 8. Qui secundum carnem sunt, deo placere nequeunt. Ideo in epistola ad Galat. 4. Abraham duos habebat filios vnum de ancilla & vnũ de libera. Qui de ancilla natus est secundũ carnem qui de libera per repromissionem & secundum spirituũ qualis nõ erat filius ancillæ, Gene. 25. Diuisit Abraham filiis suis hæreditatem, filiis cõcubinarum dedit munera. Ergo de filiis in patria dicitur in euangelio. Saturati sunt &c. ¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo constantiæ conueniens æqualitas, ibi Abiit I E S V S, Secundo miraculi expediens opportunitas ibi. Cum subleuasset. Tertio beneficii sufficiens largitas, ibi. Facite homines discumbere. De primo dicit. In illo tempore. s. cum Iudæi quærebant Christum interficere & non erat adhuc tempus passionis suæ ideo abiit I E S V S trans male galilee quod est tiberiadis Iste locus sic appellatur iuxta morem iudæorum qui omnem congregationem aquarum appellãt maria. Et aliquãdo dicitur mare Galilee propter Galileam prouinciam in qua fluit. Aliquãdo dicitur mare tyberiadis propter famosam ciuitatem, ibidem situatam quam Herodes ædificauit in honorem Tyberii Cæsaris. Aliquando dicitur stagnum genezareth propter auram quæ ibi regnat vel propter regionem quandam paruam. Et sequabatur eum multitudo magna qui videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabuntur. Chrysostomus. Mouebatur enim turba magis signis quam doctrinis. ¶ Nota Hierony. ponit quinque rationes quare eum turbe sequebantur. Primo quidem propter comestionem de quibus dicitur. Ioh. 6, Quæritis me non quia vidistis signa sed quia saturatis estis de panib⁹. Et fuerunt gulosi quorum deus venter est. Et figurãt illos qui seruiunt deo vt habeant victum & amictum, quib⁹ dicitur Matth. 6. Quærite primũ regnũ dei & iustitiã ei⁹ & hęc oĩa adiiciẽtur vobis. Item alii vt ditarẽtur, vt patet de

illo Matth.8.Magiſter ſequar te quocunque ieris. Cui reſpondit I E S V S.vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum recliner.Et ſignificat auaros qui plus rogant deum pro diuitis temporalibus quam æternis,De his Matth.6. dicitur Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ.Matthæi decimo nono.Impoſſibile eſt diuitem intrare,regnum dei.Dauid Pſalm.61.Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.Quidam vt miraculũ viderent vt curioſi,Matthæi.12.Magiſter volumus a te ſignum videre.Et figurant illos qui tãtum audiunt verbũ dei vt ſciant & nõ vt nõ faciãt.De quibus dicitur ad Roma.2.Non auditores legis iuſti ſunt apud deũ ſed factores legis iuſtificabuntur. Iacob.1.Eſtote factores verbi & non auditores tantum.Lucæ.11.Beati qui audiũt verbum dei & cuſtodiũt illud,Quidam propter eorum infirmos,Lucæ ſexto. Omnis turba quærebat eum tangere quia virt⁹ Dei de illo exibat & ſanabat omnes.Et ſignat illos qui deũ & ſanctos inuocant dum infirmantur,De quibus Pſalm.15.Mulplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt.Sed cũ ſanantur mali efficiuntur vt pri⁹ Hi grauiter deum offendunt quibus dicitur.Ioan.5.Ecce ſanus factus es,iam noli peccare ne deterius tibi contingat Lucæ.11.Fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus Quidam propter reprehenſionem vt phariſæi.Matthe.22. Abeuntes phariſæi inierũt conſilium vt caperent IESVM in ſermone,Quidam propter ſanctam doctrinam & vitã vt diſcipuli & hi perſiſtunt aliis recedentibus Ioann.6.domine quo ibimus verba vitæ æternæ habes.❡ Nota Chriſtum ſequi debemus,primo vt viator ductorem. Prouer.4. Viam ſapientię monſtrabo tibi:& ducam te per ſemitas ęquitates. Mich.2.Aſcendit inter pandens ante eos.Secũdo vt oues paſtores.Ioh.10.Cum proprias oues emiſerit vadit ante eas,Tertio vt diſcipuli doctorem.Iſa.2.venite aſcendam⁹ ad montem domini,& ad domum dei Iacob,& docebit nos vias ſuas,& ambulauimus in ſemitis eius.Pſa.70.Deus docuiſti me a iuuentute mea.Quarto vt filii patrẽ eum amor.Hieremiæ.3.Patrem vocabis me ſuper patrem Benard.Sequamur te bone IESV,quia ſine te nullus aſcẽdit.Nam tu es via,veritas & vita Subiit ergo in mõtẽ IESVS,& ſedebat ibi cum diſcipulis ſuis,Chryſ.Ad Vacan-

dum contemplationi fugienda est multitudo,& eligendus est locus solitari⁹, Erat autem proximum pascha. Bernar. Circa hoc festum paschæ Ioan. Baptista sicut decollat⁹, Et postea anno sequēti festo paschæ Christus erat crucifixus Dies festus Iudæorum, hæc autem festiuitas erat celeberima quia tunc liberati fuerāt a seruitute Aegyptiaca. Exodi. 12. Hebebitis hunc diem in monumentum & celebrabitis eum solemnam domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Et bene dicit quod erat dies festus Iudæorum quia Iudæi tempore illo celebrabant festiuitates, nō ad dei honorē sed magis propter vanitates & comessatiōes. Propter hoc dicit eis deus. Isa. 1. Iniqui sunt cœtus vestri Kalēdas vestras & solēnitates vestras odiuit anima mea. Dixi secundo tangitur miraculi expediens oportunitas. De quo subdit. Cum subleuasset oculos I E S V S. ☞ Sciendum duplex est oculus dei. s. sapientiæ & gratiæ, Primum oculum non aperuit ante legem: sed tempore Mosi cum legem dedit, Secundum oculum. s. gratiæ aperui tempore natiuitatis & passionis suæ. Dequo Psalm. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Sed potest esse tertius oculus dei. s. iustitiæ quem adhuc habet clausum aperiet autem tempore iudicii Psalm. 33. Vult⁹ domini super facientes mala vt perdat de terra memoriam eorum. Et tali oculo (Matth. 22.) vidit hominem nō vestitum veste nuptiali, &c. Ideo subdit. Et cū vidisset quia multitudo magna venit ad eum, Eyra Qui ī tantum desiderabant audire Christu m quod etiam sine alimento sequabantur eum. Et dicit Matthæi. 14. quod turba expectauit tota die vsque ad vespram, ꝑpter quod necessarium fuit fieri hoc miraculum. Ideo subdit. Dixit ad Philippum. Vnde ememus panes vt manducent hi? Non quærit ignorans, sed quærit sicut. Gene. 3. capi. Adam vbi es? & Gene. quarto. Vbi est Abel? Ibi quæsiuit vt illi cognoscerent reatum suum. Hic vero vt ex responsione Philippi eo certius appareat miraculum. Ideo sequitur. Hoc autem dicebat tentans eum: non quasi ignorās sed vt deffectus aliis ostenderetur, sicut Genes. 22. Tentauit deus Abraham. s. vt eius obedientia aliis manifestaretur propter quod sequitur Ipse enim sciebat quid esset facturus, quia inquantum deus omnia cognouit ab æterno. Hebræ. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Respondit ei Philippus. Ducentorum

denariorum panes non sufficiunt eis, quasi diceret. Paupe-
res sumus, tantam pecuniam habere non possumus, & si ha
beremus non sufficeret pro eorum refectione. Ideo subdit,
Vt vnusquique modicum quid acciperet Alchuinus, Con-
sidera imperfectionem Philippi, non aspiciebat ad virtutẽ
eius qui de aqua vinum fecerat nec alia signa. Dicit ei vnus
ex discipulis eius. Andreas frater Simonis Petri. Hic vide-
tur habuisse respectum ad multiplicationem panum factã
per Heliseum. 4. Regum. 4. vbi quidam detulerat ad Heli-
seũ viginti panes hordeaceos quos præcepit apponi centũ
viris dicens. Hæc dicit domin⁹, comedẽt & supererit, quod
& factum est. Ideo subdit, Est puer vnus hic, Iste dicitur fu
isse sanctus Martialis qui habet quinque panes hordeaceos
& duos pisces. Chrysostom. Considera eorum parsimoniã
quod vtebantur cibo iumentorum & non dixit eis habuis-
se carnes, i sed pisces, nec eorum copiam, sed duos tantum,
Ideo spirituali cibo inhæserunt in tantum quod corporalẽ
contempserunt. Et subdit, Sed hæc quid sunt inter tan-
tos. q. d. Si multiplicarentur etiam eo modo quo per Heli-
seum, adhuc esset valde modicum in hac multiplicatione.
¶ Dico tertio tangitur sufficiens largitas diuini beneficii di
cen. Facite homines discũbere. i. ordinate sedere ad mandu-
candum, quasi diceret. Consilium humanum subuenire nõ
potuit, nec adiutorium præstabat vos confessi estis inopiam
sed modo cognoscetis dei virtutem. Erat autem fœnũ mul-
tum in loco. Theophilus. Fœnum dicitur hærba viridis. E-
rat enim pascha, quod quartadecima luna mensis Aprilis
celebratur vbi terra germinat & arbores florẽt, & sic erat
locus aptus ad sedendum. Discubuerunt ergo viri numero
quasi quinque milia, sed in modum hebraicum soli hic nu-
merãtur viri a viginti annis & supra, vt habetur Nume. 1.
Sed mulieres & pueri tacentur. Hoc autem dicit euangeli-
sta vt appareat maius miraculum. Considera hic obedien-
tiam apostolorum. Non dixerunt ad quid debent sedere &
vnde debent refici. sed mãdatu humiliter impleuerunt spe-
rantes quod qui parauerat olim mansam in deserto. nunc e-
tiam in solicitudine tuas reficeret. Accepit ergo I E-
S V S panes. ☞ Sed diceres: quare non creauit no-
uos panes, Respondetur quod prima causa huius secun-
dum Theophilum est, vt confundat errorem, Manichei

dicentis corporalem substantiam esse malam, quia malo deo, id est a diabolo sit creata. Si creatura illa esset mala: nequaquam Christus qui est bonus mala multiplicasset. Quinque alias causas assignat Chryso. Prima est, quia ideo creaturis vtitur ad miraculum ne viderentur esse alienæ ab eius sapientia. Secunda vt ostendas se victualiū largitorē. Psal. 135. Qui dat escam omni carni. Tertio ideo panes multiplicat, vt ostendat se esse eum qui in principio dixit. Germinet terra herbam virentem & facientem semen. Gene. 1. Pisces vero multiplicat: vt probet se esse illum qui in principio omne animal aquatile produxit. Quarta ratio est vt per hoc ostendat se esse dominum terræ & maris. Quita ratio est in exemplum, quod si etiam pauca habemus, ea libenter indigētibus tribuamus, Thob. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, libenter illud impartiri stude. Considerandū est, vt dicit Chryso. quod iussi apostoli dare quinque panes non murmurant dicentes. Vnde mitigabimus famem nostram, sed statim obediunt. Deinde ostendit quid egerit Christus. Cum gratias egisset Gratias egit deo patri secundum naturam assumptam qui virtute deitatis est omnis gratiæ distributor. In hac autem gratiarum actione primo Christus suam humanitatem & paternam reuerentiam innuit secundo inde vt dicit Chrysosto, erudit nos non prius tangere mensam, donec gratias egerimus ei, qui dat nobis cibum in tempore opportuno. Sciendum est quod alii tres euangelistæ omissa gratiarum actione dicunt quod Christus tria fecit qui respexit in cœlum. Deinde benedixit ipse panes, & postea eos fregit. Quæ tria Ioannes breuiter complectens dixit. Cū gratias egisset distribuit, respexit in cœlo vt dicit Chrys. Et quia credandum erat Christum venisse a patre facturus miraculū aspixit in cœlum non propter indigentiam quasi auxilio indigeret, quia patri in diuinitate æqualis erat ad operandum miracula. Benedixit panes. Benedictio autem dei secundum Augusti, nihil aliud est quam diuersorum bonorum collatio, & eorumdem multiplicatio, Sicut igitur in principio mundi omnes creaturas benedicens contulit illis naturalem virtutem vt ex seinuicem naturaliter multiplicarentur. Ita nunc quia multitudo panis erat mirabilis, necessaria fuit singularis benedictio. Et istam benedictionē CHRISTVS a-

liquibus verbis expressit quibus & sanctificauit & multipli
cauit creaturam. Sed euangelistę tacent illa verba quia for
te secrete Christus ea protulit. Hoc etiam vt dicit Cyrillus
dispensatiue pro nobis fecit vt discamus quod in principio
mensæ cum frangere debemus panem, debemus deo offer-
te & dicere super ipsum benedictionem supernam, vt crea
tura sanctificetur prius per verbum dei & signo crucis. Nã
propter hoc in homines diabolus sibi vsurpauit potestatem
in rebus istis corporalibus ordinatus ad necessitatem homi-
nis, vt per eas ipsi homini noceat. Vnde Chrysostomus, su-
per Matthæum. Causa inquit sanctificandarum escarũ hęc
est, quoniam totus mundus in maligno positus est. Vnde e-
tiam res corporales quæ sunt magna pars mundi in mali-
gno sunt positæ. Consequenter etiam infantes quando na-
scuntur quantũ ad carnem in maligno sunt positi. Et ideo
oportet res corporales benedicere vt expellatur nocumen-
tum, quod venenum peccati præstitit. Quod præterea bene
dixerat ad hoc facit exemplum sancti benedicti qui bene-
dicens vas in quo erat venenum mixtum vino, ipsa benedi
ctione facta vas confractum est. ☞ Item exẽplum sancti-
monialis quam obsedit diabolus lactucam comedentis præ
termissa benedictione. Dicitur etiam quod dominus panes
benedictos fregit vt frustatim primo diuiderentur & di-
stribuit discumbentibus. Hæc autem distributio per aposto
los facta est. Vnde in Matt. dicitur. Dedit discipulis panes,
discipuli autem turbis, similiter ex piscibus quantum vole-
bant, attendenda est abundan ia cœlestis benef.cii.

☞ Quæritur quomodo ista multiplicatio panum & pisciũ
facta fuerit? Ad hoc respondet Hylarius. 3. de trinitate di-
cens, quod nec sensus, nec visus profectum tam conspicabi-
lis operationis assequitur. Et quod videtur non intelligitur
vnde solum superest vt deus omnia posse credatur. Sed tũc
vt dicit Hieronymus. Frangente domino panem facta est
multiplicatio partium. Item secundum Chrysostomum. e-
tiam ipsi panes augebantur in manibus discipulorum mini
strantium. Item secundum Hylarium, In manibus sumen-
tum, & in medra crescebat panis substantia, Sed hoc vide-
tur multũ mirabile secũdũ Hylariũ quod in manibus fran-
gentiũ nõ minueretur, sed dato vno fragmẽto alterũ succe-
deret, Et dicendũ quod non est dubium quin hoc fuit mira-

bile,ſed tamen deo non impoſſibile,quia nō eſt impoſſibile apud deum omne verbum. Sed ſi adhuc diceres vnde veniebant partes illius panis quæ ſuccedebant frangēti & diſtribuenti. Reſpondet Auguſtinus,dicens quod eadē virtute qua deus multiplicat ex paucis granis ſegetes,eadem poteſtate multiplicauit hos quinque panes & duos piſces. Nam illi quinque panes erant quaſi ſemina, non quidē terræ commandata,ſed ab eo qui terram fecit multiplicata. ¶ Sed diceres Bene habeo cuius virtute hoc factum eſt, ſed ego quæro vnde productæ ſunt partes illæ huiuſmodi multiplicationis? dicatur quod deus præ exiſtentem materiam conuertit in ſubſtantiam panis ſicut humor terreſtris conuertitur in ſubſtantiam carnis:tunc certe deus non ſatiauit illam multitudinem ex ſolis quinque panibus ſubſtantialiter,ſed magis ex altera ſubſtanti,quod videtur contrarium euangelio. Et ideo dicit magiſter in ſententiis lib.2. diſtin. 18.quod illa ſubſtantia panis diuina virtute in ſe multiplicata eſt ſine alicuius alterius additamento quod quomodo fieri potuerit,ex cedit inueſtigationem humani intellectus vt dicit Hylarius. Tertio de recolte&ctione menſæ,Vt autem impleti ſunt. Pſalm.77. Mãducauerũt & ſaturati ſunt nimis, & deſiderium eorum attulit eis. Dixit diſcipulis ſuis Colligite quæ ſuperauerat fragmenta ne pereunt. Quod ideo pręcepit vt dicit Chryſoſt.ne fantaſia crederetur quod factum eſt,quia ex collectione fragmentorum magna apparet certutido miraculi. Ne pereant,Non enim ſunt abiicienda quæ ſuperfluunt menſæ , ſed pauperibus eroganda. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Eſt autem cophinus corbis factus de iuncis, vel foliis palmarum contextus ad ſeruilia opera . Cophinis enim vt dicit Alchuinus:ſeruilia implentur officia, Ex quinque panibus & duobus piſcibus quæ ſuperfuerant his qui manducauerant,vnde ſecundum Theophilum , Addiſcamus non eſſe tenaces in dādis eleemoſynis,quia deus abundantius tribuit. ¶ Quarto inde tāgitur laus ſubſecuta diuinum beneficium. ¶ Sed ſciendum quod nihil dignum Deo poſſumus tribnere pro beneficiis acceptis. Primo quidem quia omnia noſtra ipſius ſunt. Para.29. Tua domine ſunt omnia,& quæ de manu tua accepimus debimus tibi. Secundo quia dicit Pſalm.15.Bonorum meorum non eges. Ter-

tio quia eius beneficia excedunt nostram facultatem. Psal Qui retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi, Sed tamẽ vult deus a creatura laudari, non quod ipsi, sed creaturæ proficit. Vnde attenditur quales redde debent deo gratias homines refecti. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, vnde ipsius declarabatur omnipotentia, dicebant laudendo & glorificando, quia hic est vere propheta, Secundum August. dicitur propheta qui dominus prophetarum est propter tria. Primo quidem quia omnes prophetæ acceperunt de spiritu eius vt prçuiderent futura, Ipse vero in seipso omnium habet cognitionem. Ioannis. 16. Nunc scimus quia scis omnia. Secundo quia Christi cognitio est æterna, prophetæ vero cognouerunt in tempore, Tertio quia omnis prophetia terminatur ad Christum, Actuum. 4. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent de spiritu qui ventur us est in mundum, ad redemptionem humani generis & vt vos ad cœlestia regna perducat, quod nobis præstare dignetur, &c.

De eodem, Sermo. II

ACcepit iesus panes, &c. Ioannis. 6. ¶ Ista dominica vocatur dominica de rosa triplici ratione. Prima est literalis quam ponit Innocenti. libro tertio. Est enim quoddã consolatorium & recreatorium populis continuo ieiuniis fatigatis. Dicit enim Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis, Quod caret alterna requie durabile non est. Ideo dicit dictus innocentius: Ne populus propter asperitatem quadragesimalis obseruantiæ sub continuo labore deficeret in hac media dominica rosæ solatium interponitur, vt anxietas temperata melius sufferatur. Secunda ratio est spiritualis, in ipsa enim rosa sunt tria. Est enim facta de auro, intus vero ponitur muscus, & balsamum, Et ideo significat Christum in quo sunt tres substantiæ. s. caro incorrupta, quæ significatur per aurum, Anima audore omnium virtutum plena, quç significatur per muscum, & diuinitas preciosissima, quæ significatur per balsamum. Qui ergo vult pœnitentiã quadragesimalẽ leuiter ferre debet hac rosã ĩ corde suo portare. Tertia ratio est mortalis ꝑ hoc enim datur intelligi quia per ieiuniũ & per pœnitentiam

vitiorum spinæ conuertuntur in rosam virtutum, ita quod qui prius erat libidinosus efficitur castus, qui prius erat superbus efficitur humilis & mãsuetus. Qui prius erat gulosus efficitur sobrius, Isa. 35. In cubilibus in quibus prius dracones habitabãt orietur viror calami & iūci, &c. quia in cordibus peccatorum in quibus prius habitabant dęmones per exercitia vitiorum: orietur per pœnitentiã viror virtutum.
¶ Secundo hęc dominica vocatur dominica de panibus, ex eo quod Christus quinque milia hominum de quinque panibus satiauit. Sicut autem tunc satiauit illos de quinq; panibus corporaliter, sic quotidie reficit fideles de quinq; panibus spiritualiter. Primus est panibus pœnitentialis, & iste conficitur de tribus pharinis, quarũ vna tota est amara alia est tota dulcis, tertia est dulcis & amara. Verus pœnitẽs debet habere timorem, amorem & spem. Timorem quidem debet habere de consideratione pœnæ æternæ, & ista farina est amara. Ezech. 12. Fili hominis panem tuum in conturbatione comede. Multum enim pænitens debet timere & conturbari quando considerat horribiles pœnas inferni Iob. 21. Quando recordatus fuero pertimesco, & concutit carnem meam tremor. ☞ Secundo pœnitens debet habere amorem de consideratione cœlestis glorię & ista farina tota est dulcis. Nihil enim dulcius quam dei gloriam mente conspicere, & ipsam considerare. Psal. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuę domine, &c. De isto pane dicitur. Lucæ. 14. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.
¶ Tertio pœnitens debet habere spem de consideratione peccatorũ & venię. Et ista farina dulcis & amara est. Amara quãdo considerat peccatorum multitudinem. Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Dulcis quando habet spem de venia obtinenda. Prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ. Ecce amaritudo culpæ, in gaudio eius nõ miscetur extraneus. Ecce gaudium pro venia. ☞ Secundus est panis sacramentalis quẽ in festo paschę recepturi sumus Et iste panis fuit formatus in arca virginali. s. de pharina ęterna, id est, de deitate sempiterna. De farina antiqua. s. de carne ab Adam tracta, & de farina noua, id est, anima de nouo creata. Iste panis sic formatus triplici igne fuit excoctus. s. igne amoris, de quo dicitur Lucæ. 12. Ignem veni mittere in terram, &

quid volo nisi vt ardeat? Et isto igne amoris ipse fuit inflã matus, quia propter amorem nostrum fuit passus. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. Similiter igne doloris fuit inflammatus Thre. 1. O vos omnes qui trãsitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus Et igne passionis. Psalm. 16. Igne me examinasti, & nõ est inuenta in me iniquitas. Idem Psal. 101. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Iste panis fuit formatus & sic decoct⁹ de quinque partibus vulnerum, & fuit incisus vt primum vulnus nos patri reconciliaret. Secundum cœlestem ianuam aperiret. Tertium ruinam angelorum repararet. Quartum sanctos patres de lymbo educeret. Quintum dęmones subiugaret. Tertius panis & materialis quem quotidie petim⁹ in oratione dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Istum panem cum pauperibus debemus communicare, si volumus quod nostra ieiunia sint deo grata. Vnde postquam dixit dominus, Isai. 58. Nonne hoc est ieiuniũ quod elegi, subdit: Frange esurienti panẽ tuum, &c. Dicit enim Petrus Rauen. quod eleemosyna est in ieiunio sicut oleum in lucerna. Sicut enim lucerna extinguitur quando oleum deficit, sic ieiunii meritum perditur cum eleemosyna subtrahitur. Grego. Talia sunt sine charitate nostra ieiunia qualis est sine oleo lucerna accensa, fuginare quidem & fœtere potest, ac lucere nõ potest. Et etiam sicut sol diei Sicut enim sol nubes excellit, & glaciem dissoluit, sic, eleemosyna peccata extinguit. Ecclesiast. 3. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Et sicut in sereno glacies soluitur, sic eleemosyna soluentur peccata nostra Est etiam eleemosyna ieiunio sicut anima corpori. Sicut enim anima corpus viuificat, sic eleemosina ieiunium gratificat, Et sicut corpus moritur cum anima recedit, sic ieiunii meritum perditur cum eleemosyna deficit, Quartus est panis infernalis qui conficitur ex peccatis. De quo pane dicitur Prouerb. 13. Comedunt panem impietatis & vinum iniquitatis bibunt. Nihil enim proderit abstinere a cibo & pane materiali non abstineatur ab ipso pane peccati. Vnde dicitur. Isa. 58. Nonne hoc est ieiunium quo elegi? solue fasciculos deprimentes. Quidam libri habent impietates colligantes, quia quida ex mala cogitatione cadunt in delectationem, de delectatione in consensum, de consensu in opus: de opere in

consuetudinem,de consuetudine in necessitatem peccandi. Hi habent etiam fasciculos peccatorum deprimentes quia cum deberent de isto fasce peccatorum diminuere semper volunt peccata peccatis addere. ¶ Legitur enim in Vitis patrum quod sanctus Arsenius ostendente sibi angelo vidit tres viros,vnum qui fascem lignorum in nemore pociebat,& super sarcinam tanta ligna addebat donec ferre non poterat . Alius infundebat aquam in cisternam perforatam quæ tota influebat. Tertius quidam trabem non per longum,sed in transuersum in quandam ecclesiam ducere volebat.Exposuit autem ei angelus hanc visionem quod primi sunt qui peccata peccatis addum cum deberēt diminuere.Ecclesiastes decimo septimo, Peccare coram domino, & minue offendicula. Secundi sunt qui habent cor suum per diuersa crimina perforatum : ita quod quæcunque opera de genere bonorum faciunt,omnia perdunt. Aggæi.1.Qui merces cōgregauit misit eas in saccum perforatum. Tertii sunt superbi qui nolunt ire recte,sed transuersi nec volunt se inclinare,sed eleuare. Et ideo cum porta sit angusta , in domum cœlestem intrare non possunt. Marc.7.Quam angustia est via quæ ducit ad vitam.

¶ Quintus panis est cœlestis quem sancti manducabunt im mensa cœlesti. Lucæ.22.Et ego dispono vobis sicut pater cœlestis disposuit mihi regnum,vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.Ex quib⁹ habetur quod illud conuiuium habebit ministrantis nobilitatem cum dicit.Ego non alius non Petrus apostolus,non alius sanctus, sed ipse CHRISTVS. Eiusdem.12. Amen dico vobis quod præcinget se & faciet illos discumbere,& transiens ministrabit illis. Habebit conuiuentium ordinabilitatem cum dicit: dispono,id est, in diuersis mensis pono.Nam in vna mensa erunt patriarchæ,in alia prophetæ in alia apostoli,in alia martyres,in alia confessores in alia virgines Beata autem virgo habebit vnam mēsam per se a dextris filii collocatā.Ioan.14.In domo patris mei mēsiones multæ sunt habebit etiam illud conuiuium plenam satietatem ideo dicitur,vt edatis & bibatis.Canti.5.Comedite amici mei,& bibite,& inebriamini charissimi , habebit mensæ nobilitatem,quia in eadem mensa debebunt cum deo.Ideo dicit super mensam meam.Psal.127.Filii tui sicut nouellæ

oliuarum in circuitu mēsę tuæ. Habebit loci amonitatem. Ideo dicit, in regno meo. Nume. 24. Quam pulchra tabernacula tua Iacob & tentatoria tua Israel vt vallas nemorosę, vt horti iuxta fluuios irrigui.

¶ De eodem. Sermo, III.

Est puer hic vnus habens quinque hordeaceos, & cę. Ioannis, 6. cap. Puer est Christus a quo quinque panes habemus, videlicet naturæ, doctrinæ, pœnitentiæ eucharistiæ, & gratiæ. Primus est corporalis. Secundus est doctrinalis. Tertius est pœnitentialis. Quartus est sacramentalis. Quintus est spiritualis. ☞ De primo, Gene. 3. in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Pro isto pane parum sudant vsurarii. & alii q adulationib⁹ & detractionib⁹ & periuriis, imo & emptonibus, & multis mendaciis victum acquirunt. Prouerb. 20. Suauis est homini panis mendacii, & postea implebitur os eius calculo, id est, lapide ignito. Dicit Glos. De isto pane scilicet corporali colliguntur fragmenta eleemosynarum. Isaie. 58. Frange esurienti panem tuum, & c. Frange, scilicet esurientibus in mundo Thobie. 4. Panem tuum, cum esuriētibus & egenis comede, & c. Et in purgatorio, Hierc. 8. Mittite partes eis qui non pręparauerunt sibi. Et in cœlo. Esuriunt enim sancti eleemosynam, & alia bona opera nostra. Es maxime Christus. Matt. 25. Esuriui & dedistis mihi mā ducare, & c. Grego. Ad tribuendum pigri nē sitis, quia hoc quod in terra iacenti porrigitis sedēti in cœlo datis. Sic habes quasi trium sportarū fragmenta. ¶ De secūdo. Eccl. 15. Cibauit illum pane vitę, & intellectus, & c. Sicut autem pater familias eiicit eum de familia qui ociose comedit panē suum. sic & Christus. Ociose autem comedit panem qui doctrinam intelligit & non facit. Cōtra quos Prou. 31. Panē ociosa non comedit. Vide quomodo hordeaceus est qui non ociose, sed cum labore comedens est. Istius panis quasi triū cophinorum fragmenta sunt credendorum fugiendorum. agendorum documenta. Vnde aliquando dictum est Thre. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Modo autem iste panis frangitur paruis & magnis plusquam velint. ¶ De tertio dicit Psalm. Cibabis nos pane lachrymarū & potum dabis nobis in lachrymis in mēsura. Sed pœnitentia & austera vita sępe corrūpitur per ser

mentum vanæ, audis, vel amixtæ carnalitatis, vel seruilis timoris, qando solum timore gehennę sit pœnitētia. Vnde de dicitur Deut. 16. Septem diebus comedes absq; fermento afflictionis panem. Septem diebus, id est, semper, omne enim tempus septē voluitur diebus. De isto pane fiunt fragmenta contritionis, confessionis, & satisfactionis quasi triū sportarum. Hunc panem dat dominus per prælatos pœnitētibus inducendo eos ad cōtritionem & iniungēdo pœnitē tiam. Pauci vero sciunt frangere vel nolunt hunc panem Hiere. 15. Non frangent inter eos lugenti panem ad consolationem super mortuo. ☞ De quarto dic. 1. ad Corinth. 11. Quicunque manducauerit panem & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Timendum est valde verbum hoc, vide ergo quomodo panis hordeacens non solum in dolore de memoria passionis Christi, sed etiam in dolore de peccatis quasi agnus cū lactucis comedendus est. Qui hunc panem non indigne vult comedere debet sicut ouicula mansuete & innocenter viuere. Vnde de ouicula pauperis quam diues sibi abstulit, dicitur. Reg. 12. quòd erat de pane illius comedens, & de calice bibens. Pauper enim Christus est qui paucas oues habet, diues est diabolus q̃ habet oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Istius panis fragmenta sunt tres partes hostiæ fractæ. 1. Corin. 10. Panis quem frangimus nonne participatio corporis est? Dominus etiam hunc panem benedixit & fregit. Quid autem signant illæ tres partes dicitur in sententiis. Possumus etiam dicere quod tres partes fiunt, quia hoc sacrificium offertur ad honorem sanctorum in cœlo, ad salutem viuorum in mondo, vnde sacerdos dicit, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem sempiternam, Et ad absolutionem pœnarum in purgatorio ideo dicitur norāter, & sanctorum, & viuorum, & mortuorum ☞ De quinto dicitur Psalm. 103. Panis cor hominis confortat. Istum panem timor, & solicitudo facit hordeaceum. Bernard. Time cum assit gratia, time cum abierit, time cum denuo redierit. Sed quis vidit vnquam dormientē comedere, sic tu nisi de somno surrexeris, peccatorum pane gratiæ non pasceris. vnde bene dicitur. 2. Reg. 19. quod angelus Heliam bis de somno excitauit vt comederet panem in cuius fortitudine. 40. diebus ambulauit. Excitatur ho-

mo bis, primo per timorem gehennæ, secundo per amorem gloriæ. Istius panis fragmenta sunt varia gratiarum dona Lucæ. 24. Cognouerunt eum in fractione panis. & cætera. Quæ fragmenta per duodecim caphinos diuiduntur, vt plena sint opera nostra. Sine enim gratia dei non sunt plena. Apocalip. 3. Non inuenio opera tua plena coram deo meo.

☞ De eodem. Sermo. iiii.

EST puer hic vnus habens quinque panes hordeaceos. & cæt. Ioan. 6. capit. ☞ Hordeacei panes signare possunt austeras refectiones quas habet anima fidelis de doctrina legali. vel de pœnitentia medicinali, vel de disciplina siue continentia sensuali, vel de pœna dominicali. Ista enim licet hordeaceā habeant asperitatem, reficiunt tamen animam, & confortant. De primo Deuteron. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. Legitur Daniel. 14. quod Abacuc intriuerat panes in alueolo & ibat in campum vt ferret messoribus, quos tamen portauit Danieli ductu angelico in lacum septem leonum. Panum intritio est scripturarum expositio in cordis alueolo. Malum autem est signum cum infirmus abominatur panem, Iob. 33. Abominabilis fit ei in vita sua panis, Lacus est mundus, leones sunt dæmones. 1. Petr. 5. Tanquam leo rugiens circuit quærens, quam deuoret. Septem leones sunt viciorum capitaliū principes, Quicūque ergo in mundo est, ipse in lacu leonum est. ☞ Sed nota quod hi quinque panes doctrinæ legalis sunt quinque verba quibus tota comprehenditur scriptura Quę sunt hæc. Crede, fuge. age, time. appete, crede in Deū, fuge vitia, age bona, time, supplitium. appete præmium. 1. ad Corinthi. 14. In ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam quam decem milia, verborum ī lingua. ☞ De secundo Psalm. 41, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes dies ac nocte. Augustin. Da mihi domine in hoc exilio panem doloris & lachrymarum, quem esurio super omnem copiam delitiarum. Hic est panis qui per coruum ministratur Heliæ in torrente Carith, sicut legitur. 3. Regum. 17. Torrens, contritionem signat. Thenor. 2. Deduc quasi torrētem lachrymas per diam & noctē. Per coruum autem nigrum & clamorosum signatur confessio pec

catorum. Hic coruus figurantur. Gene. 8. Aperta oris fenestra emittitur de arca contrita, & hic ministrat tibi panem refectionis pœnitentiæ sedente te in torrente ploratus. Plora ergo o peccator. Augusti. Qui enim se cognoscunt sicut semper peccant ita semper plorant, vitam enim suam quę tota est tentatio super terram plorant. Sed hi quinque panes sunt quinque partes pœnitentiæ, videlicet contritio. cōfessio, oratio, ieiunium, & eleemosyna. ¶ De tertio signatum est Iudic. septimo. vbi legitur quod panis subcinericius castra madian subuertere per somnium videbatur. Castra madian sunt sensus nostri qui vtiq; madianitę sunt quod interpretatur contradicentes, contradicunt enim frequenter rationi. Psalm. 54. Vidi iniquitatem & cōtradictionem in ciuitate. Vnde in castris inimicorum habitant animæ nostræ in sensibus constitutæ. Panis ex hordeo factus est rigor disciplinæ & continentiæ sensus contradicentes cohibēs. Ecclesiast. 32. Panis & disciplina, & opus seruo, id est, sensui vel corpori. Qui panis etiam subcineritius dicitur, quia per iugem recordationem nostræ incinerationis futuræ sensus ab illicetis cohibemus. Sed hic nota quinque panes sunt quinque sensuum disciplinæ siue continentiæ. August. Continendus est animæ appetitus a voluptate aurium & oculorum, & a voluptate olfaciendi, tangendi, & gustandi. Tali continentia anima pascitur, & tanquam panibus confortatur. De quarto dicitur mulieri colligenti duo ligna. 3. Reg. 17. Fac de ipsa farinula subcineritium panem paruulum. Duo ligna crucem signant. Hiere. 11. Mittamus lignum in panem, & eradamus eum de terra viuētium. Farina est granum contritum. Granum autem CHRISTVS Ioan. 12. Nisi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui contritus est per passionem. Isa 53. Attritus est propter scelera nostra. Mulier ergo, id est ecclesia vel aīa, colligēs per fidē & deuotionē duo ligna crucis de farinula, panem facit quādo de passione Christi se reficit Panis iste paruulus est, quia per passionē CHRISTVS minutus & humiliatus est. ad Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. Sub cineritius est quoq;, quia sub cinere amaræ passionis CHRISTI memoriter coctus est. Psalm. 101. Cinerem tanquam panem,

manducabam. ¶ Sed nota quod quinque panes quinq; vulnera Christi sunt quæ multum reficiũt animam deuotam qui non solum sunt animæ hordeacei per compassionẽ sed etiam oleati & mellici per deuotionem. Ber. Foderunt manus eius & pedes eius & latus lancea perforauerũt. Per has rimas licet mihi sugere mel de petra oleumq; de saxo durissimo. De omnibus his variis panibus intelligi potest quod Dauid ab Abimilech dixit. 1. Reg. 16. Si quid habes ad manducandum, vel quinque panes da mihi aut quicqd inueneris. & cætera.

De eodem Sermo. V. De epistola.

ILLA autem Hierusalem quæ sursum est libera est quæ est mater nostra, ad Galat. 4. Quando alquis crucem transmarinam assumpsit, & proponit in terra sancta remanere Vade libẽter audit bona de terra illa, & magnum solatium in talibus verbis recipit. Sic multi nostrorum crucem pœnitẽtiæ assumpserunt in hac quadragesima proponentes ire in illam cœlestem Hierusalem. Tales enim sunt vere peregrini: singulis enim diebus post assumptionem pœnitentiæ diætam vnam fecerunt peregrinationis suæ. Hæc peregrinatio in hoc est excellentior aliis: quia propter hanc fiunt aliæ. Et si hæc non fiat: aliæ parum valent. Beati sunt illi q̃ iam assumpserunt si perseuerant væ autem illis qui nondũ assumpserunnt eum tamẽ rex cœli hoc tempore crucem assumpsit. Ioã. 19. Baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum. Et nullum reputat de famillia sua nisi qui illam crucem assumit. Matt. 10. Qui non accipit crucem suam & sequitur me: nõ est me dignus. Ecclesia autẽ ad solatium eorum qui iam pœnitentiæ crucem acceperũt & ad prouocãdum eos qui nondum assumpserunt vt assumant: commẽdat cælestem Hierusalem dicens: Illa autem quæ sursum est Hierusalẽ, & cætera. Hodie appropinquat nuntius de cœlesti Hierusalem, scilicet apostolus & nuntiat bona: scilicet quod Hierusalem libera est, & mater nostra, id est, regio & patria naturaliter q libet diligit & desiderat patriam suam. Et sic nos celestẽ patriam. Aug. Fecisti nos domine ad te & inquietũ est cor nostrum donec requiescat in te. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatẽ sed futurã inquirimus, Ideo nõ desideremꝰ diu viuere

in hoc mundo quod figuratur Gene. 28. Isaac ait ad Iacob Noli accipere coniungem de filiabus Chanaam, sed vade ĩ domum Batuelis patris matris tuæ, & accipe tibi ĩde vxorem de filiabus Laban, Spiritualiter. Laban interpretatur candidatio & significat deum. hic habet duas filias Rachel & Lyam, id est, gratiam & gloriam. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus gloriam videlicet per contemplationem. Fortunatus in homilia. Nequaquam Deus se animæ applicaret, nisi se in contemplatione erigeret. ideo sume crucem pœnitentiæ. In summa verborum epistolæ huius duo innuuntur. Primo ponit sensum historicum, & literalem ibi. Fratres scriptum est. Secundo subdit sensũ allegoricum, mysticum seu spiritualem. ibi quæ sunt per allegoriam dicta. De primo dicit. Fratres scriptum est, scilicet Gene. 16. & c. 31. Quoniam Abraham duos filios habuit, scilicet Ismaelẽ & Isaac. Sed diceres tamẽ habuit plures quã duos, vt patet Gene. 25. ergo hoc est insufficienter dictum. Respondetur verum est, plures habuit quam duos sed illi duo fuerunt principales quos scriptura commemorat propter figuram sequentem scilicet electorum & reproborũ qui per illos figurãtur. Ideo subdit. Vnum scilicet Ismaelẽ de ancilla scilicet de Agar quæ fuit ancilla Saræ. Gene. 15. Et vnum de libera, id est de Sara, scilicet Isaac. Nam sara erat libera, quia neptis Abrahæ & filia fratris sui. ¶ Sed diceres quare Abraham habuit duas vxores: cum hoc sit cõtra legem naturæ, & contra primam institutionem coniugii? Respõdet magister in quarto distinctione tricesima tertia pro varietate temporũ varia inuenitur dispositio cõditoris. Primo fratres sororibus sunt iuncti, post hoc non sed conatis iuncti. Sed post hoc pene omnes falsis diis adhæserunt & paucis permanentib⁹ in vera fide consultum est a deo plures vni coniungere ne cultus dei deficeret. Augu. Antiquis patribus illud non erat peccatum quia non gratia lasciuiendi, sed gignendi fecerunt. Sed diceres: Hoc etiã faciam? Respondetur, non, quia tunc non erat cõtra præceptum vt modo. Etiam respondetur, quod de⁹ ex rationabili causa dispensauit cum antiquis patribus ante legem. & post legem, & hoc propter multiplicationem prolis ad cultum dei educandæ: erant, enim tunc pauci fideles qui de ancilla est, id est, Ismael secuudum carnem natus est, id est, se-

eundum legem propagationis sine vlla promissione de ipso facta, & absque vllo miraculo. Sicut patet Gene. 16. Poterat enim Agar iuuencula naturaliter de Abrahã sene. Qui autem de libera, supple nat⁹ est Isaac per repromissionem scilicet diuinam a Deo factam. & cum diuino miraculo, quia pater centum annorum erat, & mater nonaginta. vt patet Genesis. 18. Sed diceres quare apostolus dicit tantum Isaac per repromissionem natum cum etiam legamus promissionem esse factam de Ismæle quia in Gene. 16. dicitur Cum Agar esset in deserto Sur, tunc apparuit illi angelus domini dicens: Agar ancilla Sarai vnde venis? aut quo vadis? Quæ respondit, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Cui angel⁹. Reuertere inquit ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursum multiplicans inquit multiplicabo semen tuum. Ecce paries filium & vocabis nomen eius Ismael. Hic erit homo ferus manus eius contra omnes & manus omnium contra eum. Respondetur quod ista ꝓmissio quando facta est, tunc iam Ismael erat conceptus promissio vero Isaac facta est antequã cõciperetur, vt patet ex verbis angeli positis in Gene. 18. capit. Et sic apparet Isaac non secundum consuetudinem humanæ naturæ esse natum, sed ꝑ repromissionem ex longæno patræ & vetula matre nonagenaria. Dixi secundo subdit sensum allegoricum seu spiritualem dicens: Quæ sunt per allegoriam dicta, id est, per sensum alterũ quam verbera sonare vidẽtur Vnde allegoria: est quãdo ex vno aliud intelligit̃. ¶ Vbi nota quod quadruplex est sensus sacræ scripturæ. Primus historicus quãdo factum paratur sicut est, vt dicit Isidor⁹ in libro Etymo, Historia est narratio rei gestæ. Tropologicus sensus: est cũ per ea quæ facta sunt aliqua faciẽda monstrantur. Allegoricus est cum per id quod factum est aliquid futurum intelligitur. Sed anagogicus secundum Augusti. est per quem de supnis & æternis tractatur. Verbi gratia historice, Hierusalem est ciuitas terrena. Tropologice est anima sancta. Allegorice militans ecclesia, Anagogice. ęterna patria. Hæc enim scilicet libera & ancilla sũt .s. significant duo testamenta, Abraham enim qui interpretatur pater multarum gentium: significat deum: q de duobus testamẽtis quasi de duabus vxoribus duos populos, scilicet iudaicum & gentilẽ quasi duos filios generauit. Vnũ

quidem in monte Syna,supple dedit,scilicet vet⁹ vt patet Exod.19.&.20.In seruitutem generans,scil cet populum Iudaicum qui timore pœnæ Deo seruierat & promissione temporalium & occasionem,Quæ,id est,cuius testamenti veteris figura est Agar,id est,significat̃ p̱ Agar.Syna enim mons,id est,vetus testamentum datum in monte Syna:est in Arabia,scilicet minori.id est,in humilitate & afflictione,quia humiliabat & affligebat homines.Nam.Arabia interpretatur humilitas & afflictio.Qui mons,id est,testamentum datum coniunctus est,id est per omnia similis est ei quæ nunc est Hierusalem,id est,synagogæ vel Iudaico populo.Nam sicut vetus testamentum pœnas minabatur.& tẽporalia promittebat:ita populus Iudaicus timore pœnæ & amore temporalium seruiebat.Et seruit cũ filiis suis,id est,proselytis:qui timore pœnæ seruiunt legi. Ex his patet quod lux vetus non est seruanda.Tũ quia in seruitutem generat tum quia timore pęnæ homines humilia,tum quia a regno dei alienat,& ꝓpter temporalia seruire faciebat,tum quia carnalibus obseruantiis affligebat. Tunc subdit.Illa autem Hierusalem,id est,ecclesia de gentibus congregata.quæ sursum est,s.per affectionẽ vel spẽ cœlestium.ad Philip.3.Conuersatio nostra in cœlis est.Nã ecclesia partim regnat cũ Christo,& partim adhuc peregrinatur in terris scilicet corpore deorsum,mente sursum. Hæc libera est quia non ex timore sed ex amore seruit,nõ propter temporalia:sed propter celestia bona. Quæ est mater nostra,id est,omnium credentium.Et ecclesia significatur p̱ Sarã.Nam Sara interpretatur carbo,In carbone autem est calor & splẽdor & sic in ecclesia feruor charitatis:& splẽdor honestatis.Tropologice:Hierusalem est anima.Primo quia sursum debet esse p̱ affectionem & amorem.non deorsum sed sursũ eleuata in spiritualibus & cœlestibus. Colossen.3.Quæ sursum sunt quęrite,&cæ Et hoc ostendit statura hominis,quia erectus est.Augustinus. Nõ discrepet cor tuũ a facie tua:vt facies tua sursum,cor autem deorsum.Sciendum tria alleuiant animam sursum: Primo pœnitentia,quia naturaliter leue ascẽdit,& hoc facit pœnitentia,Eusebius.Vnusquisque fidelium confessione facta sentit se naturaliter leuatum.Ratio,quia peccatum grauat,Psalm.37.Iniquitates meæ supergressæ sunt

caput meum, & cæt. Secundum est eleemosyna, Ratio, quia ea quę sunt puriora sursum sitiantur, impura deorsum. Prouerbiorum. 15. Cœlum sursum, terra deorsum. Sed eleemosyna purificat. Lucæ. 11. Date eleemosynam, & omnia mũda sunt vobis. In seipso mundat a culpa. Ecclesiast. 30. Miserere animę tuę placens deo. Isidorus. Quid prodest alium pascere, si tamen propria anima pereat fame? In proximo delet a pœna. Tertium est orationis instãtia, Damasce. Oratio est mentis in deum eleuatio. s. quando est feruẽs. Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo
¶ Secundo Hierusalem interpretatur pacifica, & sic anima debet esse pacifica. Primo cum deo, sed non sic peccatores sunt pacifici, Isaiæ. 48. Non est pax impiis dicit dominus, Quia vbi odium, ibi non est pax. Ecclesiast, 12. Altissimus odio habet peccatores. Secundo in seipso, & sic non sunt pacifici peccatores. Psalm. 37. Nõ est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum, scilicet in conscientia. Prouerbiorum. 25. Tecta perstillantia in die frigoris & litigiosa mulier comparantur. Sed boni. Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam. Tertio cum proximo. Romanorum duodecimo. Si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habẽtes. quia aliquando non potest pax fieri cum malis, sed bellum propter deum, Matthęi. 10. Non veni mittere pacem, sed gladium, Pacem, scilicet cum malis. Augustinus ad Bonifacium. Bellum excitatur aduersus malos, vt pax acquiratur. Ideo dicit apostolus. Quantum ex vobis est, ad ostendẽdum quod debet esse in pręparatiõe animi, vt homo sit paratus ex parte sua habere pacem cum proximo si expedit. Vel dicit quantum ex vobis est, ad ostendendum quod debeat esse spontanea & non coacta vt quis coactus, vel timore alicuius mali imminentis pacem seruet. August. in libro de ciuitate dei. Pax est hominum ordinata concordia.
¶ Tertio dicitur libera, & sic aĩa. Primo a peccati infirmitate, ad Rom. 6. Liberati a peccato serui facti estis iustitiæ, Peccatũ est sicut infirmitas grauissima quę tollit sensũ, gustũ & spiritũ. Vnde etiã aliquãdo infirmitas facit aliquẽ fatuũ, & sic peccatũ. vñ peccatores fatuis pueris cõparantur, Grego. Qui insanius q̃ pro modica delectatione carnis, se obligare ęternis suppliciis. Prouerbio. 1. Vsquequo parruuli diligitis infantiam, & stulti ea quę sibi sunt noxia cu-

pient. Quarto debet esse fructifera, quia mater nostra est. Ad modum enim matris debet concipere bonum propositum & parere opus bonum. ℭ Anagogice, per Hierusalem quæ sursum est, intelligitur æterna patria. In hoc quod dicit sursum est: commēdat eam a situ, & vere est sursū, quia in cœlo empyreo. In hoc quod vocat eā Hierusalem commendat eam a pace, Interpretatur enim Hierusalem pacifica, vel visio pacis. In hoc quod vocat eam liberam, notat eius nobilitatem. In hoc quod dicit eam esse matrem nostram ostendit eius charitatem ad nos, eo quod multum debemus de ea sperare & eam amare. ☞ Circa primum nota circa hoc quod aliqua ciuitas in alto est sita, solent tria bona sequi. Primum est mundicia quam constat esse in ea. Vnde Apoca. 21. Nihil coinquinatum intrahit in eam, Zacha. 9. Replebuntur electi quasi phialæ in domo domini. Secundum est sanitas quam constat esse in ciuitate illa. nullus enim ibi infirmatur vel moritur. Apoca. 21. capit. Mors enim vltra non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra. Tertium est securitas: non enim patet accessus hostium quando ciuitas est sita in loco alto, Securissima est ciuitas ista. Nam in mundo isto non est securitas. Boni enim timent ne bonitatem suam perdant. Iob. 10. Verebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquenti, Mali trepidant vbi non est timor. Augustin. Timent illud quod non oportet, amant quod non decet, vane dolent, & vanius gaudent. Ideo ad Coloss. 3. ca. Quæ sursum sunt quęrite vbi Christus est in dextera dei sedens, quę sursum sunt sapite, non quæ super terram. ☞ Circa secundum. Aeterna patria dicitur Hierusalem, id est visio pacis. Iuxta illud Isa. 32. Sedebit enim populus meus in pulchritudine pacis & in taberculis fiduciæ & in requie opulenta. In mundo isto non est perfecta pax, de malis hoc patet Isaiæ. 48. Non est pax impiis dicit domin⁹. In bonis videtur esse pax. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam. Sed secundum veritatem non est illis perfecta pax. Quomodo enim aliquis habet pacem in domo sua, qui malam habet vxorem, & quinque filios quærulosos qui nunquam satiantur, Mala vxor caro est quæ litem & bellum habet cum spiritu. Vnde Roma 7. ca. Vidio aliam legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ. Et ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus

ſpiritum, Quinque filii quærulosi ſunt quinque ſenſus. Ecclesiaſtes. 1. Non ſatiatur oculus viſu nec auris auditu īpletur. Sic ergo in nobis pacem non habemus. Ad proximos etiam non habemus pacem perfecte: cum multa in eis videmus, vnde perturbamur. Cum deo etiam non habemus perfecte pacem, quia eum frequenter offendimus, & quia multa fiunt ab eo quæ nobis non placent. Sed in ſuperna Hieruſalem erit pax hęc triplex perfecte, quia voluntati dei ī nullo diſcordabimus & nihil diſplicebit nobis in illa ſancta ſocietate. Et corporibꝰ noſtris dominabimur perfecte, Pſalm. 36. Et delectabuntur in multitudine pacis. Circa tertium nota eius nobilitatem cum dicit, libera eſt. Nota in ſuperna Hieruſalem multiplex eſt libertas. Prima a ſeruitute tyrânica. Chriſtus enim qui vere deus eſt ibi ſehabet vt ſpōſus & amicus. Ioan. 15. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Secunda libertas erit a ſeruitute peccati, quia ibi erit annus iubilei perpetuus quantum ad electos. In anno enim iubecillei omnia libere dimittebātur, vt habetur. Leuit, 25. Tertia libertas erit a carcere corporis qui carcer a deo ſordidus eſt, vt per feneſtras lutum exeat, De quo carcere. Roman. 7. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Pſalm. Educ de carcere animam meam. Quarta libertas erit a miſeria huius exili. Apo. 21. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſāctorum. Circa quartum in hoc quod dicit: Mater noſtra, eſt oſtendit nobis quod ciues huius ciuitatis Hieruſalem nos Ideo amant, vt a nobis amari debeant. Mater enim amat & amatur amat enim filios ſuos, quia care comparabit eos. Filii eiam amant matrem ea de cauſa, quia multa paſſa eſt pro eis. Tho. quarto. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Memor enim eſſe debes quæ & quanta paſſa eſt pro te in vtero ſuo. Sic ſancti qui ſunt in ſuperna Hieruſalem multa paſſi ſunt pro peccatoribus. Non tantū dolorē paſſa eſt mater tua ꝓ te quantū Chriſtus in cruce. multum enim paſſus eſt Paulus & Petrus, & alii ſancti pro peccatoribus zelus enim quē habebant circa correctionem peccatorum eos occidit. Ideo multum ſunt diligendi ab his qui ſunt in eccleſia militante. Et feſta eorū debēt in magna reuerentia laudari. Et magnā fiduciā habere debent ad eos, ſicut filia in matre. Quia apoſtoli & ſācti martyres atque prædicatores q nos pre

cesserunt ipsi prægenuerunt nos in fide Christi sua doctrina & suis scriptis atque exemplis. De qua generatione dicit Apostolus ipsis Corinthiis. 1. ad Corinth. 4. Per euangelium vos genui. Ideo subdit. Lætare sterilis que non paris, id est, peccator qui non paris filios bonorum operum, quasi diceret. Quia nunc est tempus gratiæ & pœnitentiæ. Erumpe & clam. s. in gaudium & præ nimia iucunditate. Pro quo sciendum hæc dominica vocatur nominica lætitiæ. Ideo totum officium missæ incitat ad lætitiam, quod patet primo per introitum. Lætare Hierusalē, &c. Isaiæ vlti. Sicut enim pater ducēs filios par desertum veniens in medium montis dicit. Lætamini quia sumus in medio. Et sic deus pater hodie in toto officio. Reuera lætandum Isidorus de summo bono. Qui futuræ vitæ præmia diligenter cogitat, omnia mala æquanimiter tolera. ¶ Nota multa genera hominū lętantur. Primo captiui in carcere de liberatione. Et sic nos Isa. 55. In lætitia egrediemini & cum pace deducemini. s. de captiuitate Babylonica. Et hoc figuratur in tribus dominicis præcedentibus vbi agitur de vexatione diabolica. Et sic nunc sumus liberati. Nam vitulus ligatus salit cum soluitur, Psalm. 106. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis & vincula eorum dirupit. ¶ Secundo lætantur errantes de cognitione viæ, & cæci de illuminatione, & sic nos, Sapientiæ. 5. Errauimus a via veritatis & cæ. 1. Petre, secundo. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi nunc estis ad pastorem & episcopum animarū vestrarum. Et cæci illuminati sunt Psalm. 96: Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia. Tertio pauperes lætantur de inuentione pecuniæ, & bursæ, & sic de aliis. Et sic nos inuenimus thesaurum scientiæ & sapientiæ. Psalm. Videant pauperes, & lætentur, quærite deū & viuet anima vestra, Vere peccatores sunt pauperes. Eccle. 9. Qui in vno peccat, multa bona perdet. Matth. 12. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito, in agro. i. filio dei in carne abscondito, &c. Quarto quando sterilitas cessauit & sic nos in epistola ad Galat. 4. Lætare filia quæ non paris Lucæ primo. Amici gaudebant cum Elizabeth, quia sustulit opprobrium in Israel. Quinto quando pestilentia cessauit. Hieremiæ nono. Mors intrauit per fenestras, scilicet sensuum. Lucæ. 15. Epulari & gaudere oportet, quia frater tuus hic mortuus erat, & cætera. Ideo hodie mors expelli-

tur. Sexto quando seruus a malo seruitio ad bonum venit lætatur & sic nos. Ioannis, 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. 2. Petri, 2. A quo quis superatur: huius & seruus est sed nunc habemus bonum seruitium. Psalm. Iubilate Deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Figuratur Matthæi 2. Reges gauisi sunt de inuentione stellæ perditæ.

¶ De eodem. Sermo. VI.
De Euangelio.

HIc est vere propheta. Ioann. 6. Isti homines quinque panum miraculo illuminati veritatem cognoscunt, & dicunt. Hic est vere propheta. Attende quod dicunt vere. Et iuxta hoc attēdendum est quod sacra scriptura sub attestatione veritas nobis insinuat humanem fragilitatem, angelicam charitatem, diuinam authoritatem, diabolicam importunitatem. De primo. Isaie. 40. Vere fœnum est populus exiccatū est fœnum, & cecidit flos, id est, pulchritudo, carnis, vel gloria mundana. O quam miserabile est hodie homo per transitoriam vitam virescit, cras per mortem: vel adhuc hodie sicut fœnum arescit. Matth. 9. Sicut fœnū agri quod hodie est, & cras in cilibanum mittitur, deus sic vestit, &c. Vbi ergo est flos impiorum tēporalis, quād quasi fœnum aridum mittentur in cilibanum ignis. Augustinus. Florent in sæculo, arescent in iudicio, & post ariditatem in ignem mittentur. O domine deus si fœnum est homo, ergo cibus est iumentorū. Certe sic. Peccator enim cibus dæmonum spiritualiter est. Iob. 40. Ecce Behemoth quem fecit tecum fœnum quasi bos comedit. Behemoth est diabolus: quia interpretatur animal aut bestia. Psalm. 73. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi, De secundo. Actuum. 12. Nunc scio vere quia misit dominus angelum suum & eripuit me de manu Herodis. Herodes est diabolus de cuius manu frequenter nos eripit angelus. Psalm. 33. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos Vere autem eripit nos in morte dum per angelum de carcere huius mundi educimur. Lucæ decimosexto. Factum est autē vt moreretur mēdicus & portaret ab angelis in sinū Abrahę Tūc. p angelū primā & scdā; custodiā dęmonū euadimus. Primā quā habēt cōtra viuētes. Scdā; quā habēt cō

tra decedentes. Psal. 41. Educ de custodia animam meam &c. His transitis porta ferrea. i. aditus cœli vltro aperitur. Ferrea dicitur: propter firmitatem. Psal. 147, Quoniam cõfortauit seras portarum tuarm. August. Hierusalem secura esto, secure lauda sine fine lauda fortiter, clausę sunt portæ tuæ non exit amicus intrat inimicus. De tertio dicitur. Hic est vere propheta. Mirabãtur de potestate quam faciebat in quinqne panibus, & non mirantur homines de potestate quam adhuc hodie dominus ostendit in omnibus panibus mundi quos de paucis granis multiplicat. Possunt etiam quinque panes hordeacei quinque patres pœnitẽtię signare, quę sunt cõtritio, cõfessio, ieiuniũ, oratio, eleemosina, quib⁹ aīe nostrę optime cõfortãtur. Figurãtur. 3. Re. 19. vbi dicitur. Angelus ostendit Heliæ subcineritium panem. & vas aquæ de quo comedens & bibens ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem dei Oreb. Panis subcinericius pœnitentiam significat. Pœnitentes enim in cinere pœnitere solent. Luc. 10. Olim in cinere & cilitio sedentes pœniterẽt Et quia pœnitẽtia cũ lachrymis fieri debet: ideo vas aquę ad caput ostenditur. Hiere. 9. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte. Quadraginta sunt quaterdecem, quadragīta ergo, dies significant totum tempus quo secundum legẽ quatuor euãgelistarum & decẽ mandatorum bene viuendo ambulare debemus Vsque ad mõtem cælestis patriæ. Oreb enim, mẽsa interpretatur. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis & bibatis super mẽsam &c. De quarto. Isa. 37. Vere enim domine desertas fecerũt reges Assiriorum terras, & deos earũ dederunt igni. Reges iniquorum sunt dæmones. Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Terra signat ecclesias Christi quæ sunt plures particulares, licet vna sit vniuersalis. Sed qui sunt dii? deus bonus est, potens est, sapiens est. Boni ergo & potentes & sapientes per deos figurantur. Psal. 81. Ego dixi dii estis &c. Exod. 7. Ecce constituit te deum Pharaonis. Diabolus quoque ait Gene. 3 Eritis sicut dii &c. Bernard O malignie o maliuole, ad quid eis similitudo huius vitæ & scientiæ profuit? certe sunt sicut dii recti, iusti & veraces. Tales deos sępe dęmones igne iniquitatis succedunt. Legitur quod

Chaldæi ignem pro deo collantes per hoc deum suum potissimum probauerunt, quod omnes alios deos consumeret. Deinde alia gens idolum suum aqua impleuit & foramina parua in ipso faciens cera obstruxit, & sic aqua erumpens ignem extinxit. Sic nos aqua gratiæ & contritionis impleti: extinguere debemus ignem viciorum per foramina lachrymantium oculorum. Greg. Extinguamus fletibus peccata. & dignis pœnitentiæ fructibus, vt per culpas tempora indulta non pereant.

Feria. II. Sermo. I.

NOlite facere domũ patris mei domum negociationis. Io. 2. Matth. 21. Marc. 11. & Luc. 19 ¶ Peregrini & mẽdici solẽt petere eleemosynã in honore illorum sanctorum quorũ limina frequẽtant, & in quibus nominibus sperant exaudiri. Spiritualiter. Et sic nos mẽdici. Psa. 58. Quoniã inops & pauper sum ego, Et Psal. 38. Peregrinus sum apud te sicut omnes patres mei. Ergo quicquid debemus habere: debemus petere a deo. 1. ad Corint. 4. Quid habes quod nõ accepisti a deo quasi diceret nihil. Ergo debemus petere in nomine illius in quo speramus exaudiri, scilicet in nomine Iesu. Ioannis. 16. Quicquid petieritis in nomine meo: fiet vobis, Et Actu. 4. Non est nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. &c. Quod considerauit Dauid dicens. Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo multum est enim. Psalm. 24, Et sic petit ecclesia hodie, deus in nomine tuo saluũ me fac. & in virtute tua iudica me. Exaudi deus orationem meam Psalm. 53. Nota hunc Psalmum fecit Dauid cum fugit a facie Saul. 1. Reg. 23. Et in desertum ziph, Tunc ziphei venerunt ad Saul dicentes. Dauid ecce latitat apud nos in colle Achile, ecce nũc veni, & sicut desiderauit anima tua vt descẽderes descẽde, nostrum autem erit vt tradamus eum in manus tuas. Dixitq́ꝫ Saul, Benedicti vos a domino quia doluistis vicem meam. Abite ergo oro & diligentius præparare & curiosius agite & considerate locũ vbi sit pes eius velociter, vel quis viderit eũ ibi vbi dixistis, & reuertimini ad me vt vadem ad rem certam vobiscum quod etiam si in terram se obstruxerit: perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda. At illi surgentes abierunt ziphãte &. Saul post

eos, & nunciatum est Dauid, & fugit in desertum Maõ, & fecit psalmum istum in fuga. Item peregrini etiam solent accedere talia loca vbi inueniunt personas eis eleemosynas prestantes. Et sic nos debemus petere in loco, s. vbi deus sit scilicet in templo. Psal. 10. Dominus in templo sancto suo. Et sic inuenit eum mater eius, Luc. 2. ibi debemus cum petere. Et sic Salomon Preue. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Et sic facit ecclesia in collecta, scilicet: Præsta quæsumus omnipotens deus vt obseruationes sacras anua deuotione recolentes: vt corpore tibi placeamus & mẽte. Licet deus vbiq; sit tamen specialiter promisit nos exaudire in templo, & sic Salomon petit sapiẽtiam & exauditus est, vt paret in epistola. 4. Re. 3. ita quod audiuit oĩs Israel iudiciũ iustũ quod iudicasset, & timuerunt regẽ vidẽtes sapiẽtiã dei esse in eo Et hoc acquisiuit ex eo, quod decorauit domũ domini. Et si nos debemus honorare domũ dei, vt eo citius exaudiamur Psal. 92. Domũ tuam domine decet sanctitudo. & c. Et hoc docet dominus in euangelio. Nolite facere domum patris, & cæt. ¶ In summa euangelii tria innuuntur. Primo paterne habitationis mundicia affectata, quod vendentium probat eiectio, ibi: Prope erat pascha, & c. Secundo tangitur internæ aduertentiæ expressio, ibi. Responderunt ergo, & c. Tertio tangitur supernæ conuersatione euidentia demonstrata, ibi. Cum autem esset Hierosolymis. ☞ De primo dicitur. & prope erat pascha Iudæorum, & ascẽdit Iesus Hierosolymã. ¶ Vbi sciẽdũ quod euangelista volens ostẽdere quomodo saluator domũ sui patris mũdauit, pręmittit quomodo mundandi causa Hierosolymã ascẽdit vt visum est, quia CHRISTVS vsq; ad passionẽ suã legẽ voluit obseruare. Mat. 5. nõ veni soluere legẽ: sed adimplere. In lege autem, Exod. 23. habetur, quod in tribus solennitatibus in anno. Iudęi iubebatur conuenire in Hierusalem, scilicet in pascha, Pentecoste, & in festo tabernaculorum. De vltimis duabus dispensabatur cum illis qui a remotis erant, sed de prima nequaquam. Hanc legem obseruans venit in Hierusalem Christus. Ad exemplum ergo eius debemus solicite diuina præcepta obseruare, secundum Alchuinum videtur quod homines non ascendunt ad festiuitates dei nec celebrant pascha siue festa, cum tamen dei filius deum patrem

in his honorauerit,hæc ille. Sed secundum Euangelistam non simpliciter dixit prope erat pascha,sed addidit,Iudæorum & hoc duplici de causa. Prima quando aliqui festum aliquod sancte & pure celebrant,dicuntur domino celebrare,alias vero nō domino,sed sibi.Isa.1.Kalendas vestras & solennitates vestras odiuit anima. Iudæi ergo quia non fructum animarum quærebant,sed suum lucrum tātum,ideo dixit,pascha Iudæorum.vel hoc dixit ad differentiam nostri paschatis,quia Iudæorum fuit figurale,nostrū vero verum.1.ad Cori.5.Pascha nostrum immolatus est Christus. Et inuenit in templo vendētes oues & boues & columbas & nummularios sedentes.In quo notantur vicium sacerdotum domum dei polluentium. ☞ Primo sciendum quod quia animalia prædicta non poterant de longinquo adduci,ideo sacerdotes cupiditate ducti statuerunt ea in templo vbi erat altare thymiamatis,& candelabrum vbi homines orabāt & doctores docebant,sed nō in atrio sacerdotū vbi erat altare holocaustorum. Et hoc fecerūt vt de longinquo venientes non haberent excusationem de oblationibus omittendis,sed propter eos qui non habebant pecunias posuerunt ibi campsores qui sub cautione tradebāt pecunias: capientes aliqua munuscula parua,nō pecunias,ne videretur facere contra legem.Deutero.13.Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam,quod tamen prohibuit dominus. Ezec.22.Vsuram & omnem abundantiam non accipietis, vnde de isto vicio auaritiæ sacerdotum dixit propheta.Isa. 56.cap.Pastores eius nescierunt intelligentiam,omnes in viam suam declinauerunt,vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsq; ad nouissimum. ¶ Mystice boues vendūt,qui scripturam sacram propter honorem prędicant. A bobus sacra scriptura venit,i.a sanctis patribus qui portauerūt iugum domini.Oues vendunt qui opera pietatis propter vanitatem mundanam faciūt.Columbas,qui dona spiritus sancti vendunt & sacramenta.Act.8.Pecunia tua tecum sit in perditionē.Nūmularii sunt,qui dant beneficia propter retributionem temporalem.Heu quot sunt vendentes & ementes in ecclesia,quod conqueritur Hiere.6.c. A maiore vsque ad minorem omnes auaritię student.Amos.9. Auaritia in capite omnium,& nouissimum eorum in gladio interficiā.Glos.super,oēs sensus in capite,& sic in oībus sensibus

est cupiditas rerum temporaliũ, vt patet intuenti. Ideo nũc sequitur duplex remedium contra vitium sacerdotum, scilicet operis & oris, vt doceret eos qui curam habent ecclesiæ subditos verbo & facto debere corrigere. Primo remedium operis ponitur, cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoque & boues & nummulariorum effuditęs, & mensas subuertit. ☞ Vbi sciendũ quod non solum animalia, sed etiam homines eiecit. Sed diceres quare non resistebãt ei? Dicẽdum, quod diuina virtus in illo facto operabatur, quæ operabatur in effectu quando volebat sicut patet Ioh. 18. vbi prostrasse dicitur eos qui eũ capere volebant, sic & hic. Ex oculis enim eius quidã fulgor exibat qui eos terrebat, quod ei resistere non audebant. ☞ Sciendum mystice secundum Augu. quod deus de peccatis nostris sumit materiam vnde nos puniat. Ipsa enim protelatio peccatorum secundum quod peccata peccatis addũtur quidam funiculi dicuntur, Prouer. 5. Funibus peccatorũ suorum constringitur. Et Isa. 2. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. ¶ Sed diceres, quare fecit flagellum de resticulis, cum solo verbo eos potuisset eiecisse? Respondetur secundum Augu. vt doceret quod ab ipsis erat flagellandus, ideo prior eos flagellauit. Secundo ad designandum multiplex flagellum peccatorum. Primum est flagellum correctionis leuiter verberans: quo flagellatur iustus sicut vestis flagellatur: vt de ea puluis excutiatur. Psalm. 37. Ego in flagella paratus sum. Nam dominus leuiter flagellat bonos sicut per flagellatur vt efficiatur doctus. Ecclesiast. 30. Qui diligit filium assiduat ei flagella Hebræo. 12. Flagellat dominus omnẽ filium quem recipit. Secundo reperitur flagellum punitionis vulnerans grauiter. Et formatur de restibus peccatorum. Et sic Pharao flagellatus est. Psal. 30, Multa flagella peccatoris. Reuera hic & alibi peccator flagellatur. Et dicũtur, multa, multiplici de causa. Primo quia omnia cedunt eis in malum. Augu. in meditationibus. O misera sors flagitiosi hominis, siue bonũ siue malum pariter omnia sunt illi tormenta, Secundo quia singulis peccatis & singulis mẽbris quibus homo peccat, correspondant pœnæ singulæ. Bernard. in quodam sermone qui incipit. Regio australis, gehennales augustiæ non gabent meri.u.n, non recipiunt interstitium, nesciunt remedium.

singulis excessibus, singulis membris quæ fuerunt arma iniquitatis debetur pœna. Attende autem quod si illa quæ videbantur aliquomodo licita, & quasi ad cultum dei ordinata de templo eiecit, quanto magis si inuenisset illic illicita. Vnde Beda. Quid ergo fratres mei quid putamus dominus faceret. si rixis dissidentes, si fabulis vacantes, si risu dissolutos vel alio quolibet scelere repererit irretitos, hæc ille. Vnde apostolus tales reprehendens. 1. Corin. 11. dicit Nunquid domos non habetis. s. ad agenda vel loquenda secularia, aut ecclesiam dei contemnitis. Et Hierem. 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa, Et Isa. 26. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam domini. Et quia templum dei ciuitas dicitur. Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis, ideo metuenda est sententia apostoli. 1. ad Cori. 3. dicentis. Si quis templum domini violauerit. disperdet illum deus. Et sententia iudicis dicentis, Disperdet de ciuitate domini omnes qui operatur iniquitatem. Remedium oris ponitur cum subditur. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferre ista hinc. & nolite facere domum patris mei domum negociationis. Zacha. 14. Non erit vltra peccator: in domo domini. Et dixit in textu domum patris: & non mei, ad denotandum honorem patris. Ioan. 8. Ego honorifico patrem meum. &c. August. In oratorio: nemo aliud agat nisi id ad quod factum est. Principaliter tamen negociationes nõ debent fieri in domo dei vt habetur. 6. decretalium de immunitate ecclesiarum, et religiosorum locorum, ca. decet domum domini. vbi dicitur. Cessent in ecclesiis earumque cimeteris negociationes precipue nundinarum ad fori cuiuscunque tumultus. &c.

☞ Nota negociatio prohibetur. Primo quãtum ad statum & sic clericis prohibetur saltem quãtum ad lucrum & ad cupiditatem. Primo propter frequentia vitia, inde prouenientia. Prouer. 20. Malum est malum est: dicit emptor, & cum recesserit tunc gloriabitur, Secũdo retrahit a curis spiritualibus. 2. Tim. 2. Nemo militãs deo, implicat se negotiis secularibus, &cę. Secundo quo ad locum vt in templo. & hoc propter fraudulentiam. Vnde Leo papa, Difficile est inter vendentis & ementis commertium non interuenire peccatum. Apoc. 13. Et ne quis posset emere nisi qui habeat charactere aut nomen bestię. i. fallaciam verborum vel rerum

Vbi sciẽdum quod solo verbo istos amouit, quia simoniaci primo fugandi sunt de ecclesia per excommunicationem, & quia quamdiu viuunt, possunt se conuertere, non sunt despiciendi. Si vero non conuertantur, tunc non solũ sunt fugandi, sed & ligandi cum illis. Matt. 22. Ligatis manibus et pedibus. &c. Attende autem Matth. 21. dicit. Nolite facere domum meam speluncam latronum, ☞ Hic vero dicit, domum negotiationis. In hoc facit sicut bonus medicus, qui primo a leuioribus incipiens, postea dura proponit. Vnde Christus qui hoc factum egit secundum Bedam quod hic narratur de expulsione, ideo primo eos non latrones vocat, sed negotiatores. Sed quia ex eorum duritia a tali negotiatione non cessabant, ideo dominus alia vice vocat eos latrones. Sciendum quod licet Iudæi Christum persequebantur ex eo quia dicebat deum patrẽ suum, vt habetur. Ioã. 5. tamen in hoc loco de hoc non sunt turbati quod deum dicebat patrem suum, quia ibi intellexerunt quod diceret se filium dei naturalem, hic vero quod solum se diceret filium adoptionis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptũ est, zelus domus tuæ comedit me, zelus dicit quandam intentionem amoris, qua intense deum diligens, nihil sustinet quod amori suo repugnet. Et inde est quod viri intense diligentes vxores suas qui nec eis sustinent aliorum consortium, vt pote amori cõtrarium, zelotypi dicuntur. Ille igitur zelũ dei habet, qui nihil patienter cõtra honorẽ dei, quẽ maxime diligit sustinet. 3. Reg. 19. zelo zelatus sum pro domino exercituum. Sic & nos pro decore domus dei zelus comedit dum si quid contrarium fieri debemus, studemus etiam quantumcunque chari nostri sit, qui hæc faciunt remouere non timentes propter hoc aliqua mala perpeti. Vnde Glo. Bonus zelus est feruor animi, quo mens abiecto timore pro defensione veritatis accẽditur. Ab eo comeditur qui quælibet praua quæ videt it corrigere satagit, si nequit tolerat & gemit. Vnde Bern. super Chant, sermo. 12. Et enim si amares dominum Iesum toto corde, tota anima tua, et tota virtute, nunquid si videres eius iniurias contemptumque inferri nulla tenus æquo animo posses sustinere. Sed mox recepto spiritu iudicii, & spiritu ardoris, & tanquam potens crapulatus a vino repletus zelo Phinees, diceres cum Dauid Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua

inimici mei, Et cum domino zelus domus tuę comedit me hæc ille. vnde Aug. in persona Christi dicit. Quoniam zelus domus tuæ comedit me, id est. quia persecutus sum in illis iniquitatibus ipsorum non patienter tuli quos sic corripui quia quæsiui gloriam tuam in domo tua, quia flagellaui in templo male versātes Vbi zelus domus tuę comedit me dixerunt enim hic alienus hic hospes hunc nescimus vnde sit quod nō dicerēt si a cognoscerent vnde sim & si agnoscerent quæ mandasti. Si enim inuenirem illos seruantes mandata tua, zelus domus tuæ comederet me hæc ille. ¶ Dixi secundo tangitur internæ aduertantiæ expressio quod interrogantium probat præsumptio cum subdit, Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod signū ostēdis nobis quia hæc facis quia Iudæi videntes Christum eos cum potestate eiicere mirabantur, vnde ei hec potestas data esset Ideo potestatis suæ & authoritatis signum quęrūt dicentes. Quod signum ostendis nobis quasi dicerent: Non videtur hoc esse tui officii nec credim⁹ hoc tibi licere quod tanta potestate & authoritate nos expellis Iudæis naque familiare fuit signa quærere iuxta illud. 1. Co. 1. Iudæi signa quærunt, Et Psal. n. 73. Signa nostra non vidim⁹, &c quia per ea vocati fuerunt ad fidem, & ad legem. Deutero no. vltim. Non surrexit vltra propheta in Israel Vt Moses & cæ. Et non quærebant signa a Christo vt crederent sed quasi desperantes quod signum facere nō posset & sic eū reprimerēt & impedirent Quia ergo praue quærebāt non dat eis signum apertum sed occultū sicut sequitur. Respōdit Iesus & dixit eis. Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud vbi dominus prænuntiat primo mortē suam dicens, Soluite & non soluetur ne intelligas mortem eius naturalem ne dicit, soluo: nec intelligas quod seipsum occidisset, sed solutus, quod non est imperanti, sed prenunciantis, id est, solueritis vel permittetis: vt sit sensus. Soluite, id est, facite de corpore meo quod vultis illud vobis expono. Dicit etiam notanter soluite quia in morte Christi anima a corpore soluta est aliter tamen illa solutio facta est quam illorum qui per incinerationem & putrefactionem soluntur, quam C H I S T V S non sensit. Psalm. 5. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem Fuit tamē anima eius a corpore separata. Secūdo prænūti. t

suam resurrectionem dicens. Et in tribus diebus excitabo illud. Non dicit excitabitur, vel excitabit illud pater, sed ego excitabo, quia propria virtute a mortuis surrexit. Nec tamen negatur quin pater eum suscitauit, ad Galat. 1. Qui suscitauit IESVM a mortuis. Et in Psalm, 40. Tu autem domine misere mei, & resuscita me. Nec est in hoc contrarietas quia est eadem virtus vtriusque. Sciendū autem est quod ideo dicit de sua resurrectione quia in ea maxime apparet virtus & potentia diuinitatis quia pure hominis non est resuscitare sed solius CHRISTI qui est inter mortuos liber. Dixerunt ergo Iudæi. Quadragita & sex annis est ædificatum, id est, reædificatū hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud? Hoc dixerunt Iudæi, quia putauerunt Christum de corporali templo hoc dixisse quod in tot annis fuit ædificatum sub zorobabel. postquam reuersi fuerunt Iudæi de captiuitate. Vt templum quod Salomō ædificauit, & in septimo anno compleuit. fuit ædificatum 46. annis, vt dicit Orige. vt numeretur tēpus ab eo die quo Dauid mentionem fecit de edificatione templi consulens super hoc Nathan prophetam. 6. Reg. 7. vsque ad consummationem perfectam per Salomon. Nam ex illo die Dauid cœpit præparare materiam, & necessaria ad edificationem. templi. Et si hoc dictum consideretur: quod extendit se ad numerum. 46. annorum. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Corpus enim Christi templum est. Cuius ratio est, quia illud templum dei dicitur, in quo deus habitat, Psalm. 10. Dominus in templo sancto suo. Ideo anima sancta dicitur templum. 1. ad Corinthi. 3. Templum enim Dei sanctū est, quod estis vos. Quia igitur in corpore Christi diuinitas inhabitat, ideo tēplum vocatur corpus in quo habitat plenitudo diuinitatis non solum secundum anima sed etiam secundum corp⁹. Cum ergo resurrixesset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat de corpore suo. & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit IESVS ante resurrectionem suam & passionem. Hoc vero non intellexerūt propter duo Primo quia per hoc ostendebatur in Christo diuinitas. Aliter enim corpus eius non fuisset dictam templum & hoc tunc temporis intelligere humanam capacitatem excedebat. Secundo, quia in hoc facit mentionem de passione & resurrectione, quæ nullus di

scipulorum adhuc audierat. Ideo Petrus alia vice audiens de eius passione scandalizatus est. Vt dicitur Matthæi. 16. Sed post resurrectionem quando aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, tunc plene cognouerunt eum esse deum & hominem: & tunc recordati sunt quia dicebat de tẽplo corporis sui. Et sic crediderunt scripturæ prophetarum Osæ. sexto. Viuificauit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Dixi tertio: tangitur supernæ conuersationis euidentia demonstrata quod credentium probat assensio cum subdit. Cum autem Hierosolymis esset IESVS in pascha in die festo, multi crediderunt in eum videntes signa quæ faciebat. ¶ Sed diceres: cuiusmodi signa fuerunt hæc cum hic de nullo legatur? Dicendũ quod multa signa fecit IESVS tunc, licet euangelista non scripserit ista. Nam euangelistę multa scienter prætermiserunt de miraculis Christi cum tot fecerit quod non possent scribi de facili. Vel dicendum quod inter omnia alia miracula maximum fuit, quod vnus homo tantam multitudinẽ hominũ solo flagello eiecit. Visis his signis vel hoc signo multi crediderunt in eum. ¶ Vbi sciendum alii credunt propter signa vt isti. Et tales sunt grossiores quam qui propter solã doctrinam credunt sicut discipuli Christi. Ideo dicitur. 1. Corinth, 14. Prophetiæ datæ sunt fidelibus & non infidelibus. Ipse autem IESVS non credebat seipsum eis, id est, sua secreta mysteria eis nõ reuelauit, sicut nec apostolis Ioannis 16. Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. 1. Corint. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. Et ideo euãgelista signanter dicit. In nomine eius in quo ostendit imperfecte eos credere Et ideo non dicit quod crediderunt in eum quia nondum credebat in eius diuinitatem, sed dicit in nomine eius, quasi diceret: Illud quod de eo nomine tenus dicebatur, scilicet quod sit iustus & huiusmodi. Et isti secundum Augustinũ gerunt typum catechumenorum, qui licet credant tamen corpus Christi eis non datur. Quod sicut nemo conficit nisi sacerdos consecratus ita nemo recipere debet nisi fuerit baptizatus: Subdit, Eo quod ipse nosset omnes & quia opus est ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine ipse enim sciebat quid esse in homine. ¶ Vbi sciendũ quod ratio quare se eis nõ credebat est, quia ipse perfecte cogno

uit eos. Ideo dictum est. Eo quod ipse nosset eos, & hoc per potentiam diuinitatis. Ecclesiast. 23. Oculi domini sunt lucidiores super solem circunspicientes omnes vias hominũ & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absditas partes Licet enim homines cognoscant aliquis tamẽ non certam cognitionem habere potest de eis, quia homo non videt nisi ea quæ apparent deus autem intuetur cor. 1. Regum. 16. Ideo non opus est Christo testimonio aliorum cum certissime cognoscat per cordis intuitionem. Et ideo dictum est Et opus ei non erat vt testimonium quis perhiberet de homine imo ipsemet est testis. Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus & conscius meus in excelsis. Christus etiam cognitionem non solum ad exteriora ostendit, ideo addidit eo quod ipse sciret quid esset in homine, id est, occulta cordis. Prouerb. 15. Infernus & perditio corã domino, quãto magis corda filiorum hominum. Scire enim ea quæ sũt in corde hominis est solius dei, qui solus corda plasmauit non enim indigebat testibus vt propriorum plasmatũ mẽtes adiscat. Plus etiam artifex nouerat quid esset in opere suo quam ipsum opus quid esset in semetipso. Nã Petrus nõ nouerat quod in ipso erat quando dixit, Tecum ero vsque ad mortem, Sed dominus nouerat quid esset in homine dicens Prius quam gallus cantet ter me negabis. Quapropter secundum, Bedam monemur vt nunquam de conscietia nostra securi simus, sed semper soliciti formidemus quia quod nos latet æternum arbitrium latere non valet, Confiteamur ergo plura & maiora peccata habere quam nosse putamus vt maiorem quam credimus gloriam cõsequamur. ¶ Nota dicit ĩ textu. Eiecit de templo oues & boues & numulariorum effudit æs. Pro quo sciendum multa genera hominum eiicientur de templo Dei, & de regno cœli: Primo eiicientur superbi qui intelliguntur per boues q̃ cornibus potentiæ alios feriunt. Psalm. 100. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Danie. 4. Hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ superuenit super dominum meum regem. Eiicient te ab hominibus & cum bestiis erit habitatio tua, id est, cum dæmonibus. Psalm. 73. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi. Et sic lucifer eiectus est de cœlo. Ezech. 28. Eieci te de monte sancto dei & perdidi te o Cherub. Isa. 14. Quomodo cecidisti de cœ

Io Lucifer qui mane oriebaris, Et Lucæ.10. Vidi sathanam quasi fulgur cadentem de cœlo. Secundo eiicientur auari qui intelliguntur per nũmularios. Hierem.8. A minimo vsque ad maximum omnes student auaritiæ. Et tales eiiciuntur.1.Corint.6. Auari regnum Dei possidere non possunt. Ideo ait Iesus discipulis suis. Lucæ.14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Et Matth.xi.19. Quam difficile qui pecuniam amat regnum Dei possidet. Ideo Lucæ.12. Caue te ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquã vita eius, ex his quæ possidet. Tertio luxuriosi qui intelliguntur per columbas quæ est auis libidinosa. Quod figurantur Nume.5. Omnis leprosus eiicietur de castris, & qui semine fluit polutusque est super mortuo, Et.1.ad Corinth.6. Fornicatores, adulteri, & auari, regnum Dei possidere non possunt, Ideo Matthæ.22. In resurrectione neque nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. Quarto hypocritæ qui per oues intelliguntur, quia exterius apparent in pellibus ouiũ. Matt.7. intrinsecus autem sunt lupi rapaces Ibidem.23. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritę, quia similes estis sepulchris dealbatis, &cæt. Ideo Apoca.21. Nihil coinquinatum intrabit. &c. Et ibidem.22. Foris canes, venefici, impudici, homicidę, & idolis seruientes, Omnes tales excommunicati, extra palatium regni Dei eiiciuntur. O beatus qui ibi non eiicitur. Psalm.83. Beati qui habitant in domo tua domine. Ratio. Thob.13. per omnes vicos eius cantatur alleluya. Sed damnati erunt excommunicati. Nam sicut excõmunicatis non participamus in locutione, in diuino officio, nec in salutatione, nec in comestione sic boni non participabunt malis in quatuor. Primo in locutiõe, quia facies eorum auersæ erunt ab eis. Psalm.43. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Et Lu.16. Magnum cahos firmatum est inter nos & vos. Secundo non in diuino officio, Isa.65. Serui mei laudabunt me prę exultatione cordis, & vos clamabitis prę dolore cordis. & prę contritione spiritus vlulabitis. Tertio non in salutatione, quia salutem non optabunt eis, Psalm.57. Letabitur iustus cum viderit vindictam. Quarto non in mensa. Isai.65. Serui mei comedent, vos autem esurietis, & serui mei bibent, & vos sitietis,

Feria iiii. Sermo. I.

ASCendit IESVS ad templum Ioannis. 7.

Consuetudo est boni serui si offendit dominum, placat eum præcibus, Spiritualiter nos offendimus Deum peccatis nostris. Ideo debemus currere ad dominum placando eum præcibus nostris. Hoc agit ecclesia in introitu, Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende in me, & exaudi me. Similiter in collecta: Sacræ nobis quæsumus domine obseruationis ieiunia piæ conuersationis augmētum, & tuæ propitiationis continuū præstent auxilium. Sed quod sacerdos tenetur orare pro populo notum est, & figurantur. Exodi. 32. Moses orauit pro populo qui peccauit in adoratione vituli, vt patet in epistola. Et Christus verus sacerdos secundum ordinem Melchisedech ascendit in templum materiale, ad docendum. & in templo æternale, ad pro nobis interpellandum. vt patet in hodierno euangelio. Cum dicitur. Ascēdit Iesus in templum. &c.

In summa euangelii tria innuūtur. Primo doctrinę christi origo de supernis. quod missio probat paternalis, ibi, iam die festo, &c. Secundo tangitur turbæ obiectio de internis. quod solutio probat Saluatoris, ibi. Nonne Moses dedit vobis legem, &c. Tertio ponitur essentiæ Christi origo de occultis, quod transmissio probat supernalis, ibi. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. De primo dicit, Iam die festo mediante Iesus ascendit in templum. Vbi sciendum quod Christus volens suæ doctrinæ originem ostendere, primo ponit eiusdē doctrinæ tempus. & locum, & admirationem turbarum. Tempus quidem dum: ait, Iam die festo mediante, id est, cum illius festi tot dies remansissent quod effluxerunt. Vnde cum per septem dies illud festum agebatur, dicitur hoc fuisse quarto die. Ideo autem in medio festi ascendebat, quia in principio omnes magis intenti sunt his quæ festi sunt. Boni quidem ad cultum Dei, alii vero ad vanitates & lucra. Sed circa medium tēpus. Christus ascendebat, vt hi qui in principio festi ea quæ festi erāt expediebant magis parati essent ad doctrinam audiēdam Locus autem doctrinæ tangitur cum dicitur in templū qui est locus aptus ad sanam doctrinam, & conueniens doctrinæ Christi sanctissimę. Isai. 2. Venite ascendamus ad mon-

tem domini, & ad domum Dei Iacob. Item vt ostēderet se docere veritatem, quæ calumniari non potest, ideo ascendit in templum. Ioannis. 18. Ego in occulto locutus sum nihil. Admirationem vero tui batum ponit cum dicitur. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Sciebant enim IESVM esse filium pauperis mulieris & vt putabant filium fabri, q de labore suo viuebat Vnde probabile videtur quod IESVS etiam de labore suo viuens non insisteret studio literarum, sed potius operi manuali secundum illud. Psalm. 87. Pauper ego sum, & in laboribus a iuuente mea, Et ideo cum audierunt eum docere & disputare mirabantur: dicentes. Quomodo hic literas scit, quasi dicerent, miramur quomodo scit legem, cum nemo scire eam valeat, nisi qui legem legat. Nemo autem legem legere valet, nisi literas sciat. Hic autem literas nō didicit, ideo mirandum est vnde nouerit legem. Hac tamē de causa mirabantur secundum Glosam, quia nemo intelligebat eum esse legis authorem & dominum. Qui si credere voluissent, nequaquam mirarētur, si ille legem nosset qui legem dedisset. Origo spiritualis doctrinæ ponitur cum subiungitur. Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, quasi diceret. Ista doctrina quæ est mea approbatiue & subiectiue, non est mea scilicet per excercitium acquisitionis humanæ, sed eius qui misit me, id est, data est mihi a patre, quia licet filius secundum naturam diuinam habeat eādem scientiam cum patre, tamen habet eam ab ipso patre. Secundum vero naturam humanam habet aliam sciētiam scilicet creatam nō tamen habet eam per excercitium acquisitionis humanæ sed ab instanti cōceptiōis infusam, sic & soluta quęstio est qua quærebant. Quomodo hic literas scit? Vel aliter si dixisset doctrina quam ego doceo non est mea. Nulla esset quæstio. Sed quod dicit doctrina mea non est mea, videtur contradictionem implicare, Sed hoc soluitur sic quia hoc esse dicitur multipliciter. Ratio, quia sua doctrina aliquomodo dicitur sua aliquomodo non sua. Si enim intelligitur de Christo filio dei, sit cum doctrina vniuscuiusque nihil aliud sit q̄ verbū eius, filius autē Dei cū sit verbū patris sequtur ergo ꝙ doctrina patris sit ipse filius. Istud autē verbū est suiipsius p identitatē scientiæ, est autē suū p originem.

Vel quia non est verbum nullius, sed alicuius. Vnde Augustinus dicit hic quod breuiter videtur dixisse Mea doctrina non est mea, ac si diceret. Ego non sum a meipso. In quo hæresis Sabellianorũ cõfundit, qui dicere nixi sunt ipsum esse filium qui est pater. Vel mea doctrina quam ego pronuntio verbo caeato non est mea, sed eius qui misit me patris, id est, non est mihi data a meipso, sed a patre meo, quia etiam cognitionem filius per æternam generationem habet a patre. Matth. 11. Omnia tradita sunt mihi a patre mea. Si vero intelligatur de Christo filio hominis, tunc dicit, Meo doctrina quam ego habeo secũdum animam creatam, & profero ore corporis non est mea, id est, non est mihi a meipso, sed a deo, quia omne verum a quocunque dicatur, spiritusancto est. Sic ergo secũdum Aug. de tri. secundũ aliud dixit doctrinam suã, & secũdũ aliud dixit eã nõ suam, dixit eã secundũ formã Dei suã, & secundũ formã serui non suam, Ex quo patet exemplum quod omnem modum cognitionis cũ gratiarum actione recognoscamus esse a deo. 1. Corinth. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Subdit. Si quis voluerit volũtatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex deo sit? an ego a meipso loquar. Vbi probat doctrinam suam esse a deo. Primo ex iudicio rectæ sententiæ, Vbi sciendum iudicia illius standum est an aliquis bene operetur in arte aliqua qui est expertus in arte illa, sicut an aliquis bene loquatur gallicum, est standum iudicio eius, qui est peritus in lingua gallica, Secundum hoc ergo dicit dominus illius iudicio stadum esse an doctrina mea sit ex Deo, qui est expertus in rebus diuinis. Talis enim recte potest de his iudicare. 1. ad Corinthi. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, &c. Spiritualis autẽ iudicat omnia & ipse a nemine iudicatur. Et quia vos alienatis estis a deo ideo non cognoscitis de doctrina Vtrum ex deo sit. Sed si quis voluerit voluntatẽ eius, id est, dei facere, iste potest cognoscere, vtrũ doctrina sit hæc a deo an ego a meipso loquar? Iste quidem a seipso loquitur, qui falsum dicit. Quia sicut dicitur Ioann. 8. Qui loquitur mendacium ex propriis loquitur. Ideo sequitur. Qui a seipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, & iustitia nõ est in illo. Probat id ex sua

intentione.& ponit duplicem intentionem per quam intel ligitur duplex origo doctrinæ,dictum est enim aliquos lo qui non a se.Loquitur autem non a se,quicunque studet lo qui veritatem.Omnis enim cognitio veritatis ab aliquo est per modum quidem disciplinę a magistro,per modum ve ro reuelationis a deo,sed per intentionem a rebus ad Roman.1.inuisibilia enim dei a creatura mundi per ea quę fa cta sunt intellecta conspiciuntur.Quecunque ergo istorum modorum cognitio aliqua habeatur,non est hominum a se A se aut loquitur qui ea quæ dicit,nec ex rebus,nec ex re= uelatione,nec ex doctrina humana accepit:sed a corde suo Hierem.23.Visionem cordis sui loquuntur non de ore do= mini.Et Ezechiel.13.Vę prophetis insipientibus,qui sequū tur spiritum suum,& nihil vident.Sic ergo contingere ali quid ex se,fit propter humanam gloriam.Quia dicit Chry sostomus:Qui aliquam propriam vult instruere doctrinam propter nihil aliud hoc vult quam vt gloriam acquirat.Et hoc est quod dominus dicit probans doctrinam suam a deo qui a seipso loquitur de certa cognitione veritatis quæ est ab alio,iste quærit gloriam propriam propter quā & pro pter superbiam hæreses & falsæ opiniones introducuntur & competunt antichristo.2.Thessalonic.2.Qui aduersatur & extollitur sup omne quod dicitur Deus. Qui autem quærit gloriam eius,qui misit illum sicut ego quæro.Ioan. 8.Ego gloriam meam non quæro,&c.hic Verax est,quia doctrina mea cōtinet veritatem,& iniustitia in me nō est quia alterius gloriam non vsurpo.Et dicit Augustinus:Ma gnum nobis præbuit humilitatis exemplum,cum in habi tu inuentus est vt homo. Quærit gloriam patris sui,non suam,quod & tu homo facere deberes quando aliquid bo nis facis.gloriam tuam quæris,quando aliquid mali deo ca lumniam inferre meditaris.Patet autem quod gloriā suā non quærebat,quia si fuisset adulatus principibus sacerdo tum, non fuissent ipsum persecuti. Sic ergo Christus & quicunque gloriam dei quærit, habet quandam intra se dei cognitionē.Matthęi vigesimosecundo.Magister sci mus quia verax es.Et ideo dicit hic.verax est.In affectu autē habuit rectē intētionem.Vnde dicit.Et iniustitia non est in illo.Iniustitia enim est,quod vnus vsurpat sibi hono

rem alienam. Gloria autem proprie solius Dei est, qui ergo quærit sibi gloriam exiberi, iniustus est. ☞ Dixi secundo tangitur turbæ obiectio de internis, quod solutio probat Saluatoris. Nonne Moses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ, quid me quæritis interficere? quasi diceret. Qui vult alium sine causa, siue sine iussu dei interficere: ille facit contra legem mosi, Exod. 20. Nõ occides. Potuissent enim Christo dixisse, Ideo doctrina tua non est a Deo, quia sabbatum soluis secundum illud Ioan. 9. Non est iste homo a deo qui sabbatum non custodit, hoc Volens excludere primo excusat se ex parte accusantium, quasi diceret. Dico vt vos dicitis, quod doctrina mea non sit ex Deo, quia legem non seruo sabbatum soluens, tamen vos non habetis potestatem me accusandi cum siti in tali delicto. Vnde dicit. Nonne Moses dedit vobis legem & nemo ex vobis facit legem? Actu. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis? Act. 15. Vt qui tẽtatis deum imponere iugum ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Si ergo vos non seruatis legem quare propter trasgressionem eius vultis me interficere? Nõ enim propter hoc fecistis, sed propter odiũ. Alioqui, si propter zelum legis feceritis, ipsi vos seruaretis eam. Sapient. 2. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris: & morte turpissima condemnemus eum. Sequitur iniqua responsio turbę, Respondit turba & dixit: Dæmoniũ habes, quis te quærit interficere, quasi diceret. Nos propterea non conuenimus, & in hoc mentiuntur, quia quærebant mortem eius sicut postea effectu ostẽderunt Glo. sa Remigii, O scelus inexpiabile, o blasphemia neq; in hoc sęculo, neque in futuro dimittenda. Nam peius fuit hoc dicere quam Christum occidere. Ei namque dicebant. Dęmonium habes, cum tamen solo imperio dęmonia expellebat. Obturandę essent aures ad tam scelestam contumeliam nisi ipsius domini addisceremus habere patientiam, neque enim a furiosis turbatis, ipse hęc audiens turbatus est, sed in sua veritate trãquillus permanens, nõ reddidit malum pro malo, nec maledictionem pro maledictione. Quibus sic respondere potuisset. & dixisse. Vos potius dæmonium habetis, quia nisi pleni dæmonio fuissetis, tam peruerse deo loqui non potuissetis.

Idcirco respondit eis per rationem dicens, Vnum opus feci & omnes miramini, quasi diceret secundum. Remigium. Si tãtum miramini in sanatione vni⁹ hominis, quãtum mirabimini si omnia opera mea videritis, an non legistis dictum patris mei, omnia in sapiẽtia fecisti, & quæ est sapiẽtia patris nisi filius? Bonam enim rem fecerat, quãdo sanauerat in sabbato paralyticum qui triginta octo annis decũbebat, Et turbati sunt quia non intelligebant eum authorem, & dominum esse sabbati. Nec destruxerat sabbatum hominem in eo sanando, quia propter salutem omnium hominum sabbati custodia data est. Propterea Moses dedit vobis circuncisionem, non quia ex mose est, sed ex patribus, & in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex mosi vt quid mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? In quibus verbis dupliciter eos arguit. Primo licet in humanis legibus posteriora prędiudicent prioribus, tamen in diuinis priora sunt maioris authoritatis. Et ideo præceptum factum Abrahę de circuncisione non præiudicat prę cepto mosi de obseruatione, multo ergo minus prędiudicat mihi qui facio quod dispositum est a Deo ante mundi constitionem de salute omnium in sabbato. Secundo quia Iudæi mandatum habebant, vt nihil operarentur in sabbato & tamẽ operabantur ea quę ad salutem particularẽ erãt, Dicit ergo si vos licet mandatum habetis nihil operari in sabbato, circuncisionem accipitis ipso die, quę est quędam particularis salus, quia in particulari membro fit, & hoc facitis vt sic seruetur lex mosi, ex quo patet ea quę ad salutẽ pertinent, in sabbato prętermittenda non esse. Ergo multo magis debet facere ipso die ea quę sunt ad vniuersalem salutem, non ergo debetis mihi indignari quia totum hominem saluum feci in sabbato, quia vt dicit Glosa, curatus est vt sanus esset in corpore, & credidit vt san⁹ esset in anima Et quod dicit propterea moses dedit vobis circuncisionem &c. hoc expresse legitur Exod. 12. vbi habetur. Omnis seruus empticius circuncidetur. nõ tamen ea dixit quasi aliud instituens quia non ipse primus accepit circuncisionis mãdatum, sed Abraham, vt habetur Genes. 17. vbi ei dictum est. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, circuncidetis carnem prępuții vestri, vt sit in signum fœderis inter

me & vos. Ideo dicitur, non quia ex mose est sed ex patribus. Et sequitur. Nolite iudicare secūdum faciē, sed iustum iudicium iudicare, Vbi ducit eos ad iustum iudicium sui, & doctrinę suę, si quod sit a deo recte consideretur, quasi diceret: Nolite attendere ad illud quod non pertinet ad rem: quod fit quando amor vel odium attenditur, propter quę aliquādo plus quam propter veritatem iudicatis, sed iustū iudicium iudicate, id est, de doctrina mea & factis meis iudicate secundum naturam rei ipse. Et tunc inuenietis quod doctrina mea a deo fit secundum veritatem. Vbi sciēdum quod iudicare secundum faciem intelligitur dupliciter. Nā iudex iudicat secundum allegata, & probata, Deus autem intuetur cor, sed in hoc potest esse deceptio. Ideo dicit, Nolite iudicare secundum faciem, id est, secundum illud quod statim apparet, sed diligēter inquirité rei veritatē. Iob. 29 Causam quam ignorabam, diligenter inuestigabam. Vel aliter: Nolite iudicare secundum faciem, id est, nolite accipere personam in iudicio. Hoc enim prohibitū est. Leui. 19 cap. Non consideres personam pauperis in iudicio, iuste iudica proximo tuo. Accipere autem personam in iudicio, est pretermittere iustum iudicium propter amorem seu reuerentiam seu timorem, aut cōditionem personæ quæ non faciunt ad causam. Dicit ergo. Nolite iudicare, &c. Nam quia Moses apud vos habuit maiorem gloriam quam ego non ergo ex personarum dignitate feratis sententiam, sed a rerum natura, quia ea quę ego facio maiora sunt quā ea quę fecit moses. ¶ Sed notandum secundum Augustinus quod ille nō iudicat personaliter qui ęqualiter diligit. Nam cum homines diuerso modo cum suis gradibus honoramus timēdum est ne personam accipiamus. Dixi tertio per rutr essentiæ CHRISTI origo de occultis quod transmissio probat spiritualis, Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. Nonne hic est quem quærunt interficere? Ecce palam loquitur & nihil ei dicunt, Nūquid vere cognouerūt principes quia hic est Christus, sed hunc scimus vnde sit, Christus autem cum venerit nemo scit vnde sit. Vbi circa originē Christi docentis primo ponitur dubium. Circa quod sciēdum quod multi de populo sciebant principes quærere mortem Christi. Et ideo cum vidissent eum palam docentem & principes arguentem, & ipsos non contradicere crediderunt for

tius ipsum esse Christum, habentes argumentum ex facto principum qui non capiebant eum, cum tamen primo ad mortem quærerent eum, quasi ipsi pro vero & de nouo haberent, quod ipse esset vere Christus eis promissus, & ideo ab eius persecutione cessassent. Ideo dicebant quidam ex Hierosolymonis. Isti enim melius sciebant malitiam principum quam alii, quia manebant cum eis in eadem ciuitate. Nonne hic est quem quærũt interficere toto conatu suo? Ioh. 5. propter ea persequebãtur eum Iudæi id est principes quia hæc faciebat in sabbato. Dani. 13. Egressa est iniquitas a senioribus populi. Ecce nunc palam loquitur contra eos, Vt patet. Nemo ex vobis legem facit, & tamen nihil ei dicunt & ipsum non capiunt quia repressi fuerunt diuina virtute. Hæc est enim propria dei virtus, quæ malorum corda ab impetu suæ malitiæ reprimit, Prouerb. 16. Cum placuerint domino viæ hominis inimicos quoque eius conuertit ad pacem. Et alibi. Cor regum in manu dei. Apparet etiã in hoc veritas sermonũ Christi & falsitas principum. Cum enim deus diceret, quid me quæritis interficere? Negauerũt dicentes. Dæmonium habes, quis quærit te interficere? Sed quod principes negabãt, isti confitentur, & subdiderũt. Nũquid vere cognouerũt principes quia hic est Christus, quasi dicerent, videtur quod sic, eo quod desistunt ab eius persecutione. Veruntamen qui non habebant certitudinem, sed tantum opinionem, ideo etiam arguebant ad contrarium dicentes. Sed hunc scimus vnde sit, quia patriam eius scimus & genus quasi hoc modo arguentes. Christus dicitur habere occultam originem, sed iste habet originem manifestam, igitur nõ est Christus. In quo apparet eorum amentia, quia supposito etiam quod principes crederẽt Christo, non tamen eorum sententiam verum, sed aliam corruptam protulerunt. Sed cum tamẽ dicatur di. Michee. 5. Ex te Bethleem mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Herodes autem nescouit locum natiuitatis eius Iudæis sibi dicentibus, quare nunc dicũt. Cum Christus venerit vnde sit nemo scit. Discendũ quod hoc habuerunt ex verbo. Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Sic ergo ex prophetis habẽt vnde sit secundum humanam originẽ & ex eisdem habẽt quod eum nesciunt vnde sit secundum diuinã generationẽ. ¶ Consequẽter ponitur secundo ipsius docẽtis origino. Cũ

subbitur. Clamabat ergo Iesus docens im templo & dicens Et me scitis & vnde sim scitis, id est me noscitis secundum faciem vnde sim, scilicet patriam meam scitis. Etiam hoc dixit quantum ad eius originē. Et nota quod clamor quandoque importat turbulentiam animi interius concitati, & talis clamor non competit Christo. De quo Isaiæ.42. Non clamabit neque accipiet personam neq; audietur vox eius foris. Eccle.12. Verba sapientum sicut stimuli. Quandoque importat magnitudinem deuotionis, secundum illud. Psal. Ad dominum cum tribularer clamaui, &c. Quandoque vero magnitudinem dicendorum, secundum illud Isa.6. Seraphin clamabant alter ad alterum. Prou.8. Nunquid non sapientia foris clamitat & in plateis dat vocem suam. Et sic prædicatores clamare monentur Isaiæ.58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. ¶ Subiungitur etiam quātum ad diuinam eius generationem secundum quam erat eis ignotus. Et a meipso non veni, sed est verus qui me misit quē vos nescitis. q.d. Ante fui secundū diuinitatē quā in mundum veni secundum humanitatem. Ioan.8. Antequam esset mundus ego sum. Alias non conueniret ei venire nisi ante fuisset. Et cum hoc ipso quod venit nō venit a seipso, sed a patre qui eum promisit mittere, Exodi.4. Obsecro domine mitte quem missurus es, Isa.19. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis, & mittet eis saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Ideo sequitur. Sed est verus qui misit me. q.d. Non ab alio sed ab eo qui promittit & promissum adimpleuit, quia verus est. Ad Rom.3. est autē deus verax. & ideo docet me veritatē loqui, quia a vero missus sum quē vos nescitis quia Iohe.1, Deum nemo vidit vnquā Et per consequens me non cognoscitis, cum sim filius eius naturalis æqualis ei in natura diuinitatis. Ego scio eū, quia ab ipso sum & ipse me misit & si dixero, quia nescio eum, ero similis vobis mendax. ¶ Vnde sciendum quod omnes homines vident eum, vt dicitur Iob.36. sed tamen diuersimode quia hoīes in vita ista vident eū pea creaturas, Ro.1. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. 1. ad Cor.13. videmus nunc per speculum & in ænigmatę, tūc autē facie ad faciē. Angeli vere & beati in patria vident eum immediate per essentiam. Mat.18. Angeli eorū in cœlis semper viuēt faciē patris mei &c.

1.Ioan.3. Videbimus eum sicuti est. Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Filius enim dei videt eum excellẽtius omnibus.s. visione comprehensionis. Ioan.1. Deum nemo vidit vnquã, sic.s.comprehẽdẽdo velut vnigenitus filius. &c. Et de hac visione loquitur hic dicens. Ego scio eum.s.notitia cõprehensionis. Item nota quod omnis cognitio est per aliquam similitudinẽ cum nihil cognoscatur nisi prout similitudo cogniti est in cognoscente. Omne autẽ quod procedit ab aliquo habet eius similitudinem a quæ procedit. Vnde omnes deum cognoscentes secundum diuersum gradum processionis eorum habent diuersimode cognitionem eius. Anima ergo rationalis dei cognitionem habet secundum quod similitudinẽ eius participat, imperfectiori quidẽ modo ab aliis creaturis intellectualibus. Angelus autem quia expressiorem dei similitudinem habet, cum sit signaculum similitudinis eius: manifestius deum cognoscit. Filius perfectissimam dei similitudinem habet cum eiusdem sit essentiæ & virtutis cum ipso: & ideo perfectissime eum cognoscit. Ideo dicit. Sed ego scio eum inquantum.s.cognoscibilis est, Cuius ratio est: quia ab ipso sum.q.d. Habeo eandem naturæ essentiam cum ipso per connaturalitatẽ. Vnde sicut ipse perfecte se nouit per essentiã suam, ita & per eandem essentiam ego scio eum perfecte. Sed ne referatur hoc ad missionem qua venit in mundum: igitur continuo subiecit, & ipse me misit, ita quod primum.i.ego scio eum. quia ab ipso sum, referatur ad Christi diuinitatem, sed secundũ. scilicet, Et ipse me misit ad eius humanitatem. Sed quod ait Si dixero, nescio eum, illud introduxit, propter duo. Nam creaturæ intellectuales sciunt eum: sed de longe & imperfecte, quia vnusquisque intuetur eum procul. Iob.36. Veritas enim diuina excedit omnem cognitionẽ nostram. Quicunque ergo deum cognoscit, potest absque mẽdacio dicere quia non cognoscit eum inquantum perfecte cognoscibilis est. Filius autẽ deum patrẽ perfectissime cognoscit sicut perfectissime se nouit, vnde non potest dicere, nescio eum. Secundo quia cognitio dei, & maxime quæ est per gratiã, potest perdi, sicut dicit illud, Psal.105. Obliti sunt deũ qui redemit eos. Vnde possum dicere, nescio quandiu sum in via ista, quia nemo scit vtrum amore vel odio dei dignus sit. Eccl.9. Filius autẽ inamissibilem notitiã habet de patre, Vnde non

potest dicere nescio eum. In hoc autem quod dicit, ero similis vobis mendax, debet ibi accipi similitudo per contrariũ non enim mendaces essent, si dicerent se nescire deum, sed potius si se dicerent deum cognoscere, cum eum ignorent. Si autem Christus se eum non posse diceret cum eum nosçat, esset mendax, Est enim sensus verbi. Si dixero nescio. i. non sciam: ero similis vobis mendax qui dicitis vos cognoscere eum cum tamen ipsum ignoratis. Quærebant ergo eum apprehẽdere, & nemo misit in illum manus, quia nõdum venerat hora eius. Propter hoc quod dixit eis Iesus quem vos nescitis. irritati sunt Iudæi cum simularent eum scire, & ideo quærebant eum apprehendere ad occidẽdum Sic hodie contingit quando mali de ignorantia notantur siue accusantur tam grauiter ferunt: & tanto magis irritantur quanto grauius indignantur. Sed tamen econtra aliqui Christum in se habentes quærunt pie ipsum adhuc apprehendere. Canti. 7. Ascendam in palmam & apprehendam fructus eius. Vnde apostolus ait. Sequor autem si quomodo apprehendam. ☞ Et sciendum quod nõ miserũt manus in illum ad occidendũ. Primo quia virtute diuina sunt repressi, quoniam voluntas nocendi est vnicuiqꝫ a se, sed nocendi potestas est a deo. Vnde Iob. 1. & .2 dicitur, quod Sathã non potuit Iob affligere nisi quantum permissum est sibi a deo. Secundo quia nõdum hora venerat. s. hora captionis eius a deo ordinata. Nam vt dicit glo. Sicut ante secula præordinauit matrem virginem de qua nasceretur, sic etiam præsciuit mortem & elegit quam mortem pateretur, & tẽpꝰ quando pateretur. Cuius hodie reminiscens cum in cruce pendens dixit. Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. De turba autem multi crediderunt in eum & dicebãt. Christus cum venerit nũquid plura signa faciet quam quæ hic facit? q. d. Non est alius expectãdus qui plura faciet, ideo firmiter tenendum est quod hic est Christus.

¶ De eodem. Sermo. II.

Totum hominem sanum feci in sabbato, Iohan. 7. ☞ Magnum est sanare hominum corporaliter, maiꝰ sanare spiritualiter, maximũ sanare vtroqꝫ modo: taliter Christus sanauit. Ideo dicit. Totũ hominem sanum, &c. Hic enim verus medicus a d nos de cælo transmissus, vt oẽs nostras infirmitates cu-

raret, Psalm.102. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Aug. Magnus de cœlo venit medicus quia per totum mundum vbique iacebat ægrot⁹. De isto ægroto & medico qui totū hominem sanum fecit in sabbato tria sunt videnda. i. quæ sunt causæ infirmitatis, secundo quæ sunt remedia contra infirmitates, tertio quę sunt signa sanitatis. ℭ Circa primo notādum quod quædam infirmitas causatur in homine ex nimia comestione, & sic infirmatus est homo de pomo vetito, qui post quam comedit, infirmitatem mentis & corporis incurrit. Istud etiā viciū gulę multis ostenditur, & ideo homo sæpe infirmatur. Eccl, 17. In multis escis nō deerit infirmitas: imo tales gulosi sæpe moriuntur. Ibidem Propter crapulam multi perierūt. Corpora enim pinguia diu viuere nō possunt. Tum quia sunt modici sanguinis qui est causa vitæ, tum quia calor naturalis sæpe per nimiam pinguedinem suffocatur, tum quia via spiritus sæpe ad membra nimia pinguedine impeditur, & sic mors sequitur.

ℭ Secundo causatur infirmitas ex nimia infrigidatione. Sic peccatū mortale est frigidę naturæ, ita quod ignem diuini amoris extinguit. Peccatū enim est aqua frigidissima quę extinguit diuinum amorem. Hie. 5. Sicut cisterna frigidam facit aquā suam: sic frigidam facit malitia animā suam. Istud etiā frig⁹ peccati facit hominē in bono opere pigrum. Pro. 20. Propter frig⁹ piger orare noluit. Peccatū enim prohibet hoīem arare. i. cor suum per cōtritionē scindere & ipsum serere per bonā operationē. Nō solum autē peccatū facit animā frigidā: sed etiam cōgelatā, ita quod resolui per mortē nō potest, sed calefieri potest per amorē. Eccle 44. Frigidus ventus aquilonis flauit & gelauit crystalli ab aqua. Tertio causatur infirmitas ex nimietate corruptiōis sanguinis, Sanguis nimius est abundātia terrenorū, quę est sępe causa peccati. Psal. 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Sanguis putridus est ipsa carnalis cōcupiscentia quæ animā maculat, & coram deo putridā facit. De quo sanguine dicitur Isa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam: manus enim vestræ sāguine plenæ sunt. Oseæ. 4. Sanguis sanguinē tetigit, hoc fit, quando vnum peccatum adducitur ad aliud.

ℭ Quarto causatur infirmitas ex humorum, id est, vitiorum corruptiōe. Psalm, 13. Corrupti & abominabiles facti

sunt in inquitatibus suis, non est qui faciat bonum nō est vsque ad vnū, id est, Christum. Beata eni m Virgo nō fuit ab illa corruptiōe immunis quia ex humore corruptio fuit generata, sed tamen sancta fuit nata Christus autē de sancto sanguine fuit generatus, nos autem ex corruptione viciosa sumus concepti nati & educati. ¶ Secūdum vidēdū est quæ sint remedia contra ipsas infirmitates, Circa quod notandum quod Christus quatuor remedia dedit p quę istas infirmitates sanauit. Primum enim sanauit per dietā quando, 40. diebus & 40. noctibus ieiunauit. Nos etiam istam infirmitatem gulæ ieiunādo & abstinēdo sanare debemus, Ecclesi. 37. Qui abstinens est adiiciet vitam. Vt vero nostra abstinētia sit nostra victoria, & possit volare ad deum debet habere duas alas, scilicet orationē & eleemosynā. Quando enim auis non habet alas in terra remanet quādo etiam habet tātum vnā alam, Velociter volare nō potest quādo vero habet duas alas velociter volat. Sic etiā quando quis habet abstinentiam & nullam eleemosynā facit, nec aliquam orationē tunc abstinentia manet in terra quādo vero habet vnum illorum, parum volare potest Sed si ieiunat & orat & elemosynam dat, tunc ieiunium ī cœlum volat. Secundo infirmitatem Christus sanauit per sudorem, quando, scilicet factus est sudor eius quasi guttæ sanguinis decurrētis in terram, vt dicitur Luc. 22. Ipse enī totus inflāmat⁹ erat igne amoris nostri: qui ipsum sudare fecit & nostrā frigiditatē calefecit. Sic & nos etiā sudare debemus lachrymas emittēdo tunc enim oculus suda quādo plorat. In isto autem sudore lachrymarum homo frigid⁹ inflammatur. Vnde dicit, Greg. de Magdalena, quod frigida venit, sed inflāmata recessit In isto etiam, sudare lachrymarum spiritussanctus libenter moratur. Gene. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Isto etiam sudore lachrymarū diabolus contribulatur & submergitur. Psa, 73 Contribulasti capita draconum in aquis. Exo. 15. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. ¶ Tertiam infirmitatem Christus sanauit per minutionem, quando in manibus & pedib⁹ suis & latere minutionem fecit, Istam autem minutionem & nos facimus quādo venam oris nostri in confessione aperimus De qua vena dicit Proue. 10. Vena vitę os iusti, os autem impiorum operit iniquitatem

Aliquādo autem in minutione sanguis est putridus, aliquā do superfluus aliquando necessarius. Tunc autem est laudabilis minutio, quando sanguis putridus extrahitur, superflu⁹ diminuitur, & necessari⁹ seruatur. Sāguinis putridus est amor peccati: iste totus est ab homine eiiciēdus. Sāguis superfluus est amor mundi: quando quis amat diuitias & superfluitatem Iste enim per eleemosynā est diminuendus. Sanguinis necessarius est amor dei q est causa vitæ animæ. & iste est seruandus. Quartā infirmitatē Christus sanauit per amarę medicinę sumptionē. Psalm. 68. Dederunt in escam meam fel, &c. Istam medicinam amarem scilicet dolorem cordis nos recipere debemus, quæ quanto erit amarior, tanto ad exprimandum malos humores erit virtuosior. Isaię. 24. Amara erit potio bibētibus illam, Iste dolor assimilatur dolori torsionum, & dolori parturiētiū & dolori flentium vnigenitum. Isti enim tres dolores sūt maiores quam inueniri possit. & ideo scriptura dat nobis per hæc intelligere quod dolor peccati non debet esse paruus, sed maximus. De duobus primis dicitur Isa. 13. Torsiones & dolores tenebunt quasi parturiens dolebunt. de tertio Hiere. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum ¶ Tertio vidēdum est quæ sūt signa sanitatis Circa quod sciendum quod quatuor sunt sanitatis perfectæ Primum est appetitus ordinatus. Tria enim sunt quæ appeti possūt scilicet nociua supflua & vtilia: siue necessaria. Si post infirmitatē quis appetit nociua vel nimis supeflua manifestum est. quod nō est perfecte sanatus, Si vero appetit vtilia vel necessaria perfecte est sanatus. Sic spiritualiter nociua sunt malæ societates Vel peccati occasiones: quæ sūt sæpe causa peccati. Prou. 13, Qui cum sapientibus graditur sapiēs: erit amicus stultorum efficietur similis. Superflua sūt diuitiæ mundanæ quę nimis superflue abūdāt. Illi igitur qui habēt appetitum caninum terrena & superflua appetendo, pefecte sanati non sunt. De quibus. Psal. 58. Famem patientur vt canes. Necessaria & vtilia sunt spiritualia ad quæ apostolus nos hortatur dicens, ad Coloss. 3. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Secundum signum est totius corporis & cordis fortificatio. Debent enim esse fortes in faciendo opera fortia. Philipp. Omnia possum in eo quia me confortat. In proficiendo de bonis ad meliora.

Psal.83. Ibũt de virtute in virtute patiẽter & pseuerantẽr sustinẽdo aduersa. Heb.12. In disciplina perseuerate. quis est enim filius quẽ nõ corripit pater? Tertiũ signũ est coloris venustas. Illi enim qui habent viuidũ colorẽ perfecte sanati sunt. Debet autẽ perfecte sanatus tres habere colores iuxta illud, Can.5. Dilectus meus cãdidus & rubicũdus, elect⁹ ex millibus. Debet enim spiritualiter sanatus cãdidũ habere colorẽ p puritatẽ rubicũdum per charitatem & lucidũ per lucidã cõuersationẽ. Et iste est color electus ex millib⁹ Ille ex millibus elegitur qui inter malos sancte & honeste conuersatur. Quartum signũ mẽbrorũ leuitas & agilitas. Veri enim pœnitentes ad omnia dei mãdata sunt valde agiles. Isa 40. Qui sperãt in domino mutabunt fortitudinẽ assumnent pẽnas vt aquilæ current vt nõ laborabunt ambulabunt & non deficient. Peccatores autẽ sunt valde ponderosi & graues, ita quod nec deus potest eos portare Hieremiæ.23. Vos estis onus, proiiciam quippe vos dicit dominus. Isa. 1. laboraui sustinens. Nec etiam cælũ potuit eos sustinere, sicut patet in lucifero. Lucæ.10. Videbam sathanã quasi fulgur de cælo cadentẽ. Nec tãdem terra poterit eos sustinere. Isa.13. Ecce dies domini veniet crudelis & indignationis plenus, & iræ furorisque ad ponendum terrã in solicitudinem, & peccatores eius conterendos de ea.

¶ Feria.iiii. Sermo.I.

VAde ad natatoria Syloe, & laua te. Ioan.9. Consuetudo est homines volentes ire ad magnũ dominũ secũ in mẽsa sedere, ornãt & lauant se ne videãtur aliqua in eis quæ offendant oculos domini: Spiritualiter. Et sic non sic debemus ire ad mensam domini: indigemus ornatu & lotione. Figuratur. Leuit.11. Qui tetigerit morticina immundus erit vsque ad vesperam & lauet vestimenta sua & sic nos. Et hoc docet sancta mater ecclesia in introitu. Cum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris & effũdã super vos aquam mũdam, &c. Tunc sanctificamus nos dominum: quando eum cum vera deuotiõe laudam⁹. Et hoc petit collecta. Præsta quæsumus omnipotens de⁹, vt quos ieiunia votiua castigant ipsa quoque deuotio sancta lętificet: vt terrenis affectibus mitigatis, facilius cœlestia capiamus. Similiter in prophetia. Ezechiel.37. Effundam super

vos aquam mundã.& cæt,Et ab vniuersis idolis mundabo vos,& dabo vobis cor nouum,& spiritum nouum ponã in medio vestri,& auferã cor lapideum de carne vestra,& dabo vobis cor carneum,& habitabitis ĩ terra quam dedi patribus vestris,& eritis mihi in populũ,& ego vobis in deũ Similiter in episto.Isaiæ.1.Lauamini,mundi,estote,auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite peruerse agere,discite benefacere.Quærite iudicium et subuenite oppresso,iudicate pupillo,& defendite viduam.&c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum,quasi nix dealbabuntur,&c.Similiter in euangelio. Vade ad natatoria.& cæte
¶In summa euangelii tria inueniuntur. Primo discipulorũ interrogatio cum dicitur.Rabbi.&c,Secundo cæci illuminatio,ibi.Vade ad nata.&c.Tertio Pharisæorum murmuratio,ibi,Non est hic homo,&c.De primo dicit,In illo tempore,scilicet cum Iudæi Christum voluerunt lapidare,tunc exiuit de templo,& præteriens vidit hominem cæcũ a natiuitate.Glo.Non potuit curari per naturam.Et interrogauerunt eum discipuli eius.Rabbi quis peccauit,hic ,aut parentes eius vt cæcus nasceretur.Illã interrogationẽ habuerunt ex hoc quod audierunt quando dominus sanauit paralyticum.Ioan.5,sic ait.Vade & amplius noli peccare.Sic ergo æstimant & hic accidisse. Nota infirmitas permittitur a deo multis rationibus.Primo propter meritum augendũ Et sic in Iob.17.qui ait; . Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus,Secundo ne homo exaltetur.Et sic ĩ beato Paulo.2.ad Corint.12.ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis meæ, Tertio vt pœnitentiam suscipiat peccat r,Psalm.15,Multiplicatę sũt infirmitates eorum,postea accelerauerunt. Reuera multi non cognoscunt se nisi infirmitate. Psalm.82. Imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum domine,Figuratur in filiis Israel.Psalm.77.Dum occideret eos quærebant eum & reuertebantur,& diluculo veniebãt ad eũ. Quarto propter peccatũ,vt qui se nõ velit meliorare ĩ infirmitatib⁹,ꝙ sua pœna ĩcipiet hic: & durabit ibi ęternaliter,sicut patet ĩ Pharõe ĩ Exo & ĩ Herode,& ĩ Anthioco, &c,Quinto vt ĩfirmitas mirabiliter sanetur,& ex hoc ostẽdaĩ deivirt⁹ & potẽtia.& sic Tho.sanat⁹ est.Tho.2.Et sic in cæco,Ergo Christ⁹ rñdit,Neꝙ hic peccauit,neque parẽ

tes eius. Sed di. tamen scribitur. 1. Ioh. 1. si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est. Respondetur verum est, sed non ita grauiter ille peccauit: vt cæcus nasceretur, sed vt opera dei manifestarentur in illo, id est diuinitas Christi manifestaretur. Sequitur. Me oportet operari opera eius qui misit me. s. patris Galat. 4. Cū venit plenitudo temporis misit deus filiū suū factum ex muliere: vt eos qui sub lege erāt redimeret. &c. hoc fuit opus redemptionis, Abac. 2. Consideraui opera tua & expaui. s. te pendentem in patibulo, in medio duum animalium, id est latronum. Secundum opus fuit recōciliationis hominum cum deo. ad Ephesios. 2. Veniens nunciauit pacem his qui longe sunt. s. a deo. ad Rom. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, Sequitur donec dies est. ☞ Nota Christus nominat se diem. Nam sicut dies habet duodecim horas, sic Christus habet duodecim horas, id est, apostolos. Hic dies defecit & inclinatus est est in cruce; quære supra in sermone. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Veniet nox, id est, tempus mortis propter incertitudinē. Eccl. 9. Nescit homo an amore vel odio dei dignus sit. Iob. 32. Nescio quandiu subsistam, & si post modicum tolat me factor meus. Psalm. In via hac qua gradieris. &c. Secundo mors dicitur nox, quia sicut in nocte laborans recipit præmium & vadit domum. sic qui in nocte suæ mortis recipiet pręmiū secundum opera eius. Et sic nos Athanasius. Ibunt boni in vitam æternam: mali vero in supplicium æternum. Tertio in nocte recipiuntur amici et excluduntur inimici, & sic in morte. Matth. 25. Nescio vos, & clausa est ianua. Ergo Ecclesiast. 8, dicitur. Quodcunque potest manus tua operari instanter fac, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas. ad Galat. 6. Cum tempus habemus operemur bonum ad omnes, quia homini non vestito veste nuptiale dicitur, Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. ☞ Dixi secundo innuitur cæci illuminatio cum subdit, hæc cum dixisset expuit in terram, & fecit lutū ex sputo; & liniuit oculos eius, hoc fecit ideo, vt daret intelligere quod humanitas esset instrumentum diuinitatis, & etiam ideo, vt ostenderet se illum qui primum hominē plasmauit de terra, & ait vade & laua ad natatoria Sy

Ioc.Glo.Hæc aqua oritur ad radicem montis Sion, & non semper,sed in certis horis ob mememoriam facti ebullit per concaua terrarum. Nam cum Sennacherib obsederat Hierusalem,piscina ista communis erat Assyriis & hierosolymitis.Ita quod vtrique poterant inde haurire. Sed ad orationem Isaia factum est cum egrediebantur Hierosolymitæ,erat ibi aqua:Quando vero veniebāt Assyrii, tūc erat siccata,Sequitur,quod interpretatus missus. Magister in historia.Et hoc ideo cum Manasses rex Hierusalem iuxta piscinam Syloe Isaiam serra lignea per medium secari fecisset,& ille angustiaretur in sectione, petiit sibi dari aquam vt biberet,qui quum negauerant ei,misit dominus aquam de sublimi in os eius & expirauit. Ob hanc aquæ missionē Syloe interpretatur missus,☞ Tūc innuitur cæci obedientia cum sequitur.Abiit & lauit & venit videns.Licet enim Christus solo verbo potuisset sanare hunc cæcum, tamen noluit hoc facere,sed multa fecit circa eius sanationem quæ literalem habent causam, & etiam spiritualem. Primo enim expuit,ad ostendendum quod virtus sanatiua quodā modo erat ab eius humanitate inquantum est organum diuinitatis. Lucæ. 6. virtus de ipso exibat & sanauit omnes. Secundo fecit lutum vt ostenderet quod fecit primum hominem de luto. Tertio liniuit oculos cæci vt ostenderet se reformatorem corporum,quia qui nobilia membra reformauit multo magis ignobiliora potest reformare. Quarto dixit ei. Vade ad natatoria,&c.ne videretur terra super oculos linita virtutem sanatiuam oculi habere. Vnde quan diu lutum super oculos habuit non vidit,sed postquam lauit. Misit autem longe eum ad aquam. Primo vt transeundo per ciuitatem linitus a multis videretur vt esset miraculum magis notorium. Secūdo vt commendaretur cæci obedientia & fides.Frequenter enim forte lutum habuit super oculos,& frequenter forte lauabatur in Syloe.& tamē ex hoc non videbat. Et potuit dicere,frequenter me laui,& nihil profeci,hoc tamen iam non dixit, sed simpliciter obediuit & credidit verbis Iesu. Sed quod euangelista addit quod interpretatur missus,hoc fecit ad designandum mysterium Christi missi ad salutem hominum. Quinto ponitur effectus visionis,quia venit vidēs,sicut prędictū fuit Isa.35, Tūc aperientur oculi cæcorū.&c.Causam vero spi

talem assignat Aug. qui dicit quod per sputũ de capite descẽdẽs designatur verbũ Dei, quod a deo capite oĩm rerum procedit. Eccle. 24. Ego ex ore altissimi prodii. Tunc ergo de sputo & terra lutum fecit quando verbũ caro factũ est. Liniuit autẽ seu vnxit oculos cordis ipsius cæci, id est humani generis per fidem incarnationis Christi, sed nundum videbat, sed quando iniuxit forte cathecumenũ fecit, qui interpretatur instructus qui fidẽ habet, sed nondũ baptizatus est. Et ideo mittit eũ ad piscina quæ vocatur Syloe, vt lauetur & illuminetur, id est, baptizentur, & in baptismo plenã illuminationẽ recipiat. Vnde secundũ Dionysium baptism⁹ dicitur illuminatio. Ezech. 36. Effundã super vos aquã mũdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Interpretatur autẽ Syloe, missus, quia quicunque baptizantur oportet baptizentur in Christo qui est missus a patre ad Gal. 3. Quicũque in Christo qui baptizati estis, Christum induistis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Gregorii autem dicit quod per saliuan sapor intimæ contemplationis accipitur, quæ ad eos de capite conditoris defluis, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita positas gustu reuelationis tangit. Vnde dominus saliuan luto miscuit, & cæci nati oculos aperuit quia superna gratia carnalem cognitionem nostram per admitionem suę contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate homines ad intellectum reformat. Tũc subdit. Itaque vicini & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebãt Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant, hic est, alii autem, nequaquam, sed similis ei est.

Sciẽdum quod quæritur hic de persona illuminati, quia mirabantur Iudæi de miraculi magnitudine, quod videbatur eis incredibile. Et ideo dicebatur infra. A sæculo autem non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Et implebatur illud Abac. 1. Opus factum est in diebus nostris, quod nemo credet cum narrabitur. Item mirabatur quod iste curatus fuit qui vibatur ignobilis & curatione indignus. Dominus tamen quia propter paupertatem nullum repulit, qui propter salutem hominum venit. Iacob. 2. Nonne deus elegit in hoc mũdo pauperes, diuites in fide, ostẽdit suam clementiã curando illũ mẽdicum cum in magna erat deuotione. Opiniones autem fuerunt inter eos, qui enim di-

ecbãt, hic est: mouebatur ex eo, quia sæpe eũ viderunt, & similiter discurrẽtẽ per ciuitatẽ ad natatoria Syloe viderunt. Qui aũt dixerũt, nõ est, mouebatur ex eo quod secũdũ Aug oculi restituti mutauerũt vultũ eius. Nihil enim ita cognoscibile reddit hominem sicut visus: Eccle. 19. Ex visu cognoscitur vir. ille autẽ dicebat quia ego sum, vox gratitudinis est illa Glosa. Cõfitebatur se esse, etiã laudat eũ qui tã bene fecerat ipsum esse. Tho. 12. Benedicite deũ cœli, & corã omnibus viuẽtibus cõfitemini illi, quia fecit nobiscũ mĩam suã Dicebant ergo Iudæi, Quomodo aperti sunt tibi oculi. Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, fecit lutum & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Syloe, & laua, & abii, & laui, & video. Hi quærunt de ipsa illuminatione, & respondit eis. Vbi sciendũ quod illa quæstio ex curiositate procedit, quia hunc modũ neque ipse qui curatus est, neque nos nouimus, nec comprehendimus. Ecclesiasti. 3. In pluribus operibus eius non fueris curiosus. Cæcus respõdit ad quæstionem secundum, quod nouit. Vnde dicit illuminatorem suum hominem, quem non nouit adhuc deum & homo erat. Philip. 2. In similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Item dicit Christum Iesum. Vnde licet eum non viderat cum cæcus erat vadẽs tamẽ ad natatoria Syloe, auditu cognouit quod Iesus fuerat. Et recte post obedientiam illuminatur, quia dic. Act. 5. Dabit spiritum sanctum obedientibus sibi. Vide cæci constantiam secundum Glosam quæ dicit Bene iam videbat qui sic gratiam sibi præstitam annunciabat, iam euangelizat Christum. prædicat illuminatorem suum, Dixerunt ergo ei, vbi est ille? ille ait, nescio, quia antequam esset reuersus de natatorio, Christus recessit de loco. Per illam nescientiam intelligitur nostra de qua. 1. ad Corinth. 13. Ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus, item illa per quam nescimus an odio vel amore dei digni sumus. Ecclesiastes nono, item illa per quam nescimus præsentiam vel absentiam sponsi, & illa est valde periculosa, Nescire enim vnde veniat aut quo vadat, nullum est periculum. sed nescire quando venit, aut quando recedat, periculosissimũ est: quia tũc nescitur qualiter præsens pro sua dignitate reueretur & qualiter absens feliciter reuocetur, docẽs illud Cantiquo. 6. Reuertere, & cę. Adducunt eum ad Pharisæos

qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit iesus, & aperuit oculos eius. Volēs enim euāgelista hic ostēdere quomodo quærebant pharisæi a cæco, præmittit quomodo cæcus pharisęis presentabatur. Et hoc ideo quia volebāt Iesum adducere quod damnaretur pro solutione sabbati: quem minime inuenientes, adducunt cæcum vt cogatur importunitate, vel timore aliquid contra Christum confingere. Hierem. 5. Ibo ergo ad optimates & loquar eis Ecce in magis simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Iterum interrogabant eum pharisęi quomodo vidisset O cæci pharisæi, quid interrogatis de gratia qui ignoratis de natura, quæritis illuminatorem qui non creditis redemptorem. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos. & laui & video, Ammiranda cęci constātia, quia quod coram populo de Christo veritatem confitebatur, non fuit magnum, sed quod in magno periculo constitutus coram pharisæis, neque negat neque contraria dicit. Psal. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar Ammiranda est etiam ipsius industria, quia narrantium mores seruat qui quod prius diffuse referunt postea succinctim loquuntur. Sic ille hic fecit vt patet inuenti. Dicebāt ergo ex pharisæis quidam. Nō est hic homo ex Deo qui sabbatum non custodit. Alii dicunt. Quomodo potest homo peccator hęc signa facere, & schisma erat inter eos.

☞ Vbi sciēdum quod si malitiosi aliquid boni vident semper illud ad malum referunt, secundum illud Ecclesiast. 11. Bona in mala conuertens insidiabitur, & in electis imponet maculam, Sic isti tacent quod cęcum illuminauit, & referunt quod videbatur sabbatum violasse, quod tamen nō fecit. Dominus enim prohibens operari in sabbato intēdit de opere seruili quando dixit. Omne opus seruile nō facietis in eo. Opus autem seruile est peccatum. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ergo qui facit opera peccati in sabbato soluit sabbatum, qui autem sine peccato erat potius sabbatum custodit. Ergo dixerunt. Quomodo potest homo peccator signa facere. Ioan. 11. dicitur, quod multi ex Iudæis crediderunt in eum sed propter pharisęos veritatē dicere non audebant. Dissidium & schisma quod erat inter eos fuit signum īteritus eorum. Ose. 10. Diuisum est cor eorum nunc interibūt. Et Mat. 12. Omne regnū in se diuisum

desolabitur Dicunt ergo cæco. Tu quid dicis de eo qui ape ruit oculos tuos ille autem dixit, Quia propheta est interrogatur sententia a cæco de persona illuminantis, hic enim erat habilis qui de christo bene sentiebat secundum Chrysost. Et hoc apparet ex modo interrogandi quia cõ memorant cæco beneficium acceptum dicentes. Qui aperuit oculos tuos, qui alias dicebant qui soluit sabbatum. Cæcus autem ad hoc respondit iterum quod nouit dicens eum prophetam quem filium dei nondum nouit. Et vere propheta fuit, Deut. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus. Ipse etiam de se ait, Lucę. 13. Non capit prophetã perire extra Hierusalem, & nemo propheta acceptus est in patria sua. Lucæ. 4. Ille propheta prophetizat bonis. Matth. 25. Venite benedicti, &c. & malis. Ite maledicti in ignem æternum. ☞ Nota pro doctrina, per istum cęcum intelligitur peccator. Vnde Sopho. 1. Ambulabunt vt cæci quia domino peccauerunt. Nam cęcitas corporalis causatur a tribus. Primo a puluere, secundo ab igne, tertio a tumore. Primo causatur a puluere terrenę cupiditatis. Figuratur Thob. ii. vbi dicitur quod Thobias ex stercore hirundinis fuit excęcatus. Ista stercora sunt temporalia, De quibus Philip. 3. Omnia arbitratus sum vt stercora vt christum lucrifaciam. Est autem periculum quando ita stercora siue illi pulueres adhærent oculis animę nimis. Ideo Matthę. 10. Excutite puluerem de pedibus vestris, quia ista temporalia excecant oculos animę, vt homo non cognoscat deum creatorem suũ Ideo Exod. 23. Non accipies munera, quę excęcant etiam prudentes. Et Exod. 18. dicit ietro ad mosen. elige tibi viros timentes deum in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. Et Eccle. 20. Xenia & dona excęcant oculos iudicum, Contra illam cęcitatem habetur collirium amarum quod conficitur ex felle piscis quo oculi Thobię sunt sanati, vt habetur Tho. 11. Et representat christum, prout fuit in patibulo crucis tanquam piscis assatus & felle potatus Psalm, 21. Aruit tanquam testa virtus mea, & denudatus. Matth. 9. vulpes foueas habent, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet: ista paupertas passionis debet nos inducere ad sustinendum paupertatem pro Christo. ☞ Secundo causatur cęcitas spiritualis ab igne carna-

lis concupiscentiæ. Psalm. 57. Supercecidit ignis & non viderunt solem Sicut enim vrsus excæcatur ad peluim candétem, sic libidinosus ad concupiscentiam ardentem. Bernardus, carnis delectatio mentem quam inficit obscurat. Et sic fuerunt excæcati duo senes sacerdotes. Daniel. 13. Declinauerunt oculos ne viderent cælum, neque recordarentur iuditiorum iustorum, Et figuratur Iudic. 16, in Dalida quæ excæcauit Samsonem. Spiritualiter Dalida significat luxuriam siue carnis concupiscentiam per quam homo excæcatur & traditur in manus inimicorum suorum. i. dęmonum Sed hæc prohibetur. Eccl. 18, Post cõcupiscẽtias tuas ne eas & a voluntate tua auerte te. Nam si vadit post concupiscentias animæ tuæ, id est, vitæ traderis inimicis tuis, & sic fuerunt excæcati Sodomitæ Gene. 19

¶ Sciendum tamen si quando vas cordis per ignem malæ concupiscentiæ, bulliat, tunc triplex debet habere remedium. Primum est quod vas debet ab igne remoueri, id est a colloquiis, & aspectibus mulierum se absentare. Eccle. 9. Auerte faciem tuam a muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam, propter speciem, enim mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Secundum est quod ligna siue prunas, id est, cogitationes ignitas a corde suo abiicere debẽt, quia dicitur Prouerb. 10, Núquid abscõdere potest homo ignem in sinu suo vt non cõburãtur vestimenta eius aut ambulare super prunas vt nõ plantæ eius comburatur? Tertium est quod aquam frigidã id est, pœnitentiam asperã corpori suo imponant. Eccl. 11. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ. Nã dixit apostolus. 1. ad Cor. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, & c contra illa cęcitatem habetur collyriũ totum dulce quod conficitur ex fauo mellis quo illuminati sunt oculi Ionathæ vt habetur. 1. Re. 14. Et significat Christum prout est in regno vbi erit totus dulcis. Eccle. 24. Spiritus me⁹ super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Psal. Quã magna multitudo dulcedinis domine tuæ Et hæc dulcedo expellit igné cæcitatis luxuriæ. Nã omnes delitiæ carnales deberent contemni vt saltem vna hora facies dei posset videri. ☞ Tertio causatur cæcitas ex tumore superbię, quia sicut dicit Gregor. Tumor mentis est obstaculum veritatis. Zacha. 12. Omnem superbum percutiã

cæcitate.Figuratur in Sedechia.4.Regum.23.qui in regali dignitate superbiuit,& ideo a rege Babyloniæ excæcatus fuit. Sic omnes superbi excæcantur.Apoca.3. Tu dicis diues sum,& nullius egeo, & nescis quia miser es,pauper,nudus,& cæcus.Glosa miser es in vita cum per ignorantiam pereas,pauper in bonis,nudus in virtutibus & cæcus,quia deceptus es & vitia nō recognoscis.Ista cæcitas & natiuitate est inducta. Nam superbia in affectu ortum habuit in cœlo,superbia in intellectu in paradiso terrestri, superbie in actu ortum habuit in mundo quando Cain occidit Abel. Contra illam cæcitatem collyriū habetur quod fecit Christus quando fecit lutumex sputo,& liniuit super oculos cęci,& illuminatus est,vt patet in hoc euangeli, Sic peccator debet lutum ponere super oculos cordis, considerando se de luto factum. Iob.30. Comparatus sum luto & assimilatus sum fauillæ & cineri.Bernar. Stude teipsum cognoscere,quia melius est scire teipsum quam si te negligendo cursum astrorum inuestigares. Gregorius,Quanto quisque seipsum minus videt tanto minus sibi displicet.Et quanto maioris gratiæ lumen recipit tanto amplius quid de se pon debeat cognoscit. ☞ Legitur de Alexandro magno.Cum Alexander omnes regiones terræ,& insulas maris peragrasset,& sibi subiugasset,præsumpsit ire ad paradisum, & præmisit nuncios suos, quibus occurrit quidam senex dicens,Dicite domino vestro quod non potest huc venire nisi per humilitatem.Et dedit eis lapidem ad similitudinē oculi vt portarent eum domino suo. Quem cum accepisset Alexander,ostendit eum viro sapienti cuidam, vt diceret sibi eius virtutem.Qui ponderauit eum.Cunque lapis positus nudus esset in lance vna a deo grauis erat & plus quā omnia alia quæcunque poni poterant alia lance ponderauit Deinde operuit lapidem terra,& tunc a deo leuis erat quod penna vna paruula plus eo ponderabat. Et dicit sapiens. Per lapidem istum tu es designatus,quia quamdiu viuis es maior omnibus,& omnia tibi subiugas. Postquam autem coopertus fueris terra,scilicet post mortem vilior eris vna penna,quia superbi qui modo magni apparent post mortem nihil erunt.

¶Feria, V. Sermo. I.

Cum audissent quidam de turba hos sermones dicebant. Hic est vere propheta Ioannis septimo.

¶ Sicut veritas & falsitas sunt duo verissima contraria, boni & mali ad duo contraria fuerunt, quia dicitur. 2. Corinthio. 6. Quæ participatio iustitie ad iniquitatem aut societas lucis ad tenebras, & quæ conuentio Christi ad Belial? quasi diceret nulla. Et non est mirum quod boni & mali adinuicē contrariantur, quia habent duos dominos contrarios, videlicet Deum & diabolum. Boni enim Deo seruiunt, & mali diabolo. Sed cū veritas sit dei, imo deus ipsemet veritas, & falsitas sit ipsius diaboli, ideo boni semper veritatem defendunt contra malos, & econtrario mali falsitatem & malitiam suam defendunt contra bonos. Quod manifeste apparet in euangelio presenti, vbi dissentio facta est propter Christum in turba & inter pharisæos, Frequenter contigit quod in cordibus malorum ex manifestatione virtutis oritur dissentio, & turbatio, vnde in persona Christi dicitur Hieremiæ decimoquinto, væ mihi mater mea, væ vt quid me genuisti virum rixæ, virū discordiæ in vniuersa terra, Propter quod saluator dicebat. Matt. 10. Non veni mittere pacem in terram, sed gladium. &c. secundum hoc igitur in hoc euangelio duo tanguntur Primo maiorum in turbis dissensio, quod diuersitas probat opinionum ibi, Cum audissent quidem de turba, &c. Secūdo tāgitur in verbis phariseorū discordatio, quod commendabilitas probat ministrorum ibi, Venerūt ergo ministri, &c. De primo dicit. Cum audissent quidam de turba hos sermones de Iesu dicebant. Hic est vere propheta. Hæc est prima opinio de Christo quam boni conceperunt ex verbis Christi, enim in magno festiuitatis die vltimo scilicet, scenophigię clamasset stando. Si quis sitit veniat ad me & bibat aquam. s. sapiētię, & gratię videlicet amoris dei. Di tali inquā aqua iā sitim suā spiritualiter cœperūt extinguere, & dicūt eū prophetā verū. De quo Deu 18. Prophtā suscitabit vobis dominus de medio fratrū vestrorū. ¶ Pro quo sciēdū quod propheta secūdū omnē interpretationē dicitur quasi procul fas in quātū annūciat aliqua quo ad eius cognitionē lōginqua propter obscuritatē suę cognitionis, & hoc non pertinet a perfectio

nē prophetiæ,sed magis ad effectū.Quod patet Nume. 13. vbi.Moses dicitur excellētior propheta,eo quod diuersa palam,& nō per ænigmata videbat quæ alii cognoscebant ī sōno,& visione atque per figuras.Alio modo intelligitur illa longinquitas respectu aliorum hominum cum quibus propheta cōuersatur quibus annūtiat occulta.Et hoc est de ratione prophetiæ.Ideo Aug.contra faustum dicit . quod ex hoc aliquis dicitur propheta,quia annuntiat ea quę sunt longinqua a communi cognitione cum quibus conuersatur Christus autem in via ante passionem suam quantum ad partem sensitiuam erat viator,& cum aliis,hominibus cō uersabatur,& ideo licet clare videbat diuina secreta erat tamen vere propheta inquantum cognouerat longinqua a cognitione aliorum hominum quibus annuntiabat ista. Angeli autem in nullo sunt viatores,quia eorum conuersatio non est cum hominibus vt habetur Daniel.2. Et ideo non possunt dici prophetæ ex hoc quod annuntiant hominibus occulta.Eadem ratione Christus post passionem suā desiit esse propheta,& prophetia in ipso euacuata, ut quia amplius non erat in via.Sequitur alii dicebant.Hic est christus.Quidam autem dicebant.Nunquid a Galilæa Christus venit? Nonne scriptura dicit quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello vbi erat Dauid venit Christus?Hic tangitur duplex opinio de Christo. Vna est credentium & dicentium, hic est Christus isti magis accedebant ad portum & litum infidelitatis magis deposuerunt,& hoc etiam Petrus cōfessus est,Matth.16.Tu es Christus filius dei viui,Alia erat opinio infidelium, & contradicētium, dicēs Nunquid a Galilea &c.q.d.Nam quia videbatur eis quod CHRISTVS esset in Nazareth Galileæ natus,sicut ibi fuit nutritus.Et isti nouerant prophetas CHRISTVM in Galilęa venturum non prędixisse,quod confirmant authoritate dicentes.Nonne scriptura dicit, & cętera. Nam quod de semine Dauid venit CHRISTVS, dic. Hiere. 23.Suscitabo Dauid germen iustum, & cętera. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Quod autem de castelllo Bethlehem oriundus erat. di. Mich.5. Et tu Bethleem ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te enim exiet dux qui sit dominator Israel. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. vnde hęc dissentio

vsque hodie permanet in ecclesia non propter eũ tanquam propter Christum inquantum est filius dei, tamen propter eum, id est propter eius veritatem & iustitiam. Omnes enim credimus quod Christus est filius dei. sed non oẽs credimus veritati eius dum scripturæ sanctæ multis modis contradicimus & iustitiæ eius. dum iustitiæ dei non sumus per omnia subiecti. Quidam autem ex ipsis voluerunt apprehendere eum, sed nemo misit in eum manus. Volentes aũt apprehẽdere eũ fuerũt de illis qui dixerunt. Nunquid a Galilæa venit Christ⁹. Psal. 7. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat Et Exo. 15. Dixit inimicus persequar & comprehẽdam, Et nemo misit in eum manus, quia ipse non permisit Ioha. 10. Nemo tollit a me animam, sed ego pono eam a meipso, Vnde postea quando pati voluit nõ tãtũ eos expectauit, sed seipsum eis obtulit dicens, Iohan. 18. Quem quæritis ego sum. ¶ Consequenter pro secundo principali tangitur in verbis pharisæorum discordatio commendabilitas probat ministrorum. Venerunt ergo ministri ad pontifices. & ad pharisæos, & dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Ecce hic dissensio pontificũ & pharisæorum contra ministros, in quo apparet eorũ iniquitas. Adeo enim mali erant quod eis nõ poterãt ministri satisfacere nisi Christo nocumentum inferrent. Prou. 4. Rapitur somnus ab oculis eorum nisi supplãtauerint. Et glo. hic dicit. O sæui & immisericordes quare non intelligitis, potentiã eius quem apprehendere vultis, vobis pręsẽtibus sæpe locutus est. Cũ enim eũ lapidare velletis illæsus inter ictus vestros euasit, & templum exiuit & teneri a vobis non potuit. Quare modo ministros arguitis cur eum nõ adduxerunt, cum vosipsi dum cum eo essetis ipso volente nihil agere possetis sed sicut illi attoniti stupentesque redientes, hæc glo. Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo sicut ille homo loquitur. Vbi reddunt eum commendabilem ex tribus primo ex admirationis causa, quia non propter miracula, sed propter doctrinam Christum mirabantur ex qua propinquiores efficiuntur veritati, & recedũt a cõsuetudine Iudæorũ qui signa quærunt. 1. Corinth 1. secundo ex cõuersionis facilitate, quia de paucis verbis Christi capti sũt, et allecti ad ei⁹ amorẽ. Tertio ex animi securitate, quia ipsis pharisęis q christo aduersabant,

talia dicunt de Christo Nunquam sic locutus est homo. Et hoc rationabiliter, quia non solum homo erat, sed etiam dei verbum Et ideo verba sua erant virtuosa ad mouédũ Hierem. 23. Nunquid non verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterans petram, ideo dicitur Matth. 7. quod erat docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Erant etiam sapida ad dulcorandum. Canti. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Psalm. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Erãt etiã vtilia ad retinendum, quia promittebant bona æterna. Iohan. 6. Domine ad quem ibimus, verba vitę æterne habes. Responderunt ergo ei Pharisæi, nũquid & vos seducti estis? Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex pharisæis? sed turba hæc quę non nouit legẽ maledicti sũt

¶ Vbi sciendum quod primo ægrunt ministros dicẽtes nunquid & vos seducti estis, q d. Videmus vos alectos esse sermone illius. Et reuera laudabiliter seducti erant, q dimisso male infidelitatis ad veritatem fidei sunt adducti, Hiere. 20. Seduxisti me domine & seductus sũ: fortior me fuisti, & p̃ualuisti. Vnde Glosa. Seductorem Christum vocabant. Et idcirco ministros suos seductos esse ab eo dicebant. Et reuera, & laudabiliter seducti erant, quia declinãtes a malo inhæserunt bono, dimiserunt infidelitatem, transierunt ad fidem abnegantes diabolum confessi sunt: CHRISTVM, hæc glosa Secundo exempla principum proponũt vt magis eos auertant. Vnde dicũt: Nunquid aliquis ex principibus credidit in eũ. Ex duobus enim aliqui ad fidem & ad bonam vitam reducũtur, si ex authoritate & religione. Vnde authoritas fuit in principibus. religio autem in Pharisæis, sed tamen illi CHRISTVM non receperunt ergo videtur quod non fuit accipiendus a vobis Magis quippe sunt imitandi a vobis principes propter authoritatem, & pharisæi propter religionem quam ille Iesus Tertio excludunt turbæ testimonium dicentes. Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt ergo non est standum cum eis. Hoc autem sumptum est, ex Deutero. 27. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius. Sed hoc male intelligebant, quia etiam illi qui habent scientiã. & cum hoc opera legis faciunt, magis permanent in lege quam qui solam legis scien

tiam habent, Matth. 15. Populus hic labiis me honorat cor autem eorum lōge est a me. Iaco. 1. Estote factores verbi & nō auditores tantum. Et Glosa. Implebatur verissime ī istis quod dixerat dominus in iudicium ego veni in mundum vt qui nō Vident videant & qui vident cęci fiāt. Ceci etiam facti sunt legis doctores & videre cœperant simplices nesciētes legem. Et in eum qui legis author erat credentes agnoscebat Christum qui legem ignorabant, & q se scire putabant contemnebant. Hæc Glosa. Dicebat Nicodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte qui erat vnus ex ipsis. Nunquid iudicat lex nostra hominem nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat. Incipit euangelista ponere dissensionē inter principes de Christo. & promittit tria de Nicodemo duo & vnum de principibus. Primum quod pertinet ad fidem eius, ibi qui venerat ad eum id est, crediderat. Secundum ad fidei imperfectionem ibi. In nocte propter timorem, si perfecte credidisset, non timuisset. Tertium pertinet ad falsitatē principum. ibi. Qui vnus erat ex ipsis. Ecce quia falsum loquebātur principes dicentes. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum Hierem. 16. Vere mendacium possederūt patres nostri. Exhortatur autem eos Nicodemus dicens. Nunquid lex, &c. Erat autē fidelis, & Volebat eos authoritate legis ad Christum conuertere & quia timidus erat hoc occulte faciebat Credebat enim, quia si tantum modo. Christum vellēt audire quod verbum eius esset tantæ efficatiæ quod forte similes fierent illis qui missi fuerāt ad tenendum eum in eo facto ad quod missi fuerant & crederent sicut illi crediderunt. ¶ Et notandum quod secundum leges debet præcedere diligens inquisitio sententiæ Actu. 25. Non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem prius quā is qui accusatur præsentes habeat, accusatores. &c. Iob. 29. Causam quam ignorabam diligenter inuestigabā. In Exo dic. Innocentem & iustum non condemnabis. Sed ex amore vel odio pręce vel precio multi faciunt contrarium. Responderunt autem & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilęus es scrutare scripturam & vide q a propheta a Galilęa non surgit. Vnde repræhenderunt eum quasi seductorem dicētes. Nunquid & tu Galilæus, es id est, a Galilęo seductus es. Arbitrabantur enim CHRISTVM. Galilæum ex con-

uersatione in Galilæa. Et ideo omnes qui CHRISTVM confitebantur quasi in opprobrium Galilæos vocant. Vnde Matth. 26. dixit ancilla Petro. Et tu Galilæus es. Sic qui nunc confitentur CHRISTVM Christiani dicuntur & primo cœperunt Christiani appellari apud Antiochiam quæ est Metropolis Siriæ secundum Glo. Secundo reprehenēdeāūt eum quasi ignarum. Vnde dicunt Scrutare, quasi dicerent. Licet tu sis doctor: tamen hæc ignoras. Vnde Ioan. 3. eodē modo sibi fuit dictum a CHRISTO. Tu es magister in Israel & hæc ignoras. Et sciendum quod hoc eorū verbum falsum est simpliciter, quia si intelligatur de prophetis generaliter si aliqui fuerunt nati de Galilæa, videlicet Heliseus, Thobias, & Delbora ꝓphetissa, & forte plures alii. Si autem intelligatur de propheta singulariter promissio ad salutem populi qui est Messias: sic etiam est falsum verbum eorum, quia de ipso dicit Isa. 11. cap. quod vocatur Nazarenus, & per cōsequens Galilæus. Et hoc sciuit Nicodemus, sed non fuit ausus dicere, nec mirum, apostoli enim adhuc illo tempore fuerunt timidi. Et reuersi sunt vnusquisque in domū suam, id est, in ꝓpria vacui fide & fraudati & desiderio suo. Iob. 5. Consilium prauorum dissipat. Vel in domum suam, id est in malitiam infidelitatis & impietatis suæ. Apocalyp. 2. Scio vbi habitas, vbi est sedes sathanæ.

¶ Feria VI. Sermo. I.

LAzarus mortuus est. Ioan. vndecimo.

¶ Commune est prouerbium amicus in necessitate probatur. Ecclesiast. 6. Si possides amicū in tētatione poss. de illum. Spiritualiter sic nos habemus amicū scilicet CHRISTVM. Ioā. 15 Amici mei estis si feceritis ea quæ præcipio vobis. Iste amicus probatur tempore necessitatis. Psalm. 90. Cum ipso sū in tribulatione, &c. Ideo illius amici debemus habere memoriam. Quod fecit ecclesia in introitu. Meditatio cordis mei in cōspectu tuo semper, versus. Cœli ennatrāt gloriā Dei & opera manum eius annunciāt firmamentum. Hūc Psalm. 18. fecit Dauid de gratiarum actione, quod deus dederat filiis Israel legem. Sed secundum Hierouym. Dauid fecit hunc Psalm. post mortem Absalonis & Sibæ cum in

pace venit in Hierusalem, vt habet.2.Reg.18.19.& .20.
cap.& túc ait.Cœli enarrant gloriam dei,&c.Quod simi-
liter figuratur in epist.hodierna.3.Reg.17.vbi dicitur ꝙ
ægrotauit filius mulieris matris familias quę cibauit He-
liam & mortuus est,& Helias expãdit se atque mẽsus est
tribus vicibus super puerum & clamauit ad dominum di
cens.Domine deus reuertatur obsecro anima pueri hui⁹ in
viscera eius.Et exaudiuit dominus vocem Heliæ,& reuer
sa est anima pueri int.a eum & reuixit,Et similiter in euã
gelio ægrotauit Lazarus & mortuus est. Aliud thema.
Lazarus amicus noster dormit vado vt a sumno excitem
eum.Ioan.11.Consuetudo dignoscitur vt qui bona req̃rit
ab aliquo,etiam debet meditari vt econtra bona ibi impẽ
dat.Sic arbori aqua debet vmbra debetur humiditas.Spi-
ritualiter,& sic nos bona accepimus a deo.Iacob.1.Omne
datum optimum,& omne donum ꝑfectum desursum est
descendens a patre luminum.Ideo meditemur bona pro-
pter eius paternalem dilectionẽ agere.Quod innuit eccle-
sia in introitu dic. Meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper domine adiutor meus & redemptor me⁹ Psal.Cœ
li ennarrant gloriam dei.&c.Et similiter in collecta eccle
sia petit hoc die.Deus qui ineffabilibus mundum renouas
sacramentis præsta quæsumus vt ecclesia tua æternis pro
ficiat institutis,& temporalibus nõ destituatur auxiliis.Et
figuratur ĩ epistola.Mulier mater familias multa bona ex
hibuit Heliæ,quorum bonorum ipse non oblitus ei bonum
rependit,resuscitãs filium eius.Similiter in euangelio Mar
tha & Maria fecerunt multa bona Iesu in Bethania,huius
beneficii nõ immemor visitauit eos in tribulatiõe.De quo
thema,Lazarus amicus noster dormit,sed vado vt a sõno
excitem illum. ¶ In summa euangelii tria innuuntur.Pri
mo infirmitatis Lazari nuntiatio ibi:Ecce quem amas in-
firmatur.Secundo Christi compassio.ibi:vt vidit Iesus eã
plorantem infremuit spiritu,tertio Lazari resuscitatio,ibi:
Lazare veni foras. ¶ De primo dicit.In illo tempore,sci
licet cum Christus ait Ego & pater vnum sum⁹,& Iudęi
voluerunt eum lapidare abiit transIordanẽ a Bethania ꝑ
vnam diætam & mansit ibi.Interim autem Lazar⁹ infir
matur.Ergo dicit.Erat quidam languens nomine Laza-
rus.Augu.de verbis domini huic languori non amici,non

consilia, non fomenta, non artis peritia succurrunt, omnia enim quæ pro salute data fuerunt in contrarium vertuntur ergo iste languor non remedio, sed sola morte erat finiendus. Et dicit notanter quidam particulariter. Quia fuit famosus & nobilis, ergo describit eum ex nomine, & loco cũ subdit. A Bethania distante. 15. stadia a Hierusalem de castello Mariæ & Marthę sororum eius vbi Christus multotiens hospitabatur Maria autem erat quę vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, Ecce ponit signum amoris, quia idem factum bis fecit. Primum ex contritione, Luc. 7. secundum ex deuotione. Ioan. 12. Cuius frater Lazarus infirmabatur, Miserũt ergo sorores eius ad eũ dicentes: Domine ecce quem amas infirmatur. q. d. Si amasti eum in prosperitate dilige eum in tribulatione. Si in vita, tunc & in morte, ecce quod amatores dei patiũtur quandoque, quod innuitur hic cum dicitur, quia quem amas infirmatur, &c. Prou. 3. Quem diligit deus corripit. ☞ Nota infirmitas corporalis primo est repressiua malitię. Ecclesiast. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam, ☞ Exemplum de quodam milite qui insidiabatur cuidam religioso valde, post hoc infirmatus miles vocari fecit hunc religiosum qui visitauit eũ. Cum miles dixit. Domine orate pro me. Qui respõdit. In quo statu estis melior & deuotior & cognoscitis deum. Respondit. In infirmitate. Cui ille: Cõseruet vos in isto statu deus in quo ei melius valetis seruire, Exemplum de Petronella filia Petri quę infirmata est & dum Petrus rogaretur pro illius sanitate: respondit similiter. Et ita expedit Hugo de sancto victo. Deus multos flagellat ne peccent vtilius enim est frangi doloribus ad salutem quam vti incolumitate ad damnationem. Secundo infirmitas est excitatiua boni. Psa. 15. Multiplicatę sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Et sic in beato Hieronymo cui nõ sapiebat diuina scriptura. Post flagellationem autem diligenter legit eam. Tertio & conseruati. 2. Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis vt in me inhabitet virtus Christi. Quarto est glorificatiua dei vt hic

☞ Sed dices quare non fuerunt personaliter? respondet. Chrys. Primo quia vehemẽter confidebãt de Christo ideo sperabãt quod per nũcium nõ recusaret Secũdo quia luctu detinebãtur & circa seruitiũ. infirmi occupabãtur. Aug. de

verbis domini. Istæ duæ sorores iuuenes ægrotantis lectulo inhærebant, iugiter fouebant, eloquiis consolantur. patienter inquiunt sustine & noli desperatione cõtineri, quia veniet Christus & sanaberis. Tertio secundum Theophilum, quia erant mulieres quibus non erat licitum exire domum & currere per vias Quærit Augusti. quare non dixerunt, veni & sana eum vt regulus. Ioã. 3. vel dic verbo vt Centurio Matthæ. Respondit August. quia insinuatio necessitatis sufficit amanti absque alicuius petitionis additamento speciali. Vel ideo quia commiserunt voluntati Christi, quia nescierunt quid magis saluti fratris expediret an. s. sanitas vel infirmitas? Respondit IESVS. Hæc infirmitas non est ad mortem scilicet. finaliter. ☞ Nota aliqua infirmitas est ad mortem corporis tantum, & est sanctorũ, Alia est ad mortem animæ tantum, & est peccatorum. Tertia corporis & animæ, & est damnatorum, et sic nullo modo infirmitas Lazari fuit ad mortem non corporis. quia nõ est detentus sed suscitatus, nec animæ, quia fuit in gratia nec in his simul, quia non fuit in inferno, sed in lymbum descendit, Sed pro gloria dei vt filius Dei glorificetur per illam, scilicet vt populus videns miraculum conuertatur ad fidem, Tunc subdit diligebat autem Iesus Martham & Mariam sororem eius, & Lazarum, quia sibi multa bona operati sunt. ¶ Mystice ad designandum quod triplices homines diligit deus, scilicet actiuos qui sunt intellecti per Martham: comtemplatiuos per Mariam & pœnitentes per Lazarum. istæ sunt tres viæ eundi ad cœlũ. Prima & ire per viam contemplatiuam. Ista vita significatur per Mariã quæ ad Christi pedes. Luc. 10. sedebat, & eius visione, & locutione pascebatur, Et ista vita est diuturnior quam actiua quia illa finitur, ista non aufertur. Ideo dicitur. Luc. 10. Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Actiua vita tantum est in præsenti non in futuro. Ibi enim non est necesse quod aliquis aliquem induat, quia ibi veste immortalitatis omnes sunt induti, nec aliquem potet vel pascat quia omnes sunt in facietate pleni. Nec quod hospito recipiat. quia omnes sunt in propria, nec quod aliquem infirmum visitet, quia nullus ibi infirmatur, nec quod aliquem ad sepulchrum portet vel sepeliat quia nullus ibi moritur. ¶ Nota quod sicut istæ duæ sorores erant ex eadem stir-

pe. Ita etiam vtraque vita procedit ex eadem radice, scili cet charitate dei & proximi, Sed Martha erat antiquior, sic actiua prior est q contēplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem. Sed licet essent sorores tamen vna contra aliam murmurabat. vnde Martha conquesta est. Luc. 10. dicens, soror mea reliquit me solam ministrare. Sic actiua vita impedit contemplationem.

Nota vita contemplatiua bene significatur per Mariā. Primo quia Maria interpretatur domina, & sic actiua seruit contemplatiuæ tanquam ancilla dominæ. Vnde Grego. super Ezech. Actiua vita seruitus contemplatiua libertas vocatur, quia non occupatur temporalibus. Ideo Maria, sedebat. Lu. 10, Secūda via qua itur ad cœlū est actiua vita & ista significatur per Martham quæ pauperes & peregrinos recipiebat, & ista vita est vtilior & fructuosior, quē prima. Et enim vtilior proximo, quia inde sustentatur, est vtilior facienti, quia inde remuneratur. Bona enim temporalia non sunt nostra propria sed sunt concessa nobis. Non sunt mansura sed sunt transitoria, Nō sunt preciosa, sed vilia. Item actiua per Martham significatur. & bene. Primo Martha fuit larga. Luc. 10. Satagebat, id est satisfagebat, & sic actiua vno modo secundum facultatem subuenientis. Thob. 4. Quomodo potueris ita esto misericors. Si non in cibis, tunc impartire in seruitiis. Si fuerit copia, tunc abundanter tribue. Aug. In affectu cordis pēsanda est eleemosyna facientis. Secundo Martha fuit frequens in ministerio, & sic oppus pietatis debet fieri assidue. Primo ideo quia liberat a culpa. Ecclesia. 3. Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna resistit peccatis. Secundo redimit a pœna. Tho. 12. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & nō patietur animam ire ad tenebras. Ambro. Pietatem frequenter faciens quamuis lubricum carnis patiatur, vapulabit quidem sed non peribit, id est disponit hominem ad gratiā & non sinit facile perire. Tertio vitam dat. 1. Timothe. 4. Pietas ad omnia valet promissionem habens vitę que nūc est futuræ. Item eleemosyna facit vt accōmodata sint propria quia illa quę pauperibus damus propria habemus. Petrus rauē Da pauperi vt det tibi, quia quicquid pauperi dederis tu habebis, quod pauperi non dederis alter habebit, Item, Si hic mansurus es quæ tua sunt hic rupone, si autem

Illuc iturus es, hæc quæ tua sunt cur hic reliquis? Qui relinquenda seruat aliorum custos est non suorum. Facit etiam eleemosyna vt ea quæ sunt transitoria fiat perpetua & secura. Ambrosi. In tuto ponitur quod deo custode seruatur, Petrus rauenen. Quicquid pauper accipi. pater cœlestis suscripit & in cœlo recondit. Dicit August. quod quasi quendam contractum hic facis cum deo tuo, hic das, ibi recipis, hic das res peritur ibi recipies res sine fine mansuras. Facit etiā eleemosyna vt vilia sint preciosa quia terram mutant in cœlum. Augustinus. Da numum vt accipias regnū da partem vt accipias totum. Et subdit. Deus vnum accipit & dat centum & tamen nolunt cum deo homines habere contractum, Quantum autem deus vitam actiuam dilig., ostendit per hoc quod non de Rachel per quam significatur vita contemplatiua, sed de Lya per quam significatur vita astiua nasci voluit. Tertia via eundi ad cœlum est per pœnitentiam. Si enim aliquis per mortale peccatum a vita contemplatiua vel actiua recessisset vnum sibi restat, scilicet quod recurrat ad pœnitentiæ remedium vel suffragium, Et tūc qui erat mortuus per culpam resurget per pœnitentiam. Isti significantur per Lazarum qui fuit mortuus, & postea est resuscitatus. Diligebat igitur dominus Martham Mariam & Lazarum. Quia Christus diligit frequenter contemplantes, vtiliter operantes, & a peccato resurgentes. Ideo qui non sunt in numero istorum trium, a deo non diliguntur sed odiuntur. Isti sunt illi tres viri de quibus dicitur Ezechie. 14. Isti tres viri Noe Daniel & Iob in sua iustitia liberabunt animas suas, Per Noe qui arcam fabricauit & in fluctibus rexit, significātur actiui qui sępe multis fluctuationibus exponuntur. Per Danielem qui cœlestes visiones aspexit, intelliguntur contemplatiui. Per Iob qui interpretatur dolens intelliguntur pœnitentes qui de peccatis suis dolere debent. Subditur curationis declaratio. Vt ergo audiuit oui infirmabatur, tunc quidem duobus diebus mansit in eodem loco, in tertio die iuit in Iudæā, in quarta die quādo iam quatriduanus fuit suscitauit Lazarum. In quo patet quod eo die mortuus fuit quādo Christus recepit nuncium sororum. Dedit autē locū mortuo per tot dies. Primo ideo, quia ex pręsentia eius mors Lazari fuisset impedita quia vbi vita præsens est, inde mors habere locū

nō potest. Secundū vt miraculū credibilius redderetur, & nullus posse dicere quod mors illa fuisset tantum secundū apparentiā quod.i.per sensuum illusionē facta esset a Christo, & per artem magicam, Deinde post hęc dicit discipulis suis, Eamus in Iudęa iterū. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quærebāt te Iudæi lapidare & iterum vobis illuc? Nuper lebāt eum lapidare Iudæi ideo propter consuetudinē prædicit eis. Eamus in Iudęam. Quia sciebat eos ante terreri vt minus iacula feriant quæ præuidentur, vt Gre.di. Respōdit Iesus. Nonne duodecim horæ sunt diei: si quis ambulauerit in die nō offendit, quia lucem huius mūdi videt, si autē ambulauerit in nocte offendit quia lux nō est in eo, quod duob⁹ modis exponitur. Primo secūdū Chris. q.d. Vos dubitatis ascendere in Iudæam quia nuper valuerunt me lapidare, sed dies habet duodecim horas & quod cōtingit vna nō cōtingit altera: Vnde si voluissent me lapidare in vna hora, hoc forte iā nolū, quia mutato tempore potest & voluntas mutari. Erat enim prouerbiū apud Iudæos & est adhuc apud nos, & quod loquendo de mutatione propositi dicitur, duodecim sunt horæ diei. Et ideo saluator vsus est tali modo loquēdi Et ostendit vlterius quod securi debēt esse dicens. si quis ambulauerit in die. i. honeste & absq; cōsciētia alicuius mali. Roman. 13. Sicut in die honeste ambulemus, non offendit, id est, nō inuenit quod ei noceat. Et hoc ideo quia lucem huius mundi videt & lux iustitiæ in eo est Psalm. 96. Lux orta est iusto & rectis corde lętitia. q.d. dominus. Nos secure possumus ire cum in die ambulemus, si autem ambularemus in nocte iniquitatis de facili multa pericula nobis euenirent. De qua nocte. 1. Thes. 5. Qui dormiunt nocte dormiūt. Et talis offendit. i. impihit, quia lux scilicet iustitiæ non est in eo. Alio modo exponit Greg. in illo loco, si quis ambulat in die &c. dicens quod dies est pręsentia Christi in mūdo. Nox vero est tempus post passionē eius, vt sit sensus. Nō est timēdū de iudeis quia quādiu ego sum in mundo vobis nō imminet periculū. Vnde quādo iudei eum capere voluerunt ioan. 18. dixit turbis, si ergo me queritis sinite illos abire, sed in nocte. i. in tempore post passionē tunc timendū est vobis ire in iudeam, quia patiemini a iudeis persecutionem Zac. 13, Percutiā pastorē & dispergentur oues gregis. Alio modo exponit, Aug. Dies est ipse

Christus, horæ duodecim apostoli. Ioannis. 9. Nonne duodecim vos elegi, sed timendum est quod sequitur. Et vnus ex vobis diabolus est. Iudas ergo non erat hora huius diei quia non lucebat. Sed dicendum quod dominus hoc modo dixit non habito respectu ad Iudam, sed ad successorem suum, scilicet. Matthiam. Est ergo sensus, Nonne duodecim horæ, quasi diceret. Vos estis horæ ego sum dies. Sicut ergo horæ consequũtur diem ita vos debetis me sequi. Si ergo volo ire in Iudæam vos non debetis me præire, nec voluntatem meam mutare, sed debetis me sequi. Simile dicit Petro. Matth. 16. Vade post me sathana, i. me sequeris ne præcedas meam voluntatem. Nec debetis timere periculum, quia itis mecum qui sum dies vnde sicut qui in die vadit non impigit, id est, nõ offendit ita nec vos qui mecum itis, ad Roma. 8. Si deus pro nobis quis contra nos? Et hoc ideo, quia lucem huius mundi, id est, me videt. Si autem ambulauerit in nocte, id est, in tenebris ignorantiæ & peccati, tunc offendit. Et hoc ideo, quia lucem huius mundi non videt. Lux scilicet spiritualis non est in eo, non quidem ex defectu lucis, sed ex eorum rebellione. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nota multiplex est dies. Primus est naturalis: & hic habet vigintiquatuor horas. Genesi, 1. Factum est vespere & mane dies vnus. Isto modo dicitur. Memento vt diem sabbati sanctifices, Exod. vicesimo. Secundus dies est artificialis qui causatur ex ascensione solis super nostrũ hemisphærium. Et illic quandoque habet plures horas, quãdoque pauciores, secundum quod sol vno tempore plus apud terram manet quam alio. Nam in nostro climate breuissimus dies est octo horarum, sed longuissimus sedecim. Et diuiditur contra noctem. Tertius dies est æternitatis, de quo Micheę quinto. Egressus eius ab initio a diebus æternitatis, quia iste dies lucet sine diminutione sui & sine corruptione, quia ibi est ęternitas sine variatione. Psalm. 101. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Quartus est dies supernæ iucunditatis. Psalmus. 83. Melior est dies vna in atriis tuis super milia, isti diei non succedit nox. Apocalyp. vicesimosecundo. Et nox vltra non erit & non egebit lumine lucernæ. Quintus est dies gratiæ salubritatis. De quo Ioannis. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Et ille dies diuiditur contra noctem, culpæ

& gehennæ quando nemo potest operari. Subdit. Post hoc dixit illis. Lazarus amicus noster: propter multa beneficia & obsequia. s. quæ nobis exhibuit, dormit sed vado vt a sō no excitem illum. ℭ Nota mortem lazari vocat hic somnum. Primo propter spem resurrectionis. i. Thessa. 4. Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Secundo propter facilitatem resurrectionis. Vnde August. Tanta facilitate excitabat eū de sepulchro quanta aliquis excitat aliquem de lecto. Nec mirum quia ipse est qui suscitat mortuos & viuificat. Ioannis. quinto venit hora quando hi qui in monumētis sunt audient vocem filii dei, &c. Tertio propter meliorationis mutabilitatem. i. Cor. 15. Surgent mortui incorrupti. Tunc dixerunt discipuli eius. Domine si dormit saluus erit quia somnus ægrotorum signum est sanitatis. Dixerat Iesus de morte eius, illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Et ideo putauerunt inutile esse vt iret illuc ad excitandum illum. Et non mirum, quia animales fuerunt. i. Cor. 2. Animalis homo non præcipit ea quæ spiritus dei sunt. ℭ Nota licet dominus subito posset discipulos facere perfectos in fide & in omni scientia: tamen propter nos instruendos voluit eos paulatim proficere: vt non miremur si & nos paulatim in virtutibus, proficimus & in religione & in sanctitate. Et hoc facit propter tria. Primo propter hoc vt nullus glorietur de suis meritis aut de sua bonitate vel ingenio quosque peruenerit ad summū, & hoc est de lege communi Secundo vt homo cognoscēs infirmitatem suam nō cesset corde ore & opere petere a deo vt ipsum ad perfectam sanctitatem perducat. Tertio vt homo intelligens se dei adiutorio indigere quotidie de virtute in virtutem, de bono in melius proficiat semper bene operando, quandiu enim viuit semper, potest gratia dei augeri in eo meritumque ipsius multiplicari & milior fieri. Tunc dixit eis Iesus manifeste, Lazarus mortuus est & gaudeo propter vos vt credatis, quia ibi non eram, sed eamus ad eum, q. d. Nos audiuimus infirmitatem Lazari, sed ego absens annūcio eius mortem, & gaudeo propter vos id est, propter vestrā vtilitatem, vt ex hoc sumatis experimentum diuinitatis meæ, quia inquantum absens iam video Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Nec

mirumm quia ipse est omnibus presens. Hiere.23. Cœlum & terram ego impleo, Et dicit notanter credatis, non vt modo inciperent, sed vt amplius robustiusque crederent ad instar illius. Marc. nono. Credo domine adiuua incredulitatem meam, semper enim fides eorum miraculis augebatur. Ex eo vero quod gaudet ex morte Lazari, datur intelligi quod aliquando malum sit ratio gaudii inquantū ordinatur ad bonum. Roman. octauo. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Ex eo autem quod dicit, eamus datur intelligi dei clementia quæ homines in peccatis existentes qua sursum præueniendo attrahit, secundum illud Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans. Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos Eamus & nos vt moriamur cū illo, Secundum Chrysostomus. Thomas erat magis timidus quam alii, ideo dicit. Eamus, quasi diceret. Exponemur periculo, quia ipse non timet mortem, potius nāque vult ire & se & nos morti tradere. Adio modo secūdum August. dicebat hoc ex magna dilectione, quasi diceret, melius est nobis cum illo mori quam sine illo viuere. Vnde glosa. amabant nanque incomparaliter apostoli dominum, eorumque vita ex illius præsentia pendebat adeo, vt cum eo viuere, aut cum eo certe mori iucundum haberent. Eamus inquid & moriamur cū illo, quia videmus eum ad inimicos & ad mortem properare. Nec enim a tali consilio valemus eum reuocare. Eamus & nos, &c. ne post eius nocem deserti & inconsolati ibi maneamus. Hæc glosa. Numdum enim intellexit Tho. quod post mortem resurrectionem & ascensionem suam esset alium consolatorem missurus. Ioann. 15. Si non abiero paracletus non veniet ad vos. Venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

I ☞ Vbi sciendum quod ante resucitationem a mortuis ipsius Lazari possunt multa considerari, quorum vnū est tēpus mortis, quid tāgitur cum dicitur. Venit. itaque & inuenit eū quatuor dies, & cæte. Per hos quatuor dies intelligūtur quatuor dies quadruplicis mortis. Primo mors originalis, ad Roman. 5. Per vnum hominem peccātum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors, ecce primus dies. Et mors transgressionis legis naturę. Isa. 24. Transgressi sunt leges mutauerunt eius, dissipauerūt fœdus sempiternū

Ecce secundus dies Et transgressionis legis scriptæ quæ prohibet etiam mala & ipsa contemnitur. Ecce dies tertius mortis. Et est mors transgretionis legis euãgelicæ qua prædicatur Christus æterna vita & econtra gehenna sed & hanc contemnunt homines. Ecce quartus dies mortis in qua putret homo, Et illa est periculosior aliis, ad Heb.10 Irritam quis faciens legem & cætera secundum Augustinum, hæc quadruplex mors est peccatorum quæ est pessima: secundum illud Psalmus, 33. Mors peccatorum pessima: Tunc subdit. Erat Bethania iuxta Hierusalem quasi stadiis quindecim. Multi autem ex iudeis venerunt ad Mariam & Martham vt consolarêtur eas de fratre suo. Hæc est contra aliquos Christianos qui negligunt consolari tribulatos, cũ tamen scribatur Roman.12. Gaudere cum gaudentibus flete cum flentibus, Quidem venerunt ex syncera compassione vt amici. Aliqui ex ficta simulatione, quia dicant nobiles & diuites domino volentes placere. Quidam ex dati affectione vt pauperes. Quidam ex maligna insultatione, vt pharisæi qui postea dixerunt. Non poterat hic facere vt nõ moreretur, qui aperuit oculos cæli; nati? Martha autem vt audiuit quia iesus venit occurrit ei, Maria autem domi sedebat, quia præsentiam Christi ignorabat. Nam Martha habebat curam domus, & ideo primo nunciatus est Christi aduentus. Sed diceres. Quare Martha non reuelauit statim sorori aduentum eius? Respondetur primo voluit experiri fiduciam si quid posset habere de fratre suo vt prospera; nunciaret] sorori suæ. Secundo celauit propter Iudæorum præsentiam quia conspirauerant in mortem eius. Tertio propter desiderii sui vehementiã, ita enim vehementer desiderauit loqui cum Christo vt non aliunde cogitaret. Et dicit ad Iesum. Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus. Credebat enim quod præsente CHRISTO mors locum habere non potuisset, quia vidit mulierem ad solum tactum fimbriæ fuisse sanathã. Et in hoc imperfecte credidit, quia christus æqualiter se habet ad præsentia & abscẽtia, quia omnia sunt sibi præsentia Hier.23. Putas ne e vicino deus ego sũ & nõ deus de lõge. Subdit. Sed & nũc scio quia quæ cõque poposceris a deo dabit tibi deus. Arbitrabatur quod christus orãdo posset præteritã mortẽ excludere, Sicut Helise orãdo puerũ suscitauit, Ergo adhuc fuit imperfecta

Resurget frater tuus. Quia autem Martha imperfecte cognoscebat, ideo dominus ad altiora instruendo processit, promittēdo Lazari resuscitationem. Sed ipsa ait. Scio, quia resurget in resurrectione in nouissimo die. q. d. Non est auditum a seculo quod quis quatriduanum mortuum & foetentem in monumento resuscitaret. Ideo in cor meum cadere non potest quod statim resuscites eum nisi in futuro. Dicit eis Iesus. Ego sum resurrectio, & vita, id est, resurrectionis causa, quia resurrectio Christi est causa resurrectionis nostræ, & resurrectio generalis fiet virtute Christi vocantis mortuos ad iudicium 1. Cor. 15. Quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum. Et vita, scilicet per essentiam, propter quod sum causa vitæ omnibus viuentibus. Qui credit in me. s. per fidem formatam, etiam si mortuus fuerit, supple corporaliter, viuet supple spiritualiter. Abac. 2. Iustus in fide sua viuet. Et omnis qui viuit & credit in me non morietur in æternum id est, morte æterna, Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Credis hoc? At illi, Vtique domine. Ego credidi, quia tu es Christus filius dei viui qui hunc mundum venisti, glo. Sciebat Christus hoc quem nihil latere potest quod crederet sed confessionem qua saluaretur quærebat. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutē. Itē interrogat quia dicit sanctus Tho. in 22. q. 40. arti. 2. Fides non sufficit in mente nisi oris confessione exprimatur. Rom. 10. alias Petrus nō peccasset negando Christum, Ideo dicit. Ego credidi. q. d. secūdum Aug. Quicquid dicis de potestate tua, id est, effectu salutis credo totum & quod ego credo plus est radix omniū, scilicet ꝙ tu es Christus filius dei viui qui in hunc mundum venisti pro salute generis humani Ioan 16. Exiui a patre & veni in hunc mundum. Et cum hoc dixisset, abiit & vocauit sororem suā silentio dicens. Magister adest dicit silētio propter Iudæos præsentes. quorum quidā contra Christū machinabuntur, Item dixit. Et vocare, quia præsentiam Christi per absentationem. Illa autem vt audiuit surrexit cito & venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco vbi occurrit ei Martha, non distulit propter lucrum, non tarduit propter assistentes, sed statim vt audiuit surrexit cito. Etiam præuenit

ſer Martham ſi ſibi aduentus Chriſti fuiſſet prius nuncia-
tus. Iudæi igitur qui erant cum illa in domo & conſolaban
tur eam cum vidiſſent Mariã quia cito ſurrexit & exiuit,
ſequuti ſunt eam dicentes. quia vadit ad monumentum,
vt ploret ibi. Iſti Iudæi non audierunt verbum Marthæ
Ideo credebant eam ſubito motam ex compaſſione fratris
ſui. Etiam diuina prouidentia factum eſt vt Iudæi ſequerẽ
tur Mariam, vt dum plures eſſent ibi quando Lazarus reſu
ſcitandus erat, tam grandem miraculum quatriduani mortui
reſurgentis teſtes plurimos inueniret. Maria ergo cum ve-
niret vbi Ieſus erat, videns eum cecidit ad pedes eius &
dixit ei Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mor-
tuus quaſi diceret ſecundum Aug. Dum nobiſcum præſens
fuiſti, non morbus, non infirmitas, nec mors aliqua nobis
appropinquare auſa eſt. Vide etiam Mariæ firmitatẽ licet
eſſet mandatum principum quod nullus confiteretur chri-
ſtum tamen hoc non venetur, ſed ſecure eum confitetur. Ie
ſus autem videns eam plorantem, & Iudæos qui veneiãt
cum ea plorantes infremuit ſpiritu, ſcilicet ex indignatio-
ne eius contra diabolum, per cuius ſuggeſtionem mors ve-
nit in mundum quem erat cito debellaturus. Et turbauit ſe
ipſum, ſcilicet ex compaſſione Lazari & ſociorum eius. Et
dixit. Vbi poſuiſtis eum? Non ex ignorantia interrogat ſed
vt populi ſibi ſepulchrum indicantes confiterentur Lazarũ
mortuum & ſepultum, & ſic miraculum ab omnibus vide
retur, Vel vt myſtice demonſtraret ſe huiuſmodi peccatorẽ
neſcire cuiuſmodi per Lazarum ſignificatur. Dicunt ei. Do
mine veni & vide, Et lachrymatus eſt Ieſus propter multa
Primo propter compaſſionem & pietatem, Secũdo vt oſtẽ
dat non eſſe irreprehẽſibile ſi quis plorat ex pietate, Eccle-
ſiaſt. 38. Fili ſuper mortuum produc lachrymas. Tertio ſe-
cundum Hierony. Non fleuit Lazarum mortuum ſed redi
uiuum. Quarto ſecundum Chryſo. vt oſtenderet humanam
naturam vere a ſe aſſũptam. ☞ Nota Chriſtus fleuit qua-
ter. Primo in natiuitate. Vnde canit eccleſia. Vagit infans
inter arcta poſitus præſepia, vbi ãgeli lætabãtur Et in hoc
fleuit quod perdidimus gaudium angelorum. Secundo ſu-
per ciuitatem Hieruſalem, Luc. 19. dicens Si cognouiſſes &
tu. Ibi fleuit noſtram ignorantiam. Iaco. 5. Plorate vlulãtes
in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis, Tertio fleuit ad ſe-

pulchrum Lazari vt hic & ibi defleuit nostram pręsētam miseriam quam & nos deflere debemus, Thob. 4. Memento fili quoniam pauperem vitam gerimus, Ecclesiast. 2. Cúcti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt. Quarto fleuit in cruce. ad Heb. 5. Cum clamore valido & lachrymis &c, Et ibi fleuit nostram ingratitudinem. Figuratur. 2. Reg. 15. Dauid ascendit cliuum oliuarum & fleuit quod filius eius Abloson esset sibi ingratus. Spiritualiter. sic Christus ascendit crucem flens peccatorum ingratitudinem. Mystice per Lazarū intelligitur quilibet peccator in mortali. Talis primo infirmatur, secundo moritur. Tertio quatridamus in monumento iacet, quarto fœtet. Et sic peccator primo infirmatur quando homo non habet deuotionem nec dei dilectionem dicens illud Psalm. 6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum, infirmitas hominis cognoscitur quando non habet debitum saporem cibi & potus. Et sic infirmitas spiritualis cognoscitur quando homini nō sapit verbum dei, quia verbum dei est cibus animæ. Deu. 8. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore dei. Figuratur in filio mulieris in epistolo. 3. Reg. 18. in quo non remāsit halitus, Secundo hanc infirmitatem sequitur mors, id est, peccatum mortale, Nam sicut homo mortuus frigidus est. sic peccator, quia sine igne diuini amoris, De quo. Lu. 12. Ignem veni mittere in terram &c. Et ideo dominus hortatur nos. Matt. 24. Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme. i. mors, vel sabbato. id est in ocio. Tertio erat quatriduanus, quatuor. s. dies habens in monumento peccati, Primus dies est malus consensus in corde per quem anima moritur. Sap. 1. Peruersę cogitationes separāt a deo. Et figuratur. Matth. 9. In puella mortua in domo. Ideo Matt. 5. dicitur, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et econtra. vbi consensus nō est. ibi peccatum abest saltē mortale. Aug. Non sentit qui non consentit. Secundus dies est malus consensus in ore quando. s. ille consensus verbis exprimitur alios scandalisando. Marthæ. 12. Et ex verbis tuis damnaberis Vt heu multi sunt. Isa. 3. Peccatum suum quasi sodoma prędicauerunt nec absconderunt ideo Matth. 18. vę illis per quem scādalum venit. Et hęc dies mortis figuratur per adolescentem. Luc. 7. qui efferebatur extra portā ciui-

tatis. Tertius dies est malum opus. Iacob. 1. Peccatum cum consummatum fuerit generat mortẽ. Quartus dies est peccandi cõsuetudo. s. homines difficulter dimittũt peccata dicentes se non posse dimittere, quod tamẽ est pessimum. Hiere. 13. sicut æptiops non potest mutare pellem suam, aut pardus varietates suas & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Et Prouer. 22. Adolescẽs iuxta viam graditur, cum senuerit non declinat ab ea Et ex illa consuetudine peccandi sequitur fœtor. Iohelis primo, Conputruerunt iumenta in stercore suo. scilicet fœtentes. Matt. 23. Væ vobis scribę & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent hoĩbus speciosa intus autem sũt plena ossibus mortuorũ & omni spurcitia, & tales dificulter resuscitantur. De quo Greg. difficile surgit quem moles malæ consuetudinis premit. Nam multa requiruntur ad talem resuscitationem Lazari. i. peccatoris. Primo Christus turbauit se & fleuit, Et sic peccator debet flere & conturbari in vera cõtritione. Hiere. 6. Luctũ vnigeniti fac tibi plãctum amarum Sicut mater inconsolabiliter flet pro vnigenito filio suo, sic peccator flere debet pro aĩa mortua. Eccl. 22. Super mortuũ plora quoniam defecit lux eius. Sed heu aliqui totaliter indurati sunt quod conqueritur. Bern. dicẽs. Cadit asinus, & est qui subleuat, cadit anima & non est qui recogitat. Cum tamen requiritur ad talem resuscitationem vera contritio. Ideo Psalm. 118. Exitus aquarũ deduxerunt oculi mei. Sic fleuit Ezechias. Isa. 38 audiens sibi Isaiã prænunciare mortem suam. ¶ Secundo Christus interogat vbi positus sit, ad denotãdum quod nõ vult scire peccatores per approbationem. Mat. 7. Non noui vos, discedite a me oẽs qui operamini iniquitatem. ¶ Tertio ostendit ei sepulchrum. Sic nos debemus ei ostendere profunditatem & deformitatem peccati in confessione. Boetius si opus medicãtis expectas oportet quod vulnus detegas. ¶ Quarto iubet offerre lapidem Spũaliter, id est, obstinationem. Hic lapis tollitur quando cordis duritia emollitur. Ezec. 36. Auferram cor lapideum de carne vestra & dabo vobis cor carneũ, & spiritum meũ ponã in medio vestri. Et hoc per discipulos. i. per prędicatores, Psalmo. 90 Ne offendas ad lapidem pedem tuum, ideo angelis suis mandauit te, &c.

❧ Quinto Christus orauit. Et sic nos. Iacobi. 5. Multum valet deprecatio iusti assidua. Sexto clamauit clamore magno ad inuendum quod multum clamare oportet in prædicatione, vt peccator cesset a peccati consuetudine. Isaæ. 58. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. Etiam vt clametur in oratione, Psalmus. 90. Clamauit ad me & ego exaudiam eum. Et clamore magno. De quo Bernardus In die auribus desiderium vehemens est clamor magnus. Intentio vero remissa vox est submissa, Septimo vocauit eum nomine dicens. Lazare veni foras. Lazarus interpretatur adiutus vel auxiliatus scilicet gratia dei. Psalm. 120. Auxilium meum a domino. Nam sine dei adiutorio peccator non potest surgere. Anselmus ponit exemplum dicens, quod homo per se potest in foueam præcipitari sed per se non potest exire. Et istud exemplum pertinet ad auaros q sunt fouea profundæ cupiditatis, quia nunquam possunt satiari. Ecclesiast. 5. Auarus non implebitur pecunia. Secundum exemplum ponit Chrisostomus, Sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur vbi tempestas voluit, sic homo perdito auxilio gratiæ. Dei non facit quod vult, sed quod diabolus. Tertium exemplum est eiusdem Chrysosto Sicut populus facit regem, cum factus fuerit repellere eum non potest, sic superbi faciunt diabolum regem suum, ponentes thronum diaboli in cordibus suis. Et nullus potest eum inde eripere nisi deus. Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Quartum exemplū piscis intrat per se hamum, & exire per se non potest sic & nos. Oseæ. 13. Perditio tua ex te, saluatio autem ex me. Psalm. 93. Nisi quia dominus audiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.
❧ Octauo manus, & pedes erāt ligati, scilicet funibus peccatorum prouerb. quinto Funi peccatorum quisque cōstringitur. Similiter & facies erat ligata, quia nondum plena erat visio gratiæ. ❧ Nono iubet eum soluere per discipulos, id est, sacerdotes. Matt. 16. Quodcumque solueris super terram erit solutum, & in cœlos. Ecce quam difficulter Lazarus, id est, peccator de consuetudine peccati reuocatur.

❧ Sabbato. Sermo. I.

EGO sum lux mundi. Ioannis octauo. ❧ Galenus in antidoto veteri: serpens si manum ferit, si instanti homo manum alteram fonti algenti immerserit

subito conualebit, Spiritualiter. Sic & nos si læsi sumus a serpente infernali in manu prauæ operationis, alteram manũ bonę operationis inmergamus in fontem, id est, Christum Psalm. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuũ. Et ex illo bibamus, ad quod hortatur nos introitus, dic. Sitientes venite ad aquas, dicit dominus, & qui non habetis precium venite bibite cum lætitia, scilicet fontem gratiæ. Et hunc fontem petit ecclesia in collecta. Fiat quæsumus domine per gratiam tuam fructuosus nostræ deuotionis affectus, quia tunc nobis proderunt suscipta ieiunia si tuæ sint placita pietati. Et si fontem gratiæ appetamus ipse non negabit nobis. Et hoc promisit in epistola Isai. 49. In tempore beneplacito exaudiui te, & in die salutis auxiliat⁹ sum tui. Et sequitur. Nunquid potest obliuisci mater infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit ego nõ obliuiscar tui. Ecce quam bonus dominus qui omnibus vult misereri, & lumine sapientiæ illuminare Ideo dicit in hodierno euangelio, Ego sum lux mundi. ❧ In summa euangelii tria innuuntur. Primo quomodo se Christus luci assimilat, ibi. Ego sum lux mondi. Secundo quomodo errãtes dirigit, ibi qui me sequitur, &c. Tertio quomodo lippiẽtes occulos excæcat, ibi tu de teipso testimoniũ, &c. De primo dic. In illo tempore, scilicet cum absoluit adulterã post hoc in præsentia pharisæorum ait. Ego sum lux mendi.

❧ Nota Christus dicitur lux multis rationibus. Primo quia lux est puta, & si Christ⁹. 1. Pet. 2. Peccatum nõ fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. Psalm. 7. Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula. Hæc lux sequitur candelabrum. Et sic in pœnitentibus debet esse puritas, Ecclesia. 34. Qui baptizatur a mortuo. & iterum tangit: quid prodest lauatio illius? ❧ Secundo Christus dicitur lux, quia lux est communis, scilicet bonis & malis, & sic eius gratia & beneficia. Matthæi. 5. Facit solem suum oriri super bonos & malos. Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Iob. 25. Super quem nõ fulget lumẽ eius, quasi dicat super omnes, Ioh. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &cæ. Similiter in pœnitentibus debet esse communitas, scilicet in affectu pietatis, & communicatis in subuentione proximorũ. Luc. 6. Omni petenti te tribue. Thob. 4. Noli auertere faciem tuam

ab vllo tempore. Galat. 6. Operemur bonum ad omnes. Et hoc intelligendum est quantum est de se CHRISTVS omnes illuminat, non tamen omnes illuminantur. Et hoc potest contingere tribus de causis. Primo quando homo in domo tenebrosa se includit. Secundo oculos claudit. Ter- tio quando obstaculum interponit. Sic Spiritualiter in do- mo obscura se includit qui affectat ignorantiam. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini: nescierunt vias eius nec reuersi sunt per semitas illius. 1. ad Corn. 1. Omnis ignorans igno- rabitur, Et 38. distin. qui ea, vbi dicitur, Qui ea quæ dei sunt sapiunt a domino sapiuntur. Qui ea quæ rei sunt nesciunt ad domino nesciuntur. Item oculos claudit qui non adhibet voluntatem suam. Daniel. 13. Declinauerunt oculos vt non viderent cœlum nec recordarentur iudiciorum iustorum. Psalm. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Item obstaculum ponit qui habet mortalē culpā. Isai. 59. Iniqui- tates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrū. ¶ Ter tio lux habet abscondita reuelare. Et sic Christus reuelabit secreta cordium in extremo iudicio. 1. ad Corint. 4. Noli- te ante tempus iudicare quosque veniat dominus qui & il- luminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Iam enim luxuriosi abscondunt adulterium, sed ibi manifestabitur. Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in fa- cie, & gentibus ostendam nuditatem tuam, & regnis igno miniam tuam. Nunc abscondita est pœna reproborum. Lu cæ. 19. Si cognouisses & tu, & cæ. quæ nunc abscondita sunt ab oculis tuis. Sed ibi reuelabitur. Apoc. 18, Quantum glo- rificauit se in delitiis, tantum date illi tormētum & luctum Nunc istum effectū lucis debemus habere, scilicet nos pœ- nitentes vt scilicet, peccata non ascondamus, sed reuele- mus. Psalm. 36. Reuela domino viam suam. Ambrosius su- per Psalmum. Quod homo tegit deus detegit. ☛ Quar- ta lux facit vigilare. Psal. 62. Ad te de luce vigilo. Sic Chri stus ad vigilādum nos solicitat Matt. 26. Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Et sic pœnitentes debent vigila re. 2. Timoth. 4. Tu vero vigila in omnibus labora.

¶ Quinto CHRISTVS dicitur lux quia lux est ma teria gaudii. Thob. 5. Quale mihi gaudium & lumen cœli non Video, Augu. Mallem esse in inferno & videre faciem dei quam in cœlo & eo carere. Ecclesiast. 11. Dulce lumē &

delectabile est oculis videre solem. Reuera si habes hāc lucem, id est, Christum, tunc habes vitam æternam. Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum deum verum & quem misisti Iesum Christum. ¶ Sexto Christus dicitur lux quia ambulantes illuminatur tenebras incurrant. Quapropter dixi secundo tangitur quomodo Christus errantes dirigat, cum subdit. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Aug. Tenebrę metuendæ sunt, scilicet morum, non oculorum, & si oculorum, non exteriorum sed interiorum oculorum, Non illorum vnde discernitur album et nigrum, sed iustum & iniustum. Nō autem possunt errare q̄ sequuntur hanc lucem, scilicet Christum, Quia ipse est via Ioan. 14. Ego sum via veritas & vita. Nota triplici de causa nō erratur in via Primo vbi est impressio fragmētorū. id est vulnerum. Secundo vbi est crucis erectio. Iohan. 19. Baiulans sibi crucem, &c. Tertio vbi est plantationis reflexio, id est spinarum coronatio. Heb. Recogitate eum q̄ talem sustinuit aduersus semeipsum contradictionē vt non fatigemini animis vestros. ¶ Septimo Christus dicitur lux vt dixi pro tertio principali, quia lippientes oculos habētes excæcat. Et sic Iudæi execati sunt & noctuæ. Ioh. 3. Qui male agit odit lucē, & non venit ad lucem, vt nō arguantur opera eius, Ioh. 1. Lux venit in mundū: & tenebrę eam non comprehenderunt. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucē. Et sic pharisæi qui illuminari debuissent, fuerunt excæcati dicentes, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, falsum loquūtur. Actu. 10. cui omnes prophetæ testimonium perhibent scilicet CHRISTVM nasciturum. Ideo respondit. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meū verum est, quasi diceret. Qui non potest fallere, nec falli recipi potest in testimonium, tam in causa propria quā aliena, sed ego sum huiusmodi. Ioan. 14. Ego sum veritas et vita. Deus enim non potest fallere. Psalm. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et subdit. Quia ego scio vnde veni aut quo vado, id est ex deo patre, & Deus sum vos autem nescitis vnde venio, aut quo vado. Secundum Augustin. Isti Iudæi videbans hominem, nec credebant deum, quasi diceret vos imposuistis mihi mendacium, & hoc ideo, quia nescitis me esse deum.

☞Nota multa mala imposuerunt Christo. Primo mendacium vt hic. Secundo peccatum. Ioan. 9. Scimus quia homo hic peccator est. Tertio dixerunt eum transgressorem in opere. Ioan. 9. Non est hic homo a deo qui sabbatum nõ custodit. O magna nequitia imponere mẽdacium veritati. Ioan. 17. Sermo tuus veritas est. Item imposuerunt peccatũ sanctitati. Dani. 9. Vngatur sanctus sanctorum. Item imposuerunt transgressionem deitati. Matt. 12. Dominus filius hominis est etiam sabbati. Octauo dominus dicitur lux. Nam absentia vere lucis facit hominem errare in iudiciis. & sic Iudæi errauerunt in iudiciis. Ideo subdit. Vos secundum carnem iudicatis. Augusti. quasi dicat, Hominem me videtis, & deum non intelligitis, Ego non iudico quendam scilicet, secundum carnem. sed secundum veritatem Psalm. Omnia iudicia tua veritas, vel sic secundo modo. Ioan. 12. Non veni vt iudicem mundum, quasi diceret. Si nunc deberem iudicare, tunc deberem vos condemnare. Et si ego iudico, iudicium meum verum est. Reuera primo propter multiplices testes Primo quilibet predicator. Actu. 1. Eritis mihi testes in Iudæa, & cæ. Secundo opera singulorũ. Ioan. 5. Opera quę ego facio testimonium perhibent de me Tertio omnes creaturæ. Psalm. 49. Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suũ, ☞Nono Christus dicitur lux, quia lux manifestat se, & patrem, dicẽs. In lege vestra scriptum est Duorum hominum testimonium verum est, Deutero. 17. scriptum est hoc. In ore duorum vel trium stat omne verbum. ☞Sed dic. quomodo testimonium duorum hominum sit verum, cum cõtingat quandoque eos mentiri sicut duo testes contra Susannam & totus populus contra Christum mentitus est. Respondetur secundum Augusti. quod verum est, id est debet reputari verum quia magis probabile est quod vnus mentiatur quã quod multi. Ecclesia. 4. funiculus triplex difficile rumpitur. Ideo subdit. Ego testimoniũ perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater, quasi diceret, secundum Augustinum. Si duorum hominum testimonium verum est id est, debet reputari verum cum habeant paruam cognitionem, & interdum distortam affectionem. Multo fortius testimonium patris & filii in diuinis. vbi non potest esse talis defectus debet firmum reputari. Dicebant ergo ei. Vbi

est pater tuus quasi diceret. Tu tamē es solus. Et audiuerant a domino vos secundum carnem iudicatis. ideo secundum Augustinum. de carnali patre interrogauerunt, quasi diceret. Pater tuus non est talis nec tantus, quod eius testimonio sit credendum. Ignotus enim est, & ignobilis. Ad quod respondet. Neque me scitis, neque patrem meum scitis, scilicet secundum veritatem, seu diuinitatem, quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur & reliquum, ideo subdit. Si me sciretis, forsitā & patrem meum sciretis, quasi dicat quia pater meus ideo occultus est vobis, vt per me tanquam per viam veniatis in cognitionē eius, Ioan. 14. Si me cognouissetis & patrem meum vtique cognouissetis. ¶ Sed diceres, tamen dicit Psalm. 75. Notus in Iudaea Deus. Respondetur quod Iudaei dicuntur patrem ignorare ratione patris, nam licet sciebant eum vt deum omnipotentem, nō tamen sciebant eum vt deum patrem filio consubstantialem. Et dicit forsitan secundum Augu. non dubitatiue sed increpatiue, vt si indignemur seruis nostris & dicamus forsitan contēnitis nos. Et sic Christus ipsos dubitantes & incredulos arguebat. ☞ Nota tria incognita erant nobis de patre ante aduentum Christi, scilicet gloria gratia, veritas, & sapiētia. Primo gloria quia nullum ad gloriam suscepit. Secundo gratia, quia nullum sibi reconciliauit. Tertio veritas & sapiētia, quia nulli viam ad coelum reuelauit. Sed hęc tria nobis manifestauit per aduentum filii sui. De quibus Iohan. 1. Vidimus gloriā eius quasi vnigeniti a patre, quo ad primum plenum gratia: quo ad secundum, & veritate, quo ad tertium. Sequitur. Haec verba locutus est Iesus in Gazophylatio, Et est locus vbi ponantur oblationes templi pro edificiis. Docens in templo, & nemo apprehendit eum quia sermones fortiores erant his qui eum capere volebant, & quia ipse nondum voluit, quando vero voluit crucifigi tacuit, ideo subdit. Nondum venerat hora eius, scilicet quam elegit ad passionem.

¶ Dominica in Passione. Ser. I.

De Euangelio.

SI veritatem dico quare non creditis mihi. Ioan. 8. ☞ Adhuc dominus hoc verbum multis dicere potest, quorum opera ostendit eos debiliter credere. Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. Cum ergo homines

solent credere iuramento sigillo, promissio, testimonio, qua re vos non creditis iuramento paternæ veritatis, sigillo maternæ virginitatis, promissio meæ fidelitatis, testimonio propheticæ authoritatis. De primo ad Hebrę. 6. Omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum Glo. Si homini qui mendax est creditur per iuramentum quanto magis credendum est deo qui mentiri non potest Iurauit autem tria credenda. Credendum est deum esse bonorum remunerationem. Baru. 2. Reuocabo eos in terram quam iuraui patribus eorum. Et impiorum vltorem. Psal. 94. Ipsi vero non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea. Et Amos. 6. Iurauit dominus deus in anima sua, detestor ego superbiam iacob & domos eius odi. & tradã ciuitatem cum habitatoribus suis. Et pœnitentium reconciliatorem. Psalm. 109. Iurauit dominus & non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum, & cætera sacerdotis enim est reconciliare deo pœnitentes. Magnus sacerdos est christus & magnas consueuit dare indulgentias, maxime illis qui crucem pœnitentiæ recipiunt ad terram sanctam, scilicet ad Hierusalem cœlestem. Alioquin crucem pœnitentiæ non accipientibus dicitur. Matthæ. 10. Qui non accipit crucem suam & sequitur me non est me dignus. Vnde dicit secundum ordinẽ Melchisedech, Sicut enim Melchisedech obtulit panẽ & vinũ, vt dicitur Gene, 14. ita & christus in sacramento. ℂ De secundo Ioan. 6. Hunc pater signauit deus, &c. Hoc est opus dei vt credatis in eum quẽ misit ille. Ecce filius a patre signatus est vt credatur ei. Signatus est autem septem sigillis. Apocaly. 5, Si ergo vno sigillo creditur, quanto magis septem? Quæ quidem sigilla declarantur ibidem ca. 7. Sed de primo ad præsens dicẽdum est Per primũ ergo sigillũ virginitatis Maria significari potest. Origenes. Maria mater Christi facta est, & castitatis sigillum non amisit. De quo sigillo exiuit vincens vt vinceret in equo albo, id est, filius dei in carne munda Super hoc sigillo per Christum & euangelium suum tanquã per literas regales sententia mortis æternæ reuocata est, Quod bene figuratur per literas quas misit Assuerus rex ad reuocandam sentẽtiam mortis datã cõtra Iudæos vt dicitur Hester. 8. Hæc enim consuetudo erat vt epistolis, quæ ex nomine regis mittebãtur, & illius annullo signatæ

erant nemo audebat contradicere. Digitus Dei, scilicet spiritussanctus dicitur annulus, ergo huius digiti donum est spiritussancti quo impressa est virginitas Mariæ. Sicut enim non potest haberi regale sigillū sine regis annullo, ita virginitas haberi non potest sine dei dono. Sapi.8. Scio quoniā aliter non possum esse continens nisi deus dederit.

De tertio. Isa.65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum qui graditur in via non bona post cogitationes suas. Incredulo manus expāditur vt manuali promissione credulus fiat. Sic Christus manus in cruce expandit, sed quid promisit? nihil aliud nisi veniam, gratiam, & gloriam Glosa. Expandi manus in cruce orans pro eis. Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, vel vt eos reciperem, & collocarem in sinu meo, vel beneficia operum largiendo, ex quo eduxi eos ab Aegypto. Incarnatus quoque infirmos eorum curaui, mortuus suscitaui, paucis panibus eos paui. Ipsi tamen semper exstiterūt increduli. De promissione gloriæ dicitur. Iacob.1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam repromisit. Deus diligentibus se. Sed heu timendum est quod non solum piis & gratis coronā gloriæ sed etiā impiis & de sua passione ingratis promisit gehennam. Vnde bene vtramque manum expandit in cruce ita quod per dexterā gloriam æternam promittebat, per sinistram pœnam æternam. Vnde etiam latro ad dexterā pendens saluatur, ad sinistram pendens damnatur, Olim ista deus per chirographum scripturæ promisit, sed mundus non credidit. Et ideo per fidelissimum fideiussorem, scilicet filium suum, promissiones suas firmauit, imo persoluit. Augustinus. Quia incrdibile videbatur, hominibus, quod promittebatur. Deus non solum scripturam fecit vt crederent, sed etiam fidei suæ posuit mediatorem, non quemlibet principem seu angelum, sed vnicum filium.

De quarto. Ioann. quinto. Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi. Ioannis.1. Hic venit in testimonium Vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Vere magna magnorum, & multa multorū testimonia habuit Christus. Crede ergo prophetis. Ambrosius. Vides pastores angelo credidisse & tu patri filio spiritui saucto, angelis, prophetis, & apostolis crede. Sed certe

dominus non solum dedit nobis testimonium magnarum personarum, sed etiam miraculorum. Ioann. o. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. O domine Iesu ecce testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Sed heu miser peccator adhuc minime credit. Bernar. Putas ne filium dei reputat Iesum quisquis ille homo est, qui ipsius nec terretur comminationibus, nec attrahitur promissionibus, nec præceptis obtemperat, nec consiliis acquiescit. Nonne is est qui fatetur nosse deum, factis autem negat. &c.

De eodem. Sermo. II.

TVLERVNT ergo lapides vt iacerent in eum Ioannis octauo.

Adhuc lapides in Iesum iaciunt, qui in membra sua scandala mittunt. Lapides autem spiritualiter sandala sunt. Sagittæ sunt verba dei. Semina nostra sunt merita. Solent autem homines iacere lapides, sagittas, semina, onera temporalium. Iaciunt ergo sagittas prædicando, semina bona, operando, onera temporalis renumtiando, & lapides scandalizando.

De primo nota quod Heliseus ad Ioas regem dixit. 4. Reg. 13. Iace sagittam, & iecit, & iterũ dixit. Percute iaculo terram, percussit sic ter. Et iratus Heliseus, ait. Si percussisses quinquies, vel sexies, vel septies, percussisses Syriã vsque ad consummationem. Sagitta est verbum Dei quod de arcu scripturæ iacitur contra hostes, domini scilicet peccatores. Psalm. 143. emitte sagittas tuas & cõturbabis eos Augustinus, vulnerabat charitas Christi cor meum, & gestabam verba eius in visceribus meis quasi sagittas acutas Sed heu multi clypeum obdurationis a diabolo receperunt quod sagitta verbi dei vulnerare eos per contritionem nõ potest, Nam. 2. Clypeus fortium ignitus est viri exercitus in coccineis. Bene autem videbitur in iuditio quis Clypeum diaboli vel Christi portat. ¶ Per terram significantur terreni peccatores qui iaculo prædicationis percutiuntur ter, dum fidem trinitatis recipiunt quinquies, dum quinque sensuum refrenationem sexies dum sex opera misericordiæ faciunt, septies dum septiformis gratia, & septem vitiorum victoria eis per doctrinam inculcatur. Sed tantũ tres ictus recipiunt qui fidem sine operibus habent.

De secundo Deute. 28. Sementem multam iacies in ter-

ram & modicum congregabis quia locustæ deuorabunt omnia. Tot semina iacis, quod opera bona facis Bernardus. Nunc perunt opera nostra que videlicet quasi semina in terram iaciuntur. quia multa opera bona facis, vel in statu peccati mortalis, vel causa timoris seruilis, vel intentione commodi temporalis, de quibus heu nullum æternæ vitæ fauctum recipies. ¶ Ideo de multo semine parum congregas. Iactis autẽ seminibus necessaria est gratiæ irrigatio. Vnde Deut. 11. dicitur quod in terra Aegypti iacto semine in hortorum morẽ aquæ ducuntur irriguæ. Terra vero Israel de cœlo expectat pluuias. Multi heu aquam cõpunctionis, vel lachrymarum vel cõtritionis habent ex solo timore gehennæ. Vnde ex ipsis quasi ex inferioribus aquæ ducuntur. Quidam autem amore cœlestis patriæ, & in his terra cordis qua de cælo irrigatur, Hoc bene figuratum est, Iosue. 15. Vbi dicitur quod cum axa, id est, fidelis anima sedens in asino. i. in corpore suspirasset. dedit ei pater cœlestis irriguum superius & irriguum in inferius.

☞ De tertio. Act. 27. Valida tempestate nobis iactatis sequenti die iactum fecerũt & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Quicunque ergo mergi non vult iaciat. i. iniusta bona restituendo, alias submergetur, & iaciat eleemosynas erogando. De vtroque di. Lu. 19. Ecce dimidiũ bonorũ meorũ domine do pauperib⁹, & si quid aliquẽ de fraudaui, reddo quadruplum. Iaciat ergo omnia relinquẽdo. Matt. 19. Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Ionæ. 1. Miserunt vasa que erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis. Augu. Abiice a te diuitiarum onera, abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tædia quæ te pluribus annis inquietauerũt. ☞ De quarto dicitur hic: Tulerunt lapides Iudæi vt iacerent in eum. Lapides sũt scãdala, id est, verba vel facta quibus dum alii ad iram vel ad luxuriam, vel ad aliud vitium, scilicet auaritiam, & ad huiusmodi prouocantur quasi iactibus lapidum læduntur. Et quia fideles membra sunt Christi lapides in Iesum iaciunt qui membra sua scandalis percutiũt. ☞ Sed nota quod quatuor modis peruersi tentauerũt occidere Christũ, vicz gladio. Matt. 2. Futurum est vt Herodes quærat puerũ, ad perdendum eum. Et præcipitio. Luc. quarto. Duxerunt eũ vsque ad supercilium montis vt præcipitarẽt eum. Vel la-

datione vt hic. Et vltimo crucifixione. Sic heu ad huc ho-
die Christum in membris suis percutere tentant iudicis gla
dio, qui iure mudano, vel ecclesiastico male vtuntur contra
alios. Et hyp critæ vel traditores præcipitio qui aliquod
bonum simulando deum quasi in montem ducũt, sed quia
malis intendunt, cũ præcipitare quærunt. Et scandalizato-
res, & blasphemi lapidatione. Quot enim scandala, quot
blasphemias faciunt, tot lapides in deum mittunt. Et impœ
nitentes crucifixione, quia fructum crucis in se vacuant, ad
Hebræ. 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei, &
cæte. Glosa. In se filium dei crucifigunt, qui gratiam dei
vilipendentes in peccatis iacent. Vnde Bernardus. Nonne
satis pro te sum vulneratus, nonne satis afflictus. Noli me
plus affligere, me enim plus affligit compassio vulneris
tui quam vulneris mei.

De eodem. Sermo. iii.

QVIS ex vobis arguet me de peccato? Ioh.
8. Quando studentes solent pergere de
studio, tunc solent se offerre vnicuique ad
respõdendum, ad ostendendum scientiæ
suæ vtilitatem, Spiritualiter. Sic Christus
per passionem volens recedere de hoc mũ-
do omnibus voluit respondere, vt irreprehensibilis osten-
deretur, Figuratur. 1. Regum. 12. Samuel dixit filiis esrael
conuersatus sum apud vos ab adolescentia, & filii mei,
loquimini de me coram domino, & coram Christo eius,
vtrum bouem vel asinum cuiusquam tulerim, si quanquã
calumniatus sum. &c, Item figuratur Deute. 24. Moses re-
cedens a filiis Israel per mortẽ, nullus potuit sibi aliquid ma
lum empingere, sed omnis populus flebat eum ostendẽs ve
rum prophetam spiritualiter. Et sic de Christo nullus pec-
catum sibi imponere potuit cũ interrogauit. Quis ex vobis
arguet me de peccato. ¶ Aliud thema. Vbi quis agrauatur
in iudicio illicite, potest appellare ad iudicẽ superiorem. Sic
Christus iniuriã recipit a iudæis & grauamen. Iohan. 9. Sci
mus quia hic hõ peccator est. In vita Mat. 11. Ecce hõ vo-
rax potator vini, publicanorũ & pecatorũ amic⁹. In doctri
na. Io. 7. Seducit turbas. Ioã. 8. Testimoniũ tuum nõ est ve-
rũ. In miraculis. Lucæ. 11. In beelzebub principe dæmonio-
rum eiicit dæmonia. Sed Christus appellauit ad summum

Iudicem deũ patrem. De quo introitus. Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta, &c. emite lucem tuam & veritatem tuam ipsa me deduxerunt, & adduxerũt in montem sanctum tuum, & in tabrnacula tua. Hunc Psalmum fecerunt filii chore, cum patre eorum absorptus est Dathan, & Abyron, quando scilicet ipsi pœnitentiam egerũt. Sed Christus potest hæc verba dicere ex futura vindicta suorum inimicorum, sed quod Christus innocens in omnibus factis suis ostendit aposto. Heb. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorũ, &c. & Hebr. septimo Talis decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, si enim peccator fuisset, indiguisset alio mediatore qui eum ad deum deduxisset. Item si peccator fuisset quomodo nos a peccatis liberasset? Gregorius Manus que tenent lutum non lauant sed coinquinat, sed christus lauit nos sanguine suo, vt patet in epistola hodierna, semetipsum obtulit immaculatum deo, & emũdauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, si enim sanguis hircorum &, vitulorum, & cætera. Dicit histo. Leui. 16. de hirco emissario in figura, quia sicut ille hircus non habuit peccata & tulit peccata &, sic christus ioh. 1. Ecce agnus Dei qui tollit peccata, mũdi & cætera. Ergo merito appellat ad iudiciũ patris, dic. Est pater qui iudicet. &c. In sũma euãgelii innuũtur tria. Primo christi puritas cum dicitur, quis ex vobis, & cæ. Secundo iudæorum malignitas, ibi, samaritanus es & dæmonium habes. Tertio christi benignitas, ibi dæmonium non habeo. de primo dicit, in illo tempore, scilicet cum iudæi noluerunt audire christi sermonem tunc voluit ostendere quod hoc non proueniret ratione suæ doctrinæ, sed ratione eorum malitiæ, Nam aliqua doctrina non auditur propter tria. Primo propter malam vitam docentis, Gregorius. Cuius vita despicitur, restat vt eius doctrina cõtemnatur Et sic non christus, ergo ait: Quis ex vobis arguit me de peccato, quasi diceret, Si essem peccator non esset mirum quod non audieritis me Gregori. Pẽsenda est christi mansuetudo qui venerat peccata relaxare, & qui virtute deitatis poterat peccatorem iustificare, non dedignatur ex ratione se ostendere peccatorem non esse. Re uera fuit sine omni peccato originali veniali & actuali. Quod primo p-

bat prophetia Dauid. Psalm. 13. Omnes declinauerunt, nō est qui faciat bonum, nō est vsque ad vnum, id est, Christū ¶ Item excipit eū turba similiter. Mat. 7. omnia bene fecit surdos fecit audire. Eiusdem. 21. Osanna filio dauid. Apostoli testimonium dāt eius innocētiæ, videlicet Petr⁹. 1. Pe. 2. Peccatum non fecit. Similiter opera eius. Iohan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei testimonium perhibent de me Hierem. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster. Non peccauit cogitatione. Apocalyp. 1. Cappilli eius candidi erant tanquam lana. Nec locutione, primæ Petri secundo: Non est inuentus dolus in ore eius. Non omissione. Isai. quinto. Quid est quod vltra debui facere quod non feci? Nec origine. Lucæ primo Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei, his potuit dicere Quis ex vobis arguet me de peccato. q. d. Quid mali feci quod cogitatis me interficere ostendit peccatum quo meruerim mortem: quod si non poteritis manifestum erit quod me innocēter occiditis, Ex hoc patet magna christi iustitia. Chrysost. Manga iustitiæ fiducia vobis etiam causa aduersariis committitur. Et sic Christus non interrogauit amicos, Petrum vel Ioannē, sed iudæos qui tractauerunt de sua morte. Ideo dicitur Deutero. 32. Inimici nostri sunt iudices. Non interrogauit simplices qui timuissent dominum sed principes, non idiotas, sed legisperitos, & tamen nullus potuit contra eum aliquid respondere. Orige. Qui hominum potest hoc dicere? certe nullus. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus & veritas in nobis non est Hierem. 2. ca. Arguet te malicia tua & auersio tua increpauit te. Sic nō in Christo: quia peccare non potuit Primo propter diffinitionem peccati Nam peccatum secundum Augustin. est recessus a deo sed ipse fuit deus per gratiā vnionis. Et sicut non potuit recedere a seipso, sic nec peccare. Secundo propter gratiæ plenitudinē & immensitatē: quia peccatū est defectus gratię. Sed de eo dicitur Iohann. 1. Plenū gratiæ & veritatis, de plenitudine eius omnes accepimus. Tertio probatur per damascenū quod Christus nō peccauit. Quicquid peruenit ad vltimum finē: hoc oportet illi fini firmiter inhærere. Finis autem omnium bonorum est deus sicut finis malorū infernalis status. Et ideo sancti qui sūt in cœ

ho inseparabiliter inhæret vltimo fini.s.deo.ergo vlteri⁹
peccare non possunt, mereri nec demeteri. Similiter dam
nati in inferno non possunt demeteri, hic autē vtrūque pos
sumus. Sed Christus fuit viator simul & cōprehensor qa
vltimo fini coniunctus, semper enim anima eius &; caro
fuit diuinitate coniuncta, igitur & cęt. Secundo doctor nō
auditur propter errorem veritatis doctrinæ. Subdit. si. i.
quia veritatē dico quare non creditis mihi; Reuera dixit
veritatē quia ipse est veritas. Iohan. 18. In hoc natus sū &
ad veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati,
oīs qui est ex veritate audit meā vocē. Sed tamē īcredibi-
lis fuit Iudæorū inueterata cōsuetudo, Psalm. 105. Nō cre
diderunt verbo eius, et murmurauerūt in tabernaculis suis
non exaudierunt vocem domini, Tertio quod doctor non
auditur hoc facit malicia populi, Et sic de Iudęis. Et hoc
ostenditur cum subdit. Qui ex deo est verba dei audit. q.d.
quod vos nō auditis non est defectus ex parte vitę meę vel
doctrinæ, sed vestræ malitiæ Ideo subdit. Propterea vos
nō auditis, quia ex deo nō estis. Augu. Nō attēde naturam
sed vitium. Ex deo quidem sunt secundum naturam, sed ex
deo non sunt vicio & praua affectione. ☞ Nota multa si-
gna sunt ex quibus cognoscitur vtrum quis sit ex deo. Pri
mum signum est amor dei & proximi. 1. Ioh. 4. Omnis qui
diligit proximum ex deo notus est. s. per virtutē et cogno
scit deum. Iohan. 13. In hoc cognoscent omnes quia mei e-
stis discipuli. si dilectionem habueritis adinuicem. Econ-
tra qui non diligit fratrem suū ex deo non est. Secūdum si-
gnum est victoria tribulationum. 1. Iohan. 5. Omne quod
natum est ex deo vincit mundum & hæc est victoria quæ
vincit mundum. &c. Si autem vis placere mundo, tunc
non es ex deo. ad Galat. 1. cap. Si adhuc placerem homini-
bus Christi seruus non essem, Tertium signum est castitas
Prouerbio. 22. Qui diligit cordis munditiam amicum ha-
bebit regem. scilicet cœlestem. Nam amici sunt de vna stir
pe. & sic casti cum CHRISTO. Iohann. 1: Qui non ex
sanguinibus nec ex voluntate carnis neque ex volunta-
te viri, sed ex deo nati sunt. Quartum est auditus verbū
dei vt hic Gregor. Vnusquisque seipsum interroget an ex
deo sit, si verba dei aure cordis percipit, & intelligit &
custodit, quia non sufficit audire aure corporis nisi etiam

assit impletio operis. Roma, 2. Non auditores legis iusti sunt apud deum sed factores iustificabuntur. ☞ Dixi secũdo innuitur Iudæorum magnitas cum dicitur. Responderunt Iudæi & dixerunt, non cõsiderantes quid sed solum vt dicerẽt & blasphemarẽt. Nonne benedicimus nos quia samaritanus, es tu Et hoc ideo, quia habetur. 4. Reg. 17. Tẽpore Ezechiæ regis Iuda, Salmanasar posuit in terra Israel gentes qui dicebantur samaritani a principali ciuitate Samaria. Et isti partim tenuerunt legem, & sic dicebãt Christum esse, ac si non tenerẽt totam legem. Secundo propter odium, quia oderunt eum vt samaritanos. Tertio propter contraiectatem, quia samaritani fuerũt eius contrarii, & sic Christus eorum viciis, Item subdunt. Dæmonium habes. ☞ Nota primo secundum theophilum, quia frequenter reuelauit cogitationes eorum quod dæmoni attribuebant, cui tamen cordium occulta sunt abscondita, Secundo secundum Chrisosto propter sermonem ipsius transcendentem sermonẽ eorũ, quia aliquãdo patrem suũ dicebat deum vel quia aliquando quædã altã & subtilia loq̃batur dicens. Ego sum panis viuus. Ideo dixerunt. Credimus quia samaritanus es & dæmonium habes. Greg. Pensanda est saluatoris clementia, non prorupit improperia quos tamen poterat mergere in profunda inferni. Gregorius. Duo quippe ei illata fuerant, vnum negauit, alterum tacendo consensit, scilicet se esse samaritanum. Quare autem se non excusauit de samaritano ostenditur. Primo quia samaritanus interpretatur custos & ipse præcipue custos noster est Psalm. 121. Nisi dominus custodierit ciuitatem, &c, Secũdo quia euidenter falsum dixerunt, quia sciebant eum circa eos natum. Tertio quia illud non erat suum vituperium. sed illud de dæmonio erat sua blasphemia, Ideo per quatuor rationes se ostendit non habere dæmonium di. Ego honorifico patrem meum. q. d. hoc dæmonon facit: diabolus enim honori dei resistit, vos autem inhonorastis me primo quo ad eius diuinitatẽ ibi. Demoniũ habes item inhonorauerunt originem eius. Iohan. 9. Nescimus vnde sit. Item eius dignitatem Matt. 13. Nonne hic est filius fa. Item eius veritatem. iohann. 8. Testimonium tuum non est verum, item eius potentiam dicentes, In beelzebub pricipe dæmoniorum eiicit dæmonia. Matthæ. 12.

Item eius sanitatem, Matth. 11. Homo vorax & potator vi ni, Tandem morte innominiosa eũ inhonorauerunt. Secunda ratio est. Ego gloriam meam non quæro, q. d. diabolus propriam gloriam quærit, Hieronym. Qui non quærit gloriam non sentit contumeliam. Tertia ratio tangitur cum subdit. Est qui quærat. s. gloriã meã & iudicet. q. d. Quem deus glorificat dæmonium non habet, sed ego sum huiusmodi, igitur &c. 2. Pet. 1 Accipiens a deo patre honorẽ voce lapsa de cœlo. Hęc est filius meus dilect⁹. &c. Quarta est cuius iniuriam deus iudicat dæmonium non habet, sed ego sum huiusmodi, igitur, &c. Hoc tangitur cũ dicitur, Est qui quærat & iudicet. q. d. Non eritis sine vindicta.

☞ Nota hic docemur cum quis false vel iniuste infamatur vel calumniatur, tunc laudabile est quod se excusat, & patienter criminatores reuelet. Nam ex hoc sequuntur tria bona. Primum bonum innocentis fama cõseruatur quod est maximum bonũ inter res temporales, vt dicit sanctus Thomas, in. 2. 2. q. 6. 2. Et. 1. Cor. 9. cap. Melius est mihi mori quam vt gloriam meam quis euacuet. Secundum detrahentis lingua refrenatur quæ est nociua. 1. Iohann. 3. Omnis qui detrahit fratri suo homicida est. Tertium bonum audientis scandalum remouetur. Matt. 18, Væ illi per quem scandalum venit, Hæc habentur vndecima quæstione tertia. Inter verba. Tunc ostendit efficatiam suæ doctrinæ. Amen amen dico vobis. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum, id est, nõ experietur. ¶ Nota triplex est mors. Prima mors est naturæ Psalm. 88. Quis homo qui viuet & non videbit mortẽ Secunda culpæ. Ab hac verbum dei liberat ad Heb. 4. cap. Viuus est enim sermo dei & efficax. Tertia ęternę miserię. Ab hac etiam verbum dei liberat, Vnde Psalm. 6. Non est ĩ morte qui memor sit tui in inferno, &c Et in litera nõ gustabit mortẽ in æternũ, id est, æternę domnationis, Non de prima est intelligendũ. sed de alis duab⁹. ☞ Item nota triplicem sermonem debem⁹ seruare Prim⁹ sermo est fidei scilicet credere in deum. Heb 11. cap Impossibile est sine fide placere deo. Secũd⁹ dilectione dei & proximi. Deut. 6. Diliges dominum deum tuũ. &c. Tertius agendi pœnitentiam. Matthæ. 3. Pœnitentiam agitæ. &c. Responderũt Iudæi Nunc cognouimus quia dęmonium habes. Gr g. Et

beneficio predicationis Christi semper peiores fiebant. Abraham mortuus est & prophetę mortui sunt.q.d.Non est maioris efficatiæ sermo tuus quam dei. Sed Abraham & prophetæ locuti sunt cum deo & mortui sunt,& tu dicis qui sermonem meum seruabit,non gusta.mortem in æternum.Nunquid tu maior es patre nostro.Abraham?d.q. nullo modo,Quem teipsum facis.q.d.teipsum laudas & extollis cum nihil sis,quia homo abiectus & vilis conditionis,quia filius carpentarii de galilæa.Sed ipsi decepti ī propria malitia intelligebant de morte corporis,qui tamen intelligebat de morte æterna,ideo excusat se de vana gloria di.Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est.i.gloriam meā vanam reputabitis.Est pater qui glorificat me. Ioh.1.Videmus gloriā eius quasi vnigeniti a patre.Quem vos dicitis quia deus noster est.q.d.Non est a vobis alien⁹. Et non cognouistis eum.s.per fidem & charitatem.Theophilus.Si patrem noscerent filium venerarentur.Sed ego noui eum,hoc dicit ratione veritatis & non arrogantiæ.Si dixero quia nō scio eum ero similis vobis mendax.Chrys. Sicut vos dicitis eum scire & mentimini,sic ego si dico eū nescire mentirer sed ego scio eum & sermonem eius seruo & hoc est vere nosse deum.1.Iohan.2.Qui dicit se nosse deum & mandata eius non custodit mēdax est,Tunc probat se maiorem Abraham dicens:Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum scilicet natiuitatis,& vidit & gauisus est.August.Vidit,id est,cognouit Christum in spiritu ex suo semine nasciturum,quia Abraham desiderauit nosse temp⁹ aduentus ,scilicet quando dictum est ei.In semine tuo benedicentur omne gentes terræ.Gene.22. Et quādo in figura trium angeloru.n sibi apparētium cognouit trinitatis mysterium,Gene.18.quia dominus fecit videre Abraham occultum Christi mysterium,propter quod ille locutus dict⁹ est domin⁹ videt.Sed cōtra dictum verissimū arguunt in litera quando dicunt.Quinquaginta &c.Et gauis⁹ est scilicet dum tres vidit & vnum adorauit.Vel diem passionis vidit scilicet in immolatione Isaac.Responderut Iudei.Quīquagin a annos nōdū habes.& Abrahā vidisti.q.d.Hoc est impossibile.quia multa curricula annorū sūt elapsa s.duo milia annorū,Sed di.tamē Christus tātū triginta [illegible] annorū erat quare dicūt quīquaginta &c.Theo-

philus propter laboris multitndinem maioris ætatis erat in apparentia. Secundo propter reuerentiam anni iubilei. q. d. Non vidisti vnũ annum iubilei & dicis te vidisti Abraham. False autem ipsi responderunt. Ipse enim dixit Abrahã Vidit diem meum, sed ipsi peruertu verba & sẽsum. Ideo dat eis intelligere deitatem di. Antequam Abraham. fieret, ego sum, i. antequam fieret creatura ego sum. s. creator, Sum est verbum substantiuum significans puram essentiam rei sine connotatione actionis vel passionis, Et non dicit fui, quia deitas non habet præteritum nec futurum, sed præsens tantum. Exod. 3. Ego sũ qui sum. Tulerũt lapides Iudæi vt iacerẽt in eũ Aug. Defecerũt eis verba habuerũt corda lapidea: ideo currũt ad lapides. Ecce eorũ malitia, nõ morti amore iustitiæ: sed zelo inuidiæ, Nam ad blaphemum puniendum requiritur debitus modus & processus, vt. s. coram iudice & testibus sit conuictus & sententiatus vt patet. Leuit. 24. Et extra ciuitatem. Ipsi autem sine iustitia & in loco sacro quod erat illicitum. 3. Regum. 11. Ioiada pontifex fecit athaliam trahi extra septa templi antequam occideretur iesus autem abscondit se. August. Non in angelo quasi fugiens: vel retro murum quasi diuertens sed cœlica potestate inuisibilem se constituens. Et exiuit de templo propter tria, Primo quia non venit hora eius, secundo quia tale genꝰ mortis nõ elegerat: tertio propter exẽplum vbi non est resistentia ibi debet esse fuga. Matth. 10. Si persecuti fuerint vos in ciuitate ista fugite in aliã. ¶ Pro doctrina sciendum quod dominica in passione. & hoc ideo quia sancta mater ecclesia hodie incipit innocentissimã & crudelissimã mortẽ christi celebrare, & eius anniuersariũ recolere qui nos redemit & diabolica potestate, Et merito sabbato incipitur memoria, quia secundum magistrum in historia scolastica, proxima feria sexta præcedente concluserunt Iudæi CHRISTVM mortificare, vt patet Iohan 11. igitur, &c. Vnde vocatur a vulgo nigra dominica, quia cum moritur pater, vel frater alicui ille in signum luctus deponit vestem lętitię, & assumit nigram vestem tristitiæ Et sic facit sãcta mater ecclesia. In hesternis enim vesperis incœpit colere memoriam passionis & mortis Christi cantando, Vexilla regis prodeunt, vt si forte aliqui sint lapsi veniant ad vexillum quod omnes amaritudines facit

dulces. Vt figuratum est per lignum proiectum in aquis marath. Nota tamen quod duab⁹ hebdomadis passio domini recolitur. Primo, quia a duobus & pro duobus populis passus est. s. Iudæis & gentibus. Secundo, quia duo testamēta per duas hebdomadas exprimim⁹, vetus quod prędixit eum passurum, & nouum quod ostēdit eū passum. Tertio propter diuinitatem patientis. In hoc ecclesia seruat mortē antiquorū qui longo tempore flebant pro morte venerādę personę, vt Ioseph. 70 diebus fleuit mortem patris sui Iacob Gene. vlt. Et filii Israel. 30 diebus Mosen Deut. vlt. Sed ecclesiæ nō expedit diu tristari propter gaudiū resurrectionis consequentis, igitur &c. Quarto quia propter magnitudinem & multidinem passionis non valet pauco tempore meditari. Thre. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. In quibus diebus omittitur. Gloria patri, in signū sui plāt⁹ quia versus iste ad laudem pertinet Trinitatis. Christus enī qui est secunda persona in trinitate fuit dehonnestatis istis diebus. Sed ī resurrectione. Gloria patri resumitur, quia p resurrectionem Christus fuit gloria immortalitatis glorificatns, Notabiliter, autem tacetur in troitu missæ & responsoriis & in venite exultemus, quia illa sunt de passione In psalmis vero & in hymnis non tacetur, quia psalmi significant operationē, ipsum vero non persequabantur ī operibus eius his diebus, quia tantum linguis eorum tractauerunt de nece ipsius, sed quia ipse bonum non desinit operari, ergo non tacetur in totum. Et non statim post habitum consilium traditus est agnus in manus carnificum sed in triduo ante pasca ergo tunc omnino tacetur quia tunc neque cantatur neque legitur eo quod tunc maxime dehonnestata est trinitas in Christi captiuitate conspuitione crucifixione, &c. Tunc enim videmus eum non habēte speciem neque decorem. Et hanc memoriam passionis debet quiliberte colere, dicēdo illud Ca. 1, fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Quia nihil deo acceptius quam memoria passionis Sed heu aliqui ingrati sunt hodie qui magis se sociant Iudęis ipsum lapidando quam crucem eius portando &c. vt pa et supra

Vnde Beda. Quod malas cogitationes quis assumit tot lapides in deum mittit, &c.

De eodem. Sermo. iiii.

Tulerunt lapides Iudæi vt iacerent in eum Iesus autem abscondit se & exiuit de templo. Iohan.8 In verbis istis notantur duo Primum est iudæorum malignitas contra Christum. Secundum est Christi contra iudæos benignitas. Malignitas ipsorum patet quod Christum iesum lapidare volebãt qui eis tanta bona fecerat infirmos eorũ curauerat, cæcos illuminauerat, claudos ambulare fecit, leprosos mundauerat, eos suo pane satiauerat, viam salutis prędicauerat eis. Et tamen volebant eum lapidare. Quod conqueritur dicens. Ioannis. 10. Multa bona operatus sum vobis, propter quod opus vultis me lapidare, Per istos iudęos significantur mali Christiani quibus Christus multa bona contulit: quia animam & corpus dedit & bona tẽporalia naturalia sacramẽtalia. & eos suo sanguine redemit pro istis mortem sustinuit, & eum lapidant in peccatis suis Quod enim peccata peccator committit tot lapides contra deum proiecit. Ezec. 16. Lapidant te lapidibus. Glo.i. renouant passionem peccatis suis. Heb. 6, cap Rursum crucifigentes filius dei. Quotiens peccator, reiterat peccatũ pro quo Christus mortuus est, totiens renouat eius passionem & mittit contra eum lapides. Comparatur autem peccatũ lapidi. Primo propter grauitatem lapis enim grauis est & semper deorsum tendit: sic peccatum graue est, & trahit hominem ad aliud peccatum. Grego. Peccatum quod p pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit Psalm. 37. Sicut onus graue grauatę sunt super me. &c. Cũ enim dauid cõmiserat peccatũ cum vxore vriæ, statim illud traxit eũ ad aliud. s. ad homicidiũ. 2. Reg. 11. Et tandẽ trahit hominẽ ad ĩfernũ, Exod. 15, Descẽderunt in profũdũ quasi lapis. omnes autem lapides huius mũdi nõ posset vnã animã demergere, sed vnũ peccatũ mortale demergit hominẽ ĩ ĩfernu. Exẽplũ de eremita qui ĩ oĩi vita sua deo seruierat, sed ĩ fine vitæ suæ voluit latro fieri, & captus est occisus & dãnat⁹. ¶ Secũdo peccatũ cõparatur lapidi ꝓpter ĩfructuositatẽ. quia semen quod siminatur super lapidem non potest fructum facere perfectum, quia licet aliquomodo viuere videatur, non tamẽ facit fructum. Luc. 8. Aliud cecidit super lapidem, & natum aruit, quia

non habuit humorem, Sic omne bonum factum in peccato mortali non facit fructum perpetuum licet hic bonum videatur, & est aliquo modo, tamen in futuro seculo non facit fructum qui est meritorius, quia non habet humorem gratiæ, Greg. qui charitatem non habet omne bonum perdet, Ideo improperat apostolus conuersis di. Quem fructũ habuistis tunc in illis de quibus nec erubescitis, quasi dicat nullum fructum. ad Romano. 6. Exemplum in Saul qui multũ bellauit pro populo dei, sed quia in peccatis fuit, domino non placuit. Nec eleemosynæ faciunt fructũ in peccato. Ecclesiast. 34. Dona iniquorum non approbat altissimus nec respicit in oblationem iniquorum. ☞ Tertio peccatum comparatur lapidi propter duritiam, quia sicut lapis durus est sic homo induratur per peccatũ. Hiere. 5. Indurauerunt facies suas supra petram & noluerũt reuerti ad dominũ. Iob. 41. indurabitur cor eius quasi lapis & strĩgetur quasi malleatoris incus: Sed quidã peccatores quanto magis corripiuntur & flagellãtur a domino, tanto magis indurãtur. Sicut Pharao de quo dicitur. Exod. 7. induratum est cor Pharaonis. Et cum dominus multotiens eum flagellasset & emolliri nollet submersi eum in mari.

¶ Quarto comparatur peccatum lapidi propter separandi consuetudinem, Solet enim de lapidibus fieri murus qui separat vnam rem ab alia: sic peccatum facit murum inter deum & hominem. Et quot peccata homo committit tot lapides in muro ponit qui eum a deo diuidit. Isai. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum, Sed iste murus in hac vita destrui potest per pœnitẽtiã & confessioné Sed post istum vitam ita firmabitur quod nunquam destructur. Vude dixit Abrahã ad diuitam iacentẽ in infirno. Chaos magnum firmatum est inter vos. Luc. 16. In inferno enim nulla erit redemptio. Augu. Cum inferni puteus infelices recipit claudetur sursum, aperieturque deorsum ac dilabetur in profundum, lnulum ibi respiramen nec liber anhelitus erit. Et claustris insuper inferni intricẽtur illi qualedicentes rerum naturæ & vltra nescientur a deo q deũ scire noluerunt.

☞ De eodem. Sermo. V.

De epistola.

I sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ
S aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem
carnis quinto magis sanguis CHRISTI qui per
spiritum sanctum semetipsum obtulit emundabit consciē
tiam nostrā ab operibus mortuis? ad Heb. 9. Bartholome⁹
in prima practica sua dicit. Cum mēbrum aliquod igne
læsum fuerit mox igni denuo applicetur & dolor læsioq;
cessabit, Spiritualiter, & sic qui lęsus fuerit igne prauæ cō
cupiscētiæ peccati talis debet accedere ad ignē passionis
domini per gratitudinū: & suscipiet mētis sanitatē. Quod
figuratur per filos Israel. Nume. 21. Quicunque enim ex il
lis fuerat læsus ad serpente venenoso & ignito, cum intui
tus erat serpentem æneum sanatus est. Spiritualiter, per se
pētē venenosum intelligitur diabolus. De quo. Gene, 3. ait
eua, Serpēs decepit me. Qui igitur a tali læditur intueri de
bet serpētum æneum. i. Christū positum carne & sanatur
in anima. Vnde Hugo de sacramentis, cuncta quidē cor-
pora tam animata quā inanimata virtute passionis chri-
sti credimus restaurata. Et Greg. in registro. Nulla mihi sa
lus nulla virtus corporis & animæ nisi in christi felicissi-
ma passione. De quo thema. Si sanguis hircorū & taurorū
&c. multo magis sanguis Christi. ¶ In sūma epistolę duo
innuuntur. Primo apostolus ostendit passionis Christi do
lorem acerbissimum, ibi, Christus assistens. Secundo sub-
dit passionis dominicæ valorem vtilissimum. De primo
dicit. Fratres Christus assistēs pōtifex futurorū, In his ver
bis innuitur que ad nos introeundum in tabernaculum
cœli disponunt. Primum est vnctio gratiæ. Ideo a Christo
nos dicimur Christiani. Hæc vnctio gratiæ datur in ba-
ptismo in signum spiritualis vnctionis. Secundū disponēs
nos est Christi oratio ibidem. Assistens. s. deo patri ad inter
pellandum pro nobis. ☞ Nota Christus orauit verbis Ie-
han 17. Non pro eis rogo tantum, sed & pro his qui cre-
dituri sunt per verbum eorum in me. Item orauit lachry
mis. Heb. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerēs est
exauditus pro sua reuerentia. Item orat quotidie cicatricū
ostētione, ad Heb. 9. Intrauit Iesus in cœlum vt pro nobis
appareat vultui dei. Tertium disponens est oblatio cum
dicitur pōtifex, Omnis pōtifex ex hominib⁹ assumptus ꝑ
hominibus cōstituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat

sacrificia & dona. Tunc subiungitur futuræ remuneratio nis expectatio cum subdit. Futurorum bonorum. 1. Corin. 15. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus miserabiliores sumus omnibus hominibus, ideo ad Hebr. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem & cætera item post hæc quæ nos adiiciunt innuit cum subdit, per amplius. Tertio subdit quæ impediunt. Primum est luxuria, ibi, non hircorum, iiido. Hircus est animal lasciuum feruens ad coitum & sic luxuriosi merito comparantur hirco Hierem. 1. Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie aquilonis, item ratione petulantiæ & oculi. Et sic dicit Augustin. Impudicus oculus impedicæ mentis est nuncius, item ratione fœditatis ideo super Sodomam pluit sulphur. Nam dicit Democritus, quod est tantę calliditatis vt cruor eius adamantem diuidat, quem nec ignis nec ferrũ diuidere potest. Et sic luxuriosi. Secundo non sanguine taurorum. i. superbia. Primo ratione ferocitatis. Prou. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Secundo taurus pascitur solus in tẽpore amoris. Et sic superbi volunt esse singulares in hominibus, nõ permittẽtes alios cũ eis morari dicẽtes il lud. Sapien. 2. Si fortitudo lex iustitiæ nostræ. Ecclesiast. 10 Initiũ omnis peccati superbia & qui tenuerit illam implebitur maledictis. Grego. Euidẽtissimum signum reprobrorum est superbia. Psal. 100. Nõ habitabit in medio domus meę qui facit superbiam Aristoteles. In corde tauri os dominum reperitur. Et sic in homine superbo. Ecclesiast. 3. Cor durum male habebit in die nouissimo. In summa epistolæ apostolus ostendit quatuor differentias Christi ad pontificem veteris testamenti. Prima est quia ille intrauit tabernaculũ manu factum, sed Christ⁹ introiuit in tabernaculũ non manu factum. Secunda est quia ille cum sanguine alieno sed christus cum proprio . Tertia, quia ille pluries, sed christus semel, Quarta quia ingressio illius erat tantum remissio peccatorum illius anni sed ingressus christi omnium annorum etiam præteritorum, Et commendax eum a multis, Primo a gratiæ plenitudine cum dicit christus quod interpretatur vnctus, ipse enim vnctus est oleo plenitudinis gratiæ. Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ: præ consortibus tuis. Iohannis .1. De plenitudine eius omnes accepimus . Secundo commendatur ab officio

eum dicitur pontifex, id est pontem faciens, quia seipsum fecit nobis pontem eundo ad patrem, attingens a ripa nostrę miserię vsque ad ripam felicitatis æternæ. Per hunc transeuntes Submergimur in flumine culpæ vbi trahimur ad mare pœnæ æternæ. Iohannis. 14. Nemo venit ad paté nisi per me ideo in euangelio hodierno agitur de pila. Tunc enim Iudæi pilam fecerunt quando lapides in Christum miserunt. Sed in parasce crux posita est super pilam, & pons nobis factus est . Mundus enim iste erat tanquam mare periculosum & tanquam fluuius rapidus in quo omnes periclitabantur, Sed contra naufragium dedit nobis Christus adiutorium triplex, nauem, tabulam, & pontem. Nauis enim est innocentia in qua positus fuit Adam, sed ista nauis fracta fuit quando ipse peccauit. In hac naui fuit beata Virgo quæ gratiis integra & salutis meritis plena ad portũ paradisi peruenit. In hac naui sunt omnes pueri baptizati quãdiu seruant innocentiam baptismalem, Sed quia fere omnes homines frangunt nauem baptismalis innocentiæ ideo deus parauit nobis tabulam pœnitentiæ. Nam secundum Hieronym. pœnitentia est prima tabula post naufragium. In hac tabula pœnitentiæ fuit Maria madalene, quæ cum tabula ad portum paradisi peruenit. Imo etiam alias virgines multas quæ erant in naui innocentiæ transcendit tam ad meritum quam ad præmium. Bernardus. Sicut deus non priuabit eos bonis qui ambulant in innocẽtia ita non priuabit bonis eos qui ambulant in pœnitentia, Quia vero sunt multi qui frangunt nauem innocentiæ, & qui perdunt tabulam pœnitẽtiæ, ideo deus præparauit tertium adiutorium, scilicet potestatem suæ passionis . Iste pons inchoatus est hodie in pilæ fundatione, sed in parasceue est consummatus in trabium & tabularum superpositione , Tunc igitur quatuor trabes superductæ sunt quarum vna fuit de palmo, secunda de oliua, tertia de cedro, quarta de cupresso. De his quatuor lignis crux Christi facta fuit. Deinde super has trabes posita est tabula, id est, caro christi purissima, quæ quatuor clauis in eam fuit confixa. Et sic factus est pons Ideo Christus dicitur pontifex, id est, pontem faciens. Primo propter habitum . Habuit enim amictũ quando fuit velatus : Habuit albam quando ab Herode alba veste fuit indutus, habuit blatã quãdo

mulitibus purpura fuit circundacus, habuit cingulũ & stolam quando ad columnam fuit ligatus. Habuit manipuulm quando in manibus fuit clauis confixus. Habuit mitram, quando spinis fuit coronatus. Habuit baculum pastoralem quando rundo sibi in manibus data fuit. Habuit scandalia quando habuit clauos in pedibus. Ho secundo dicitur pontifex propter vnctionis mysterium, ipse enim fuit vnctus, iuxta illud. Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitie. &c. Olim quidem deus erat homini durus, sed modo Christus est vnctus, & ideo factus mansuetus. Ideo dicit, Vnxit te deus tuus. &c. Olim erat iratu, sed factus est lætus. Ideo dicitur oleo lætitiæ. Olim deus in gratia sua erat auarus: sed Christus factus est largus, ideo dicitur præ consortibus tuis. Dedit enim deus pater sibi spirtũ gratiæ & misericordiæ sine mansura. De cuius plenitudine nos omnes accepimus. Tertio dicitur pontifex propter officium, quod quidem officium triplex est. Primum est pro populo orare. Et sic Christus orauit pro nobis multipliciter. Nam orauit verbis Ioann. 17. Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verba eorum in me. Orauit lachrymis. Hebre. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Orauit sanguine. Heb. 12. Accessistus per sanguinis aspersionem melius loquentẽ quã Abel. Orat quotidie cicatricum repræsentatione quia eos patri quotidie represẽntat, ad Heb. 9. Intrauit Iesus ipsum cœlum vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Secundum officium pontificis est sacrificium offerte. Et illud Christus habuit quia pro nobis se in sacrificium obtulit ad Heb. 9. Per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo immaculatum. Quando autem sacrificium offerebatur ignis accẽdebatur. Et sic ipse fuit accensus igne amoris quo ad animam. De quo igne dicitur Luc. 12. Ignem veni mittere in terrã. &c. Ioan. 15. Maiorem hanc dilectionẽ nemo habet quam vt animam suam. &c. Fuit accensus igne doloris quo ad carnẽ & animam. Thob. 2. O vos omnes qui transitis per viã attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Fuit accẽsus igne passionis quo ad carnem suam. Psalm. 16. Igne me exa minasti. Tertium officium pontificis est præbendas distribuere. Et sic ipse prębendas distribuit, sicut dicit Ambrosius in hæc verba. Author humani generis, in cruce existẽs

pietatis officia diuidebat, persecutionem apostolis, pacem discipulis, corpus Iudæis, patri spiritum, virgini paranymphum latroni paradisum, miseris peccatoribus infernum, pœnitentibus veniam delegauit. Tertio commendatur largitate cũ subdit. Futurorum bonorũ, supple dator Dicitur Hester.2. Dona largitus est iuxta magnificentiam principum. In creatione dedit nobis bona temporalia In redemptione bona spiritualia. In glorificatione bona æternalia. Prouerb. quarto. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum spiritualium in præsenti, & corona inclyta, id est, æterna gloria proteget te scilicet in futuro. Vnde ait Ioh. decimo Ego veni vitam habeant, scilicet in præsenti per gratiam, & abundandius habeant, scilicet in futuro per gloriam. ☞ Quarto commandatur a ducatu, ibi peramplius & perfectius, supple intrauit tabernaculum, id est, cœlum, vt patefaceret nobis aditum. ☞ Nota, cum dominus fuit cum Mose in monte, tunc dominus præcepit fieri tabernaculum, & ostendit ei formam. Quod postea fecit Beseleel ex præcepto Mosi cum dixit ei dominus. Fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte Exod. vigesimoquinto. Quid etiam bene figuratur per Iosue. Cui dictum est Deut.31. Confortare & esto robustus introduces populum meum in terram promissionis, quasi diceret. Confortare ad patiẽdum, & esto robustus ad diabolum conterendũ, introduces populum meum in terram promissionis, id est, in cœlum. Hoc tabernaculũ quod christus intrauit præcellit tabernaculum veteritis testamenti in tribus. Est enim peramplius, id est, multo amplius quam tabernaculum aliud, quia plurimos capit propter continẽtiam diuinitatis. Iohann.14. in domo patris mei mantiones multæ sunt Et Baruc.3. de amplitudine huius tabernaculi dicit. O israel quã magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius, item est perfect⁹, id est, magis perfectũ quantũ ad excellẽtiã sanctitatis, quia ibi est æterna beatitudo, in veteri autem tabernaculo apparebat tantũ gloria domini ad horam in quadam nubecula, hic vero perfecta. Vnde Psalm.26. Vnam petii a domino hanc requirã. Vbi dicit Augustinus, mur per multa vagaris homuntie, habes vnum bonum, & illud inquire in quo sunt omnia bona & sufficit, item est non manufactum sicut ill-

..ad quod fuit in eremo. Sic non sufficiunt nostra merita. Quis enim est tam dignus vt mereri valeat regnum omnium seculorum? Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. ¶ Quinto commendat eum a præparatione viæ de quo subdit. Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Vnde Cantic. 3. Ascensum fecit purpureum. Hoc factũ fuit quãdo assumpsit viã sanguine suo vt nos sequamur eum. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Et. 2. Tim. 2. Si compatimur conregnabimus. Nam sacerdos veteris testamenti intrabat in sancta sanctorum cum sanguine hircorum aut vitulorum, id est hirci & vitulæ ruffæ decimo die septimi mensis. Hircus figurat Christum per peccati similitudinem. Vitula quoque propter carnis infirmitatem. De vitula legitur. Numero. 19. quod erat ruffa, quia caro Christi fuit tota passionis sanguine rubrica. Vnde. Isaie. 63. Quare rubrum est indumentum tuũ, & vestimenta tua sicut calcãtium in torculari? item erat ætatis integræ, quia christus passus est in perfecta ętate, item fuit sine macula, scilicet peccati originalis, nec portauit iugum iniquitatis, Vnde Psalm. 14. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. item tradebatur sacerdotib⁹. Christus a Iuda traditus est sacerdotibus. Item immolabatur extra castra, sic Christus ad Hebr. vlti. extra portam passus est. Aspergebatur quoque septies domus cum sanguine contra tabernaculum quia sanguis Christi effusus est in remissionem plenam omnium peccatorum. Vnde. 1. Iohan. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Comburebantur cum fimo, quia Christus passus est opprobria. Vnde Psalm. 68. Opprobria exprobrantium tibi ceciderũt super me, & accipiebat sacerdos lignum cedrinũ & hyssopum, & coccũ, & mittebat in flammã. Quia fides nostra, spes & charitas in dei passionem mittuntur, in cedro nãque notatur spes propter altitudinem, in hyssopo fides propter humilitatẽ, in cocco intelligitur charitas propter colorẽ. Vir mũd⁹ colligebat & ferebat cineres extra castra Cui⁹ autem est memoria passionis quam per prędicatiões

apostoli detulerunt ad gentes quibus dominus ait. Ioh. 15. Iam vos mūdi estis propter sermonē quē locutus sū vobis Ex hoc cinere fiebat aqua lustrationis; per quam significatur sacramentū baptismatis, quia effectum habet a passione vt renatis pateat regnum cœleste. ❧ Vltimo commendat eum a redemptione, ibi. Aeterna redemptione inuenta Vt redēpti. s. sint æternaliter. Vnde Isa. 51. Et nūc qui redēpti sunt a domino reuertentur, supple a peregrinatione ad patriam, de miseria ad gloriam, de labore ad requiam, de dolore ad iucunditatē. Et veniēt in Syon laudātes glorificationem suam de obtenta victoria, de collata lætitia sempiterna super capita eorum. Quia incogitabilis, incōprehēsibilis erit. Gaudium & lætitiam obtinebunt de stola animæ, & stola corporis. Fugiet dolor & gemitus, quia iam non est amplius timor de culpa, siue de pœna, quoniā gloria erit æterna.

❧ De eodem Sermo. VI.

SI, sanguis hircorum aut taurorum &c. Hebræ. 9. ¶ Cōmendatur in hac epistola præciosus sanguis Christi, per quem ipse pontifex noster christus cœlum tanquā sancta sanctorū intrauit, & in quinarū sanctificauit. Considerandum ergo est quod pontifex noster per sanguinē suū operatus est mūdi purgationem, infernū spoliationē, cœli reserationē, iudicii euationē. ¶ De primo dicitur hic. Si enim sanguis hircorū, vsque, quanto magis sanguis Christi, &c. Heb. 9. Omnia pene in sanguine mundantur secundum legē. Miser mundus leprosus fuit, vnde per saguinē mūdari debuit. Sacerdos aūt ipsū mūdās est christus. De quo Le. 14 Asperget domū septies purificabitq; eam tam in sanguine passeris quam in aquis viuentibus. Domus leprosa mundū significat, passer carnē Christi, aquæ viuētes baptismum. Septem aspersiones, septē sanguinis effusiones Christi significare possunt. Prima effusio fuit in circuncisione. Secunda fuit in monte oliueti in oratione. 22. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Tertia in flagellatione. Quarta in coronatione. Quinta in manuum perforatione. Sexta in pedum crucifixione. Septima in lateris apertione. Ecce quomodo Christ⁹ in terra & in ae-

re sanguinem suum aspersit, vt mundum immundum mũdaret. Vnde Chrysosto. Non sub tecto, sed sub cœlo Christus immolabatur, vt vniuersus aer in excelsis, immolato eius odore a terro mũdaretur. Sed & terra simile beneficium sentiebat, cum de eius latere sanguinis stillatio emanabat per quam mundata est. ☞ Do secundo. Zacha. nono. Tu quoque in sanguine testamẽti emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Glos. id est, nulla refrigerãs misericordia, quam diues petiit dũ dixit. Mitte Lazarum vt intingat extremũ digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meã. Quære ergo misericordiam Dei non in inferno, sed dum viuis in mũdo. Ibi enim aquam negauit, sed sanguinem suũ hic dat. Ibi vnam guttam aquæ negauit, hic plurimas guttas, imo fluuios sanguinis ministrauit. Berna. Apud dominũ misericordia, & copiosa apud eũ redemptio, quia non gutta sed vnda sanguinis largitur, per quinque enim partes corporis emanauit. Hoc ergo sanguine vncti de lacu liberantur inferni. Sicut legitur quod struthio cui⁹ pullũ Salomon incluserat, tulit verniculũ cuius sanguine vitrũ liniuit & fractũ est, & pullus liberat⁹. Sic CHRISTVS electos suos liberauit fracto inferno per sanguinem verniculi carnis suæ. Psalm. 21. Ego sum vermis & non homo. Infernus enim Christo frangenti fuit quasi vitreus, sed damnatis ferreus. ☞ Tertio Apo. 22. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni vt si potestas eorũ in ligno vitæ. Et per portas intrent in ciuitatem foris autem canes venefici. Lignũ vitæ Christus est per quod spiritualiter & æternaliter animæ nostræ viuũt quæ mortuæ erant peccatis. Vnde bene, Christus ait in Psalm. 101. Similis sum pellicano solitudinis, & cætera. Pellicanus enim sicut dicit Glo. dicitur pullos suos rostro occidere & triduo lugere & tũc rostro suo sanguinem suũ super eos fũdere, & sic illi reuiuiscũt. Ita Christus sanguine suo viuificauit, Sed ecce ad portas ciuitatis superne null⁹ potest intrare nisi lotus Christi sanguine. Sol⁹ enim sanguis agni aperire potuit portas. Bernard. Sanguis Christi est clauis paradisi. Vnde clauiger Christ⁹ noster prim⁹ per propriũ sanguinẽ intrauit semel in sancta. ☞ De quarto ad Rom. 5. Commendat suam charitatem de⁹ in nobis, &c. vsque iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum

Sicut autem electi per sanguinem Christi iram iudicii eua dunt, ita reprobi per sanguinem ipsis grauius habebunt iudicium, quia sanguis Christi clamat contra eos. Iob.16. Terra ne operias sanguinem iusti neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Tunc quidem contra peccatores clamabit; sed nunc pro peccatoribus Christi sanguis clamat. Hebr. 12. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel, quia sanguis Abel vindictam fratricidii periit. Sanguis domini vitam persecutorib⁹ suis impetrauit. Quia igitur sanguis Christi in iudicio saluat electos & confundit reprobos, ideo bene dicitur Apocalip. 19. Quod Iohannes viderit vestitum veste aspersa sanguine habentem diademata multa in capite. & gladium ex vtraque parte acutum in ore: diademata ad coronandū electos: gladium ad feriendum reprobos. Caput Christi diuinitas. In capite ergo diademata habuit. quia in contemplatione & fruitione diuinitatis corona erit.

Feria II. Sermo. I.

Quæritis me, & non inuenietis, Iohan.7. ☞ Iohannes Mesue in prima practica sua dicit. Cuncta quidam vulnera quæ vergunt ad mortem solis virginibus manebunt alliganda. Nam tactus impudicorum morbosus est & plurimum īfectiuus & grauat, sed pudicorū salubrior est, & leuior. Spiritualiter. Et sic vulnera fœlicissimę passionis Christi, Chrys. Sic eteni cōuenit facere dominicę passiōi vt īcorrupti sim⁹ mēte & corpore. Et ꝓ tali mūditia orat ecclesia in ītroitu missæ. Miserere mihi domine quoniā concul, me hō, tota dei bellans contribula me. In collecta. Sāctifica quæsumus domine nostra ieiunia. & cunctarum nobis indulgentiā propitius largire culparum. Et sic fuerunt niniuitæ. De quo ait epistola Ionæ. 3. Cum voluerūt mūdari, & domino placere ęgerunt pœnitentiam ad prędicationem Ionæ. Et sic nos si immundi sumus, agamus pœnitentiam, tunc mundabimur vt possimus domino ligare vulnera. Et sic Iudæi non fecerunt, ergo non inuenerunt gratiam in eius passione propter maculam operum suorum. ergo ait eis dominus. Quæritis me & non inuenietis. ☞ Aliud thema. Cornica vel cornix

morsa a sepente quærit herbam in remedium. Spiritualiter & sic peccator veneno peccati cū cādat⁹ quærat pœnitentiam, Naturale est fugere periculum. Matthæ. octauo. Timentes periculum submersionis accesserunt ad Christum dicentes. Domine salua nos. perimus, Hester decimo quarto. Panens periculum confugit ad dominum. Et si illud corporale periculum fugiendum est, multo magis periculum æternale. Psalmo. 114. Pericula inferni inuenerunt in Lucæ. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Ideo recuramus ad remedium animæ, scilicet ad Dei misericordiam. De qua introitus, Miserere mei hi, &c. Et in collecta: & niniuitæ in epistola. ¶ In summa euangelii duo innuuntur. Primo Iudęorum peruersio cum dicitur. Miserunt ministros, Secundo sapiēs Christi responsio cum dicitur. Adhuc modicum tempus vobiscum sum. &c. De primo dicit, In illo tempore, scilicet cum Christus prædicaret in templo, & multi crediderūt in eum de turbis dicentes. Cum venerit CHRISTVS, nunquid maiora signa faciet quam quæ hic facit. Et audientes hoc pharisæi & principes, miserunt ministros quasi incognitos vt apprehenderent eum. Chrysost. Non per se, mordebat enim eos quia turbę Christum glorificabant. Ideo volebant eum per ministros apprehendere aliquādo in sermone Matth. 22. Abeuntes consilium inierunt vt caperent cū in sermone. Sed ipse euasit per sapiētiam dic. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Aliquādo in opere, Lu. 6. Erat homo manum aridam habens, obseruabāt autem eum si in sabbato curaret. Sed euasit per increpationem dicens eis. Si licet sabbato benefacere an male. &cæ. Iohan. 8. Adducunt mulierem in adulterio deprehensam dicentes. Magister Moses iussit huiusmodi lapidare, & hoc dixerunt ideo, vt possent eum accusare, sed CHRISTVS euasit vincens eos per sapientiam & iustitiam di. Qui sine peccato est vestrum, in illam primus mittat lapidem. Et ꝑ misericordiam cum dixit, nec ego te condemnabo. O misera insania voluerunt illum capere quem cœli & terrę capere non poterant, qui solo verbo creauit omnia, & nutu suo creauit vniuersa. Sed Prouerbio. 1. dicitur. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum Iob. 12. Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur. Nam dicitur io

han.2.Ipse nouit quid esset in homine. Aliquando tentabant eum in aliena persona Vt hic. Mittentes ministros, nõ in propria persona, quia timuerunt turbas, sed euasit per potentiam, cum subdit. Dixit ei Iesus. Adhuc modicum tempus vobiscum sum scilicet septem mensium a mẽse septembria.15. die incipiendo ad tempus passionis computando. Et vado ad patrẽ qui misit me. Chriso.q.d. Quare vultis me in interficere, paruum expectare tempus quia non est positum in potestate vestra, sed mea, quia adhuc oportet me prædicare & signa facere per quę venio ad passionem, Vado ad eum qui me misit, id est ad patrẽ. Sed dic. quare Christus modico tempore voluit prædicare. Respõdetur. Primo ad demonstrandam suam virtutem, quod scilicet in tam modico tempore totum mundum immutarit. Psalmus.83. Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Secundo ad excitandum desiderium discipulorum. vt scilicet magis eum desiderarent quem modico tempore habituri erant. Luc.17. venient dies in quibus desiderabitis videre vnum diem filii hominis & non videbitis, &c. Tertio ad augmentandum discipulorum spiritualem profectum Cũ enim Christi humanitas sit via redẽdi in Christũ, sicut habetur Iohan.14. Ego sum via, veritas & vita. Non debemus in ea quiescere vt in termino, sed per eã debemus in deum tendere. Ne ergo corda discipulorum carnali affectu vt in homine quiescerent, ideo CHRISTVS corporalem suam præsentiam eis subtraxit. Ideo dixit Iohan.16 Expedit vobis vt ego vadam. Quæretis me & non inuenietis, hoc fuit secundum August. post Christi ascẽsionem, quando multi Iudęi compuncti ad prędicationem apostolorũ crediderunt. Vnde dicit Aug. Viderũt Christum suo scelere morientẽ, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscẽtem. Secundum autem Chrysostomum. hoc factum fuit tẽpore Titi & Vespasiani quãdo Hierusalem capiebatur & destruebatur, tunc cognouerunt hoc eis euenisse propter mortem CHRISTI quem eo tempore libenter habuissent pro liberatore. Et ideo dixit. Quæretis me, & non inuenietis. Istud autem quotidie accidit, quia multi CHRISTVM quęrũt & non inueniunt, ex eo quod non quærit eum vbi est, sed vbi non est. Christus enim nõ est in delitiis Can.3. Per noctẽ quæsiui in lectulo meo & non inueni. Et

non est in diuitiis, nec in honoribus, & ideo ibi non inuenitur. Iob.28. Non inuenitur in terra suauiter viuentium, hoc est quantum ad delitiosos. Abissus dicit non est in me, hoc est quantum ad auaros, quorum cupiditas non habet fundum. Et mare loquitur non est mecum hoc est quantū ad superbos qui semper sunt timid & inflati. Inuenitur aut ī hūilitate pauptate et asperitate q̃ a ibi est. Ista enī tria Christus veniens in hunc mundum secum portauit, & cum istis nascis voluit, Luc.2. Inuenietis infantem, ecce quanta humilitas: pannis inuolutum, ecce paupertas, & positum in præsepio, ecce asperitas. In talibus debemus quærere Christum. ¶ Nota inquisitus non inuenitur. Primo cum quæritur in loco vbi non est. Si enim quis quæreret pisces in sylua, vel apros in aqua, vel vuas in spina nō inueniret, quia ibi non est locus inueniēdi. Can.3. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illū & non inueni. Sed diceres, tamen deus est vbique vt dic magister in sententiis. Respondetur, est vbique per essentiam, nō autem per gratiam. Sicut in anima quæ secundum substātiā est tota in qualibet parte corporis, sed secundum potentias sensitiuas est in determinitatis membris, puta secūdum vide aliis sensibus, præterquā in tactu. Sic deus licet per suā essentiam, non longe sit ab vno quoque nostrum per gratiam suam tamen longe est ab impiis, Secundo cum nō quæritur in tempore debito, puta si quis quæreret rosas in decembri, non inuenit & Ecclesi. quinto. Ne tardes conuerti ad dominum. Et Isai.55. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, scilicet in sanitate. Non in morte, quia talis pœnitentia non videtur voluntaria, August. Opera non sunt meritoria nisi voluntaria. Augustinus. Nemo inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit. Sed quisquis proponit pœnitere solum in morte nonvoluntarie videtur pœnitere quia si mors non venerit non pœniteret. Eccle. decimo octauo. Confiteberis viuens viuus & sanus confiteberis. Tertio quādo nō quæritur debito modo. ¶ Nota quærendus est pede, manu, oculo. & ore. Pede. i. affectu. 2. Par.15. In tota voluntate quesierunt dominum & inuenerunt. Psalmum.118. In toto corde meo exquesiui te. Manu, id est, opere, Psalm.76 Deum exquisi-

ui manibus meis, & non sum deceptus. Oculo, scilicet scripturæ, vitam sanctorum inspiciendo. Cantic 5. Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas quærens quem dili git anima mea. Ore, id est, oratione. Videmus cum quis comitem amittit clamat vt eum inueniat. Psalm. 118. Clamauit & ego exaudiam eum. Tunc subdit. Vbi sum ego non potestis venire. Augustinus. Vbi sum, immutabilis sum. Et non dicit, non poteritis sed non potestis, id est. indispositi estis, quia immundi. Psalm. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet. Innocens manibus, & mundo corde. Sic non fuerunt Iudæi quia voluerunt Christum occidere. Sicut hoc exposuit Petro. Que ego vado non potes me sequi modo: sequeris autem postea. Quamuis autem Christus dicat. Vbi ego sum vos non potestis venire. Tamen de ministris suis dicit. Ioh. 12. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Christus autem est in cœlo, & sedet ad dexteram dei. Matt. vlti. Et domin⁹ quidam Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in gloria dei patris, ad Philip. 2. Omni lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria dei patris est. Et in lumine dei. 1. ad Tim. 6. Lucem inhabitat inaccessibilem, &c. Ministri ergo Christi erunt in dextera dei patris, quia pater dextera suę potentiæ eos inæternum non seruabit, erũt in lumine dei, quia filius luminc suæ sapientiæ eos illuminabit. Erunt in gloria dei quia spiritussanctus sua dulcedine, & suauitate eos glorificabit. Peccatores autem non erunt in dextera dei, sed sub pedibus dei. Tres enim tenebunt pedes suos ad pœnam damnatorum, sc3 De⁹. Psalmo Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, mors perpetua. Iob. 18. Calcet super eos quasi rex interitus. Et tota congregatio sanctorum. Malac. 4. Calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum; vestrorum. Non erunt etiam in lumine dei, sed intenebris inferni. Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eos in tenebras exteriores. Non autem in gloria sed in pœna æterna. Matt. 25. Ibunt hi in supplicium æternum. Dixerunt ergo Iudæi. Quo hic iturus est, quia non inuenimus eum, nunquid in dispersionem gentium iturus est & docturus gẽtes. Per hoc exbrobabant gentes quæ vbiquæ dispersiæ sunt. Sed stulti, nũqd potuisset iuisse, ad gẽtes. Augustin⁹. Ignorãtes

verum dixerunt eo quod nūc laudant dominū omnes gentes, quia nunc misericordia homini plena est terra. Olim vero tantum notus in Iudæa Deus erat. In nouissimo autem dei magnæ festiuitatis, scilicet tabernaculorum, quia hoc festum septem diebus celebrabatur, cuius primus & vltimus dies magis erant solennes, Stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit veniat ad me bibat, scilicet aquam gratiæ. Et dicitur notanter, si quis quasi diceret, quicunque est ille. Ecclesi. 24. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationib⁹ meis adimplemini. Et. 1. Timoth. 2 Qui vult omnes homines saluos fieri. ☞ Nota sitiunt mali & boni. Primo mali sitiunt diuitias, & facultates. Sicut enim draco vel aliud animal sitibundum sanguinem elephantis sitit, quem cognoscit esse frigidum quapropter pugnat contra eum, sic auari sitiunt sanguinem pauperum id est, substantiam temporalem ipsosquæ improperant, & ad terram, id est, ad miseriam trahunt, vt vsuris & rapinis approprient. Iob. quinto. Bibāt sitientes diuitias eius. Augustinus ait. Si sitimus veniamus, non pedibus corporis, sed affectibus: non migrando, sed deum amando, & ab amore mundi recedendo, Ad istas aquas gratiarum vocat nos Deus per Isaiā. 55. cap. dicens. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate emite & comedite, venite emite absquæ argento & absquæ vlla commutatione vinum & lac. Quare appenditis argentum non in panibus & laborem vestrum, non in saturitate. Dominus vocat sitientes illos qui sunt vacui ab amore mūdi Ad aquas vocat amatores Dei. Tales enim debent venire ad aquas gratiarum. Propterea dicit, Omnes sitientes venite ad aquas Diuus Augustin. Si habitat in te amor mundi non est qua intret in te amor dei, vas es sed plenus es funde quod habes, vt recipias quod non habes, funde amorem seculi vt implearis amore dei Sequitur. Et qui non habetis argentum properate emitte & comedite. Per argentum intelligitur terrena substantia seu eloquentia, seu subtilis intelligentia. Si ergo sunt aliqui qui non habeant argentum temporalis substantiæ vel humanæ facundiæ, nec profundæ intelligentiæ, saltem properent & emant, & comedant tamen per feruentem orationem, & cōe lūt per deuotā meditationē, sequitur. Venite emite

absquæ argento, scilicet mundanæ eloquentiæ, vel profundæ intelligentiæ, & absquæ vlla commutatione temporalis substantiæ vinũ & lac. Per vinum intelligitur iucunditas mentis, per lac puritas corporis. Emite ergo vobis per opera misericordiæ, & desideria spirtualem iucunditatem, & mentis puritatem in carne, Vel per vinum & lac intelliguntur naturæ in Christo. Nam per vinum intelligitur eius diuinitas iucundissima. Psalm. 103. Vinum lætificet cor hominis. Per lac intelligitur eius purissima humanitas: Debemus igitur emere per orationes, & desideria vinũ & lac, vt scilicet in cœlesti gloria possimus contemplari eius diuinitatem, & videre eius humanitatem, quia in contemplatione & visione consistit beatitudo sanctorum tota. Et tũc verificabitur illud quod dicit sponsa. Cãti. 5. Bibi vinum meum cum lacte meo sequitur. Quare apprehẽditis argentum non in panibus, & laborem vestrum nõ in saturitate. Multi sunt qui argentum. i. eloquentiam vel ingenium appendunt, & ponunt in panibus, & non in vera scientia que habet animam reficere, iuxta illud, Matt. 4. Non in solo pane viuit hõ, &c. Et laborẽ etiã suum non ponunt in saturitate, quia addiscunt scientias lucratiuas, non quę satiant sed euacuant. Et nõ addiscunt saturitatem, sed vanitatẽ.

De eodem. Sermo. ii.

SI quis sitit veniat ad me & bibat, qui credit in me sicut dicit scriptura. flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Iohann. septimo. ¶ Ista aqua viua quam CHRISTVS vult dare sitientibus non est mortalis, sed spiritualis sicut immediate subdit. Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erãt credẽtes in eũ, Magnum igitur est habere potẽtiam receptiuã gratiæ. maius habere aliquem gustum gratiæ, maximum habere plenitudinem gratię, permaximũ habere continuationem, & perseuerantiam gratię. Istorum quatuor differentias dominus ostendit in verbis præmissis. Primo enim ostendit quod quilibet homo habeat potentiam gratiæ receptiuam, quia in potestate cuius liber est venire ad fontem gratiæ. Ideo dicit. Si quis sitit veniat ad me. Secundo promittit dare gustum gratiæ cum subdit. Et bibat. Tertio promittit dare plenitudinem gratiæ cum dicit. Flumina de ventre eius, id est, de

corde eius fluent. Quarto promittit dare conti nuationem & perseuerātiā gratiæ cum subdit. Fluent aquę viuę. Circa primum notandū est quod omnes tam boni quam mali habent potentiam receptiuam gratiæ. soli autem damnati ista potentia carent. Non enim ipsi ad iustum fontem possunt venire, nec de ipso fonte minimam guttam haurire. Ad fontem quidem venire non possunt, quia habent ligatos pedes, & manus & sunt in tenebris. Matt. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Nō igitur possunt venire qui habent ligatos pedes & manus. nec etiam sciunt venire, quia sunt in tenebris. Damnati enim habent ligatas manus, quia nullum bonum possunt facere. Habent ligatos pedes quia nullum bonum possunt velle nec desiderare. Sūt enim in tenebris, quia nullū bonū possūt intelligere. Et sūt in tenebris exterioribus, quia nullum bonum possunt sperare. sed sunt extra omnem spem salutis. Dato etiam quod ad fontem possent venire, tamen de illo fonte non modicam guttam gratiæ possent haurire. Sicut patet de illo diuite qui modicam guttam gratiæ refrigerantis petiit, & tamē obtinere nō potuit. Si igitur dānati, vel dæmones haberēt istam potentiam receptiuā gratiæ ad monumentum vnius horæ, totaliter se disponerent quod ad istū fōtē venirent, & aquam gratię obtinerent. Miseri autem peccatores quodcūq; volūt, possūt venire ad istum fontem, & tamen venire contemnunt. Iste igitur fōs omnibus patet tam bonis quem malis. De quo fonte dicitur Zacha. 13. Erit fons patens domini Dauid, & habitantibus Hierusalem in ambulationē peccatoris & menstruatę Per Dauid qui interpretatur manu fortis intelliguntur actiui. Sed per Hierusalē quod visio pacis interpretatur. itelliguntur contemplatiui. Nomino autem peccatoris intelliguntur omnes qui habent peccata minora. Nomine menstruatæ intelliguntur qui habent peccata maiora. Omnes isti de isto fonte bibere debēt, scilicet actiui vt amplius roborentur, contemplatiui vt dulcius contemplentur, & omnes peccatores vt a suis sordibus emundentur. ☙ Circa secundum notandum quod dominus seruis suis dat gustum gratię suę. Et ille gustus est tantę virtutis quod extinguit sitim omnium mundanorum. Et est tantę dulcedinis quod in dulcedinem vertit supplicia tormentorum

Et tantæ suauitatis quod animam excitat ad desideria supernorum. Quod enim virtus eius extinguat sitim mundanorum, patet quia in Magdalena extinxit sitim æstuantis concupiscentiæ. In Matthæo sitim auaritiæ. In Paulo sitim superbiæ, & gloriæ mundanæ. In IACOB & IOHANNE extinxit amorem terrenum & amorem domesticum, & amorem proprium. Nam sicut dicitur Matthæ. 4. Vidit Iesus Iacobum & Iohannem in nauicum Zebedeo pater eorum & vocauit eos. Illi autem mox vt senserunt gustum diuinæ gratiæ, retia reliquerunt & sic amorem terrenum & dimiserunt patrem in naui, & sic reliquerunt amorem domesticum, & secuti sunt Christum non seipsos scilicet propriam voluntatem Et sic reliquerunt amorem proprium. Augusti. Qui biberit de fluuio paradisi cuius vna gutta maior est oceano, restat vt in eo omnis sitis mundi huius pœnitus extincta sit. Quod autem iste gustus est tantæ dulcedinis, vt, suplicia & tormenta vertat in dulcedinem, patet in Stephano, iuxta illud. Lapides torrentis illi dulces fuerunt. In Andrea crucis sup. licia & tormenta in ducedinem vertit & in gaudium. Et in LAVRENTIO qui dixit Decio. Discede miser, quia carbones tui mihi refrigerium præstant, tibi autem parent æternum incendium, in apostolis omnes contumelias vertebat in gloriam. Actu. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quod vero est tantæ sanitatis quod facit cœlestia desiderare, dicitur Matth. 17. vbi petrus aqua spiritussancti potatus, & quodammodo ebrius effectus ausus est dicere. Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula. ¶ Circa tertium nota quod Christus dat viris perfectis spiritũ sanctũ in magna plenitudine, ideo sequitur. Et flumina de vẽtre eius fluẽt. &c. Vocatur aũt spiritussanctus flumẽ secundum Chrysostom. quia sicut flumen nõ reuertitur neque stat, sed semper currit. Sic illi qui habent spiritum sanctum non reuertũtur ad peccata, nec stant per ocia, sed semper currunt ad fortia. De isto flumine dicitur Ezech. 47. Mensus est mille cubitos & traduxit me per aquam vsq; ad talos, rursum que mensus est mille & traduxit me per aquam vsque ad genua & mensus est mille. & traduxit me per aquam vsque ad renes, & mẽs.s

est mille & traduxit me vsque ad collum. De hoc etiã flumine dicitur. Isa. 30. Spiritus domini velut torrẽs innũdãs vsque ad medium colli. Quidam ergo in hoc flumine ĩtroducũtur vsque ad talos, quidam ad genua, quidam vsque ad renes, quidã vsque ad collum. In talis autem corporis portatio, in genibus deambulatio, in renibus viget concupiscentia, & in collo procedit eloquentia. Illi igitur in flumine spiritussancti introducuntur vsque ad talos qui fortes sunt ad supportandum aduersa Psal. 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Illi indroducuntur vsque ad genua qui fortes sunt ad aggrediedum opera virtuosa. Ezec. 1. Vbi erat spiritus impetus, illuc gradiebantur nec reuertebantur cũ ambularent. Illi introducũtur vsque ad renes in quibus extinguũtur omnia desideria carnalia Gregor. Gustato spiritu desipit omnis caro. Illi introducuntur vsque ad collũ qui habent vtila verba Mathæi. 10. Nõ enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Circa quartũ notandũ quod spiritussanctus dicitur viua aqua, quando. s. quis habet gratiæ continuationẽ & perseuerentiã. Sine enim perserantia nihil valent omnia præcedentia. Bernard. Tolle perseueratiã, nec obsequiũ mercedem habet nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Item autem fluuius aquæ viuæ spũaliter fluit in cœlo De quo dicitur Apo. vlt. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splẽdiũ tãquã cristallũ procedẽtẽ de sede dei & agni & in medio plateæ Hierusalem, &c. ¶ Ex quibus verbis habetur ꝙ ille fluui⁹ spũssancti dabitur ad satietatẽ reficiẽtem, ideo vocatur flumen. In pręsenti enim vita sancti viri bibũt aquam spũssancti ad mensuram. Ezech. 4. Aquam in mẽsurã bibes. In futuro aũt in isto flumine erũt, vt sine mẽsura potentur. Cant. 5. Bibite amici mei & inebriamini charissimi. Serui dei in præsenti sunt amici in futuro erunt charissimi. Ergo amici bibunt, quia spiritũ sanctũ habẽt ad mensuram. Sed charissimi erunt ebrii quia habebunt sine mensura. Secundo ille fluuius habebit emanationem indeficientem, ideo dicitur aquæ viuæ. Fluuius autem aquæ mundi deficit, sed fluuius spiritussancti deficere non valebit. Hierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. Mundus autem est sicut cisterna perforata, cuius

amor cito defecit. Spiritus autẽ sanctus est aqua viua, quia eius amor nunquam defecit. Quod enim amor mundi cito deficiat, dicitur. 1. Ioann. 2. Mundus transit & concupiscentia eius Quod autem amor spiritussancti non deficiat, patet. 1. ad Corinthios. 12. Charitas nunquã excidit. Tertio, habebit charitatem refulgentem. Et ideo dicitur splendidũ tanquam crystallum. Fluuius amoris mundi est turbidus & facit animam turbidam & fœdam. Hierem. 2. Et nunc quid tibi vis in via Aegypti vt bibas aquã turbidam? Fluuius vero amoris dei est clarus & facit animã pulchrã. Sa. 5. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia. Isai. 58. Implebit dominus splendoribus animam tuam.

☞ Quarto habebit suauitatem affluientẽ. Ideo dicitur procedentẽ de sede dei & agni, hoc est de contemplatione diuinitatis & visione humanitatis. Ex qua visione & contemplatione causatur tota dulcedo & suauitas sanctorum. Fluuius aquæ mũdi habet aquas amaras. Isa. 24. Amara erit potio bibentibus illam. Exod. 15. dicitur quod filii Israel nõ poterant bibere aquas de Marath, eo quod essent amaræ. Marath, interpretatur amaritudo peccati, & significat mundũ in quo sunt multæ amaritudines peccatorum. Fluuius autẽ spiritusſancti habet aquas dulces. Ecc. 23. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum Qui edũt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: & qui operantur in me non peccabunt, & cætera.

☞ Quinto habebet præsentiam assistentem, quia fluit in medio plateæ Hierusalem. Mundus dat suas consolationes cum magno labore: quia cor terrenum semper cogitat vt homo vltra mare vadat, & labores multos substineat vt diuitias & consolationes acquirat. Sed fluuius spiritusſancti in præsenti vita fluit ad ostium volũtatis & in futuro fluet in medio ciuitatis cœlestis, & quilibet sine laborẽ potest inde haurire. Deutero. 30. Mandatum quod præcipio tibi non supra te est neque procul positum, neque trans mare positum vt causeris & dicas. Quis ex nobis transfretare poterit mare & illud ad nos vsque deferre, sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum. Fluit etiam ad ostium nostræ voluntatis, Apocalipsis tertio, Ego sto ad ostium & pulsa, & cætera.

☞Feria, III. Sermo. I.

QVærebant Iudæi eum in die festo & muamur mult⁹ erat de eo in turba. Ioã. 7. ¶ Theophilus in breuiloquio diuersarum artiũ dicit. sal in sua coctione non coagulatur nisi sibi aliquãtulum sanguinis superfũdatur. Spiritualiter sic in via salutis nõ firmatur ipsa mens hominis nisi sibi infũdatẽ sãguis beatissimæ passionis Christi. De quo Remigius super Iohannem. Absque Christi passionis auxilio nunquam aliquis hominũ in viã salutis peruenire poterit in æternum. Et Greg. super Ezech. Nulla est fortitudo hominum nisi procedat ex amore refrigerioq; diuino. Ideo vt viriliter firmemur in die seruitio hortatur nos introitus missæ dicens. Expecta dominum viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Sic confortatus fuit Daniel, vt legitur in epistola hodierna. Danie, vlt. quod Beel destruxit & draconẽ interfecit virtute diuana, Ideo positus est in lacum leonũ & virtute diuina conseruatus in vita. Et adẽ virtute Christus resistebat inimicis suis eum quærentibus & persequentibus. De quo thema. Quærebant Iudæorum, &c. ☞In summa euangelii duo innuuntur. Primo vanæ gloriæ inquisitio, ꝙ probat persuasio ascendendi ibi. Post hæc, &c. Secundo subditur mundanæ gloriæ conculcatio, quod probant consilia occulta permanendi, ibi, Ipse mansit in Galilæa.

☞De primo dicitur. In illo tempore, s. cum inter Iudæos ꝗdã erant maliciosi volentes Christũ interficere. Tunc ambulabat Iesus in galilæam. s. in ciuitatem Capharnaum. Non enim volebat in iudæum ambulare quia cum iudei interficere querebant, quia Christus non semper obiiciebat se iudæis sed aliquando recedebat ab eis. Primo secundum Augusti. vt ostenderet fidelibus pro crimine non esse obiiciendum, si se aliquando a persecutoribus absconderet. Nã & ipse fugit non solum de ciuitate in ciuitatem: sed etiam de regione in regionem quando. s. delatus fuit a parentibus in Aegyptum. Non tamẽ in hoc suam amisit potestatem, nostram consolabatur infirmitatem. Nã si voluisset, potuisset

tutus inter Iudæos ambulasse,quia ipsam mortem in potestate sua habere se testabatur.Iohan.10.Potestatem habeo ponendi animam meam,& iterum sumendi eam.Hanc potestatem ostendit tempore passionis,dum ad vnicam vocẽ inimici eius abierunt retrorsum & ceciderunt in terram.Secundo ideo vt demõstraret veram humanitatem eius ideo noluit ire in Iudæam.Quia erat deus & homo, & virtute diuinitatis poterat non lædi a persequutoribus, sed noluit continue facere ne declarata eius diuinitate humanitas eius veniret in dubium.Tertio noluit ire in Iudæam,quia tẽpus passionis eius nõdum,i.pasca,vnde eodem tempore immolabatur vt victima victimę succederet.De quo tempore.Iohannis decimotertio.Sciens Iesus quia venit hora eius,& cætera.Tunc subdit.Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.Secundum Augustinum scenophegia erat festiuitas tabernaculorum quando mẽse septimo omnes iudæi in tabernaculis habitabant in memoriam illius temporis in quo patres eorum.40.annis post eductionem de Aegypto absque vllis domibus commorati sunt in deserto. Nam scenophigia dicitur a scenon quod est vmbra & fagin quod est comedere: inde scenophigia quasi comestio in vmbra de arborum ramis facta, Dixerunt autem ad eum fratres eius.id est,consanguinei & cognati CHCISTI. Transi hinc & vade in Iudæam vt & discipuli tui videant opera tua quæ tu facis. Tales dicebantur fratres,id est, cognati qui adhuc in Christum non credebant,nec de numero discipulorum suorum erant. Et cupidi mundanæ gloriæ volentes quod Christus ad illud festum ascenderet,& ibi gloriam manifestaret,ideo dicunt ei. Nemo quippe in occulto quid facit, quasi dicerent, Tu dicis te facere miracula,sed facis ea in occulto,& hoc ex timore:alioqui ires in Hierusalẽ & ea ibi corã multitudine ostenderes.Et quærit ipse palmam esse quasi di.Tu quęris gloriam de his quę facis & tamẽ propter timorem abscondis te.Ecce hoc est proprium malorũ vt credant alios similes eis animi passiones habere.Tunc ostendunt se incredulos cum dicunt. Si hæc facis manifesta teipsũ mũdo,quasi sub dubio ponunt Christi miracula an sint vera,Ideo subdit Euangelista,Neque fratres eius credebãt in eũ,i.cõsanguinei eius.Nã secũdũ Aug.Audiẽtes Christũ

habere fratres cogitaet consanguinit atme,non parientis propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positū est corpus domini,nec antea,nec postea corpus iacuit,sic vterus Beatæ Mariæ virginis nec antea,nec postea aliquod mortale concepit,Ideo fratres isti erant carnales consanguinei. Cōtingit enim quod tales maximæ aduersantur suis,& eos cōtēnūt,Matt.10.ca.Inimici hominis domestici eius. Et Iob.21. Noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dicit ergo eis Iesus Tempus meum nondum aduenit,scilicet tradendi me iudæis. Tempus autem vestrum,scilicet standi cum Iudæis sēper est paratum. Habuit enim Christus triplex tempus,scilicet præsens præteritum & futurum. Tempus præteritū fuit tempus suæ natiuitatis. De quo dicitur ad Gal.4. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum, & cæ. Et illud tempus fuit gloriam dei & ad pacem mundi, Vnde tunc Angeli cantauerunt. Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Tempus præsens fuit tēpus vitæ suæ & illud expendit & consumpsit ad nostram eruditionem & instructionem. Tempus futurum erat suæ passionis,& illud expendit ad redemptionē generis humani. Ecce quam vtiliter Christus totum suum tempus expendit. Sed multi sunt qui tempus suum præteritum in vanitatibus consumpserunt, tempus præsens similiter in vanitatibus expendunt,Tempus vero futurum volunt deo dare, dicentes. Adhuc ero bonus homo,adhuc pœnitentiam faciā Sed di. Augustinus. Qui premisit veniam pœnitenti, non spopondit diem crastinum differenti. Dicit tamen Beda, quod vere pœnitentes de tempore nihil perdunt. Quia & præteritum restaurant per contritionem. Et præsens tenēt per bonam operationem. Et futurum tenēt per boni propositi constantiam & firmitatem. De quo Sapien. tertio. Tanquam aurum in fornace,probauit electos dominus,& in tempore erit respectus eorum. Ideo Sapient.2.non prætereat nos flos temporis. Ratio secundum Berna. Quia omne tempus impensum tibi,queretur a te qualiter sit expensum Nota futurum tempus Christi adhuc erat triplex.i.tēpus passionis,resurrectionis ascensionis,& istud expectabat. Et sic boni cum desiderio expectant,tempus futurum Primo tempus mortis quo a corpore absoluuntur tanquam a graui iugo,Gene.28. Tempus veniet cum excutias & so

uas iugum eius de ceruicibus tuis. Iugum secundum Augustinum dicitur a coniungendo, quia coniungit binos in vnum, id est, vnionem corporis & animæ. O graue iugum, quia continuũ bellam. Sapient. nono Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, ad Roma. 7. In felix ego quis me liberabit de corpore mortis huius? Philip. 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. ☞ Nota licet iugum corporis sit graue, tamen est vtile. Primo ad meritorum cumulationem. Gregorius nazianzenus. In carne anima meretur, sine corpore mereri non potest vt ieiunare peregrinari. &c. Secundo ad gloriæ augmentationem, quia auget duplicem gloriam. s. animæ & corporis. ¶ Item nota viri boni desiderant mortem propter tædium, quia reputãt se quasi in carcere positos sicut piscis aut auis. Psal. Educ de carcere animã meã. Attamẽ si aliquis in corpore existẽs sciret quod statim deberet dãnari post mortẽ poti⁹ in corpore manere desideraret, sicut peccatores. Secundo propter gaudium quod habent de huius miseriæ exemptione. Ecclesiastes secundo Cuncti dies doloribus & ęrumnis pleni. Isa. 51. Lętitia sempiterna super capita eorum gaudium & lętitiam tenebũt, fugiet dolor & gemitus,

☞ Secundo boni expectant tempus resurrectionis, & est tempus pręmiationis. Ecclesi. 51. Operamini opus vestrũ ante tempus, & recipietis mercedem in tempore suo, quia non ociosis datur merces, sed operantibus. Matth. 20. Voca operarios & redde illis mercedem Tertio sancti, non solum illũ mũdo, sed etiam illi in cœlo expectant tempus resurrectionis in quo expectant tempus retributionis, in quo recipient corpora & perficientur gloria. 1. Petr. 5. Humiliamini sud potenti manu dei vt exaltet vos in tempore visitationis: Tunc subditur ratio diuersitatis prędictorum temporum cum dicit. Non potest mundus odisse vos, me autẽ odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt quasi diceret. Vos qui mundanam gloriam queritis homines mundanos aduersarios nõ habetis. Me autem odit, quia quæro gloriam dei arguendo peccata mundanorum quę sunt eis contraria, & perhibeo testimonium de operibus eorum, quia mala sunt, licet sciam ex hoc odiũm prouenire & mihi mortem incumbere. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem per

fecte abominati sunt. Sed di. nunquid non mundani aliqui odio habentur a mundo. Respondetur, verum est in particulari inquantum vnus ea habet, quæ alter vellet habere vel vbi vnus impedit alium in his quæ sunt de gloria mundi, sed inquantum mundanus nullus oditur a mundo, Sancti vero vniuersaliter odiuntur a mundo, quia contrariantur ei. Et si aliquis de mundo eum diligat, hoc non est inquantum est de mundo, sed inquantum est in eo aliquid spirituale. Tunc recusat dominus ascendere dicens. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego autem non ascendam, quia tempus meum nondum impletum est. Sicut enim sunt duæ gloriæ, ita diuersa festa. Mundani enim habent festa temporalia, scilicet gaudere, epulari in delitii exterioribus. Isaiæ. 22. Vocabit dominus exercitum in die illa ad fletum & ad planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci.
Et ecce gaudium & lætitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum. Comedamus & bibamus: cras enim moriemus. Et reuelata est in auribus meis vox domini exercituum. Si dimittetur vobis iniquitas hæc donec moriamini dicit dominus exercituum. Isa 1. Solemnitates vestras odiuit anima mea. Sancti vero habent festa spiritualia quæ in delectationibus cõsistunt spiritualibus. Isa. 33. Respice sion ciuitatẽ solemnitatis nostræ. Et ideo dicit vos scilicet quia gloriam mundi quæritis, ascendite ad diem festum scilicet lętitiæ tẽporalis vbi laus humana & voluptas quæritur, vbi carnalia gaudia extẽduntur. Ego autem non ascendam, quia talibus non delector, sed ad diem festum solemnitatis æternæ. Et hoc ideo, quia meum tempus. s. gloriæ meæ quod erit permanens in æternum, & vbi erit gaudiũ sine mœrore, ęternitas sine labore, nondum impletum est. Dixi secundo tãgitur glorię mundanæ conculcatio, quod probant consilia occulta permanẽdi dicens. Hæc cum dixisset ipse mansit in galilea. Vt autẽ ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto non causa timoris, Vnde dominus vt ostenderet se mundanam gloriã nõ quærere non ascendit cum fratribus suis. qui ascẽderũt ad primã diẽ festiuitatis illius, vt verificaretur illud quod dixerat. Ego nõ ascẽdam. Postea tamen quarta die illuc venit. Sicut enim noluit esse inprincipio festiuitatis ne fratris

bus suis malum persuadentibus videretur fauere. Sic non de buit se omnino subtrahere ne populo doctrinam salutis sub traheret quam venit docere. Quasi secundum Chrysostom. diceret, Non ascendam passurus & moriturus, sed docturus populum. Vel vt di. Augustin. Isti volebant quod Christus ascenderet in Iudæam quæsiturus gloriam temporalem, & sic dixit eis. Non ascendam sicut vos vultis, sed ascendam docturus turbas. Et ad hoc venit non manifeste, id est, cum magna multitudine & comitatu, nec daret Iudęis occasionem maioris inuidiæ, sed quasi in occulto. Huius triplex est ratio. Vna secundum Chrysostom. ne suam diuinitatem denudans incarnatio ei⁹ esset nimis certa. Isai. 45. Vere tu es deus abscōditus, & vt ostendatur multis hominibus in exemplum quando non possunt persecutores suos publice detinere. Alia est secundum Augustin. vt daretur intelligi quod CHRISTVS occultatus est ī figuris veteris testamenti qui modo est manifestus nobis. Isa. 8. Expectabo dominum qui abscondit faciem suam, id est, manifestam noticiam a domo Iacob, Vnde & vsque in hodiernum diem iudæi velamen habent positum super faciem suam sicut Moses ponebat velamen super faciē, suā vt non intenderent filii Israel in faciem eius vt dicitur. 2. Corinth. 3. Et ideo omnia quę dicta sunt antiquo populo Israel vmbram habebant futurorum bonorum, vt dicitur Hebręo. 10. vt ergo ascenderunt eo quod etiam ipsum festum esset figura, ideo ascendit in occulto. Scenophægia enim erat celebratio tabernaculorum. Iste ergo hoc festum cœlebrat qui se in mundo isto intelligit peregrinū. Tertia ratio est vt doceat nos bona nostra occultare debere. Matth. 6. Attendite ne iustitiam vestram. &c. vt videamini ab is, alioquin mercedem non habebitis, &c. Iudæi ergo quærebant eum die festo & dicebant. Vbi est ille, & murmur multis erat de eo in turba. Quidem enim dicebant bonus est. Alii autem dicebant non, sed seducit turbas. ponit hic vnum in quo omnes conueniebant. s. quærebant eum differenter tamen. Quidam enim quærebant cum desiderio addiscendi vt eius doctrinem deuote audirent secundum illud. Psal. 68 Quærite dominum & viuet anima vestra. Alii quærebāt eū desiderio malignandi, secundum illud Psalm. 38. Quærent animam meam, vt auferant eam. Item ponit vnum in quo

disconueniebāt cum dicitur. Et murmur multus erat de eo in turba, quia quidam de turba illi. s. qui habebant rectam & veram intentionem dicebant de Christo, quia bonus est Psalm. 72. Quam bonus Israel deus his qui recto sunt corde. Threno. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum animæ querenti illum. Alii. s. qui male erant & dispositis & mala intentione quærebant eum dicebant non. s. bonus est. Datur autē per hoc intelligi quod multitudo turbę, opinabatur eum bonum, sed principes sacerdotum opinabantur eum malum. Et ideo dicunt, seducit turbas. Lucæ. 23. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. &c. Matth. 27. Recordati sumus quia seductor ille dixit. &c Sed quod tūc secundum Augusti. de domino ab impiis dicebatur, hoc ipsum hodie etiam de fidelibus eius seruis dicitur. Nam quicunque religiosus deo in simplicitate cordis seruit, ab irreligiosis vituperatur, & ab aliis hominibus seductor vocatur hoc valet ad consolationem nostram. Quare enim exhorrescant membra Christi quod Christo illatum est capiti suo? cur refugiant serui Christi aut dei amatores a seculo quod dictum est de Christo Iudæis murmuratoribus? hæc ille. Sciendum quod seducere est seorsum ducere. Potest autē homo seorsum duci vel a veritate vel a falsitate, vel, vtroque modo potest aliquis dici seductor. Vel quia inquantum seorsū ducit a veritate, & hoc modo non competit Christo qui veritas est. Iohan. 14. Vel a falsitate, & hoc modo Christus seductor dicitur. Hierem. 20. Seduxisti me domine et seductus sum. Vtinam si nos homines seductores vocaremur & essemus vt dicit August in. Magis tamen seductor dicitur quia veritate seducit & decipit, quia ille dicitur seorsū duci qui trahitur a via quæ est veritas, sicut heretici qui in diuersas hæreses & in vias diuersas malorum ducuntur. Inter illas autem duas opiniones malorum præualet. Vnde subditur. Nemo autem palam loquebatur de illo propter metum iudæorum, scilicet illorum qui erant de tribu Iuda qui grauius mouebantur contra Christum eo quod in scripturis CHRISTVS erat promissus de tribu eorum Ipsi autem reputabant eum galilæum & ab eis extraneum, Et qui metuebant secundum Augustinum silentio & voce minima. & sermo presso ri loquebantur. Illi vero qui dicebant, seducit turbas, clarius resonabant, & co-

rum sonitus clarius audiebatur tanquam arentium filiorum, sed dei grates permutatæ sunt in benedictiones. Núc enim & fideles laudat nomen Christi in choro & psallunt ei cum tympano & psalterio qui exaltatus in cruce ad se attraxit omnia. Hereticorum vero & loquentium iniqua, os obstructum est.

De eodem. Sermo.ii.

VOs ascendite ad diem festum hunc & cætera. Beatus Ioan. Euangelista describit nobis tria festa Vnum est quod nunquam est celebrandum quia Christ⁹ illud noluit celebrare. Et hoc ostédit christus cum dicit. Vos ascendite ad diem festum húc ego autem nõ ascendam. Secundum est quod celebrandum est sed quasi occulte non vane, neque pompacitate. De quo subditur. Vt autem ascenderunt fratres eius, qui scilicet volebant quod ascenderet pompacitate, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto, Tertiũ est quod est celebrandum manifeste & cum magna solemnitate, sicut festum quod viget in templo celesti istud significatur, per hoc quod immediate subdit di. Iam autem die festo mediante ascendit iesus in templum, & cæ.

Circa primum notandum, quod festum illud quod non est celebrandum est festum hominum vanorum qui totum tempus suum ponunt in comessationibus & delectationibus & aliis vanitatibus. De quo dicitur. Exodi. tregesimosecundo. Cras solemnitas domini est. Et subdit⁹ Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Istud autem festum diabolicum, nõ est faciendum triplici de causa. Primo quia hæc vita tota est vigilia. Ideo debemus ieiunare & peccata nostra deplangere vt possimus ad festum cœlestis patriæ peruenire, Iohel. secundo, Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio fletu & planctu. Matthæ. 5. Beati qui lugent, ecce vigilia, quoniam ipsi consolabuntur, ecce festum. Sed vani homines volunt hic facere festum, ideo venient ad vigilam. Lucæ sexto. Væ vobis qui saturati estis, ecce festum, quia esurietis, ecce vigilia. Secundo illud festum non est fiendum, quia ista vita est exilium. Stultus enim esset ille peregrinus qui in exilio positus vellet facere, festum sed debet expectare quousque ad patriam suã reuertatur. Ista enim vita est quoddã exiliũ,

Aduena ego sum & peregrinus apud te. Patria autem nostra est regio cœlestis quæ nos expectat. Hebr. decimo tertio. Non habemus enim hic ciuitatē pmanentem: sed futuram inquirimus. Quia igitur peccatores de exilio fecerunt patriam, ideo a patria cœlesti semper erunt exules & banniti. Apocalyp. vicesimo secundo capitul. Foris canes venefici & inpudici. Tertio istud festum non est fiendum, quia ista vita est locus laboris. Iob quinto. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum. Ideo serui dei sint in continuo labore. Galatarum. 6. Dum tempus ha bemus operemur bonum ad omnes. Et ideo labore venient ad requiem Apocalypsis decimoquarto. Ammodo iam dicit spiritus vt requiescāt a laboribus suis, vanit aūt hoīes volunt esse ī ocio, & ideo de ocio veniūt ad laborē. Psal. Laborabit in æternū. s. in pœnis, & viuet adhuc in finē. Secūdo est quoddam festum vt dictum est, quod est celebrādum sed quasi occulte. Et tertiū est, ꝙ est celebrādū solemniter & manifeste: Et ad ista intelligendum, notandum quod animæ sanctorum virorum tres habent status. Primus est inquantū ipsæ animæ in vita præsenti cum suo corpore sunt coniunctæ & tali modo sunt in manu dei. Sap. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt. Secundus status est inquantum ipsæ animæ a suis corporibus sunt exutæ, & quantum ad hoc sūt in sinu dei. Olim quidem erant in sinu Abrahæ, sed modo sunt in sinu dei. Isa. 40. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit & cōgregabit agnos, id est, innocentes, ne ab innocentia cadant. leuat & portat fœtas, id est, pœnitentes in sinu, vt semper in operibus pœnitentiæ fœcundi permaneant. Tertius est in quantum animæ ad sua corpora reuertentur & in suis corporibus beatificabuntur & inquantum sūt in thalamo dei. Deuterono. 44. capit. Amantissimus domini habitabit confidenter eo quasi in thalamo tota die morabitur, & inter numeros illius requiescet. Inquantum ergo animæ adhuc in presenti vita cum suo corpore coniūctæ sunt & in manu dei sunt, debet de ipsis fieri aliquod festum triplici de causa. Primo propter periculum quia ille qui est modo sanctus cras poterit esse malus primæ ad Corinthios decimo. Qui stat videat ne cadat. Secundo propter dubium, quia nescimus qui sunt in dextera dei vel in sinistra

Multi enim videntur esse in eius dextra qui sunt in eius si-
nistra & econuerso.Iudas enim qui erat discipulus CHRI
STI videbatur in dextera,& tamen quantum ad præscien
tiam dei erat in sinistra,& econuerso latro in cruce videba
tur esse in sinistra dei,& tamen in dei prædistinatione e-
rat in dextera.Tertio propter statum,quia multis tribula-
tionibus sancti sunt expositi. Homo autem qui est in tri-
bulatione non indiget celebratione festi: sed compatione
animi. Propter istam causam , nec de CHRISTO nec
de beata virgine quandiu fuerunt in hac vita fuit factum
aliquod festum ,quia tota vita eorum fuit in labore et affli
ctione. Et ideo non erat in eis necessaria celebratio , sed
compassio. Secundus status est inquantum considerãtur
animæ prout sunt exutæ a corpore. Et quantum ad hoc
sunt in sinu dei. Sicut enim illud quod est in sinu est secu-
rum & est charum & homini quodammodo coniunctum
sic & animæ sanctorum dicuntur esse in sinu dei, quia ibi
sunt valde securæ. Iohann.decimo.Non rapiet eas quis-
quam de manu patris mei. Et sunt deo valde charæ.1.ad
Cor.sexto. Empti estis precio magno. Sunt deo coniun-
ctæ & vnitæ.Iohannis.17.Omnes vnum sint sicut tu pater
in me & ego in te,& cætera.Sicut enim filius vnum est
cum patre per naturam,sic & sancti erunt vnum cum pa-
tre & filio per gratiam.Quantum ad istum statum de san
ctis in præsenti vita facimus festum tribus de causis vt di-
cit Augustin. contra Faustum. Primo propter imitatio-
nem,vt scilicet ex hoc sanctorum exempla imitemur. Ia
co.5.Exemplum accipite fratres mei exitus mali & longa
nimitatis & laboris & patientiæ prophetas qui locuti sunt
vobis in nomine domini.Secundo propter meritorum asso
ciationem vt scilicet eorum meritis associemur & partici-
pes simus. Sancti enim parcipant merita sua his qui illis
honorem dant. Tertio propter eorum orationem,Vt sci-
licet ipsi apud deum pro nobis intercedam. Ideo dicitur.
Iob.5.Ad aliquem sanctorum conuertere. Illud autem fe-
stum debet fieri quasi occulte,id est,non cum pompacitate
nec cum aliqua vanitate. Et in hoc maxime peccant mu-
lieres.Contra quas dicitur Amos.8. Conuertam festiui-
tates vestras in luctum,& omnia catica vestra in plan-
ctum, & inducam super omne dorsum vestrum saccum

& super omne caput caluitium. Mulieres consueuerunt in festiuitatibus ducere choreas, & vanas dicere cantilenas. Sed illa cantica conuertentur in luctum infernalem, Et ideo dicit, conuertam festiuitates vestras in luctum. Consueuerunt & vana & vana ornamenta deferre. Sed ila ornamenta in saccum commutabuntur, quia cum sacco & cilicio sepelientur. Et ideo dicit, Inducam super omne dorsum saccum. Consueuerunt etiam capillos alienos deferre. & caput suum vane ornare, sed iste ornatus in caluitium conuertitur, qui sicut patet capita eorum in monumentis totaliter sunt de caluaria, & ideo subditur, & super omne caput caluitium. Tertius est status quando post resurrectionem beatam animæ ad sua corpora reuertentur, & tunc facient festum, non semel in anno, vel in mense, vel in hebdommada, sed semper: quia ibi non erit nec mensis, nec hebdomnanda, sed tantum vna dies. Vnde Augu. exponens illud verbum. Tempus meum nondum aduenit exponit illud pe tẽpore gloriæ, dicẽs in persona CHRISTI, Ipse est dies festus meus, non diebus istis percurẽs & pertrãsiens, sed permanens in æternum. In ipsa festiuitate est gaudium sine fine, & veritas sine labe, & serenitas sine nube. Istud festum non fiet occulte, sed cum magna celebritate. quia omnes angeli, & omnes beati insimul deum laudabãt Augusti. de ciui. dei, In hac vocabimus, & videbimus amabimus, & laudabimus. & quies erit in ea sine fine. Ad vacare igitur sequitur videre, quia nisi homo vacet non videt iuxta illud. Psalm. 45. Vacare & videre quoniam ego sum deus. Et ideo dicit. Vacabimus & videbimus. Ad videre sequitur amare, quia nulla res potest amari nisi videatur, vel nisi aliquo modo cognoscatur. Ideo dicit, videbimus & amabimus. Ad amare sequitur laudare & commendare. Illã enim rem quan odio habui semper vitupero. Illam rem q̃ diligo semper cõmendo, laudo, & extolo Ideo dixit amabimus & laudabimus. Sãcti igitur in patria vacabunt. vacando videbunt, videndo amabunt, amando laudabunt Et hoc sine fine,

Feria iiii. Sermo. I.

O Ves meæ vocem meam audiunt. Iohannis. 10.

¶ Vbi capitane⁹ bonus est in campo, ille nititur populum suum sibi commissum liberare de ini

micis. Et hoc est primum. Secundo ponit eis traditiones di-
cendo. Tu debes hoc facere, tu hoc & in hoc dimittere. Ter
tio tales sibi commissi tenentur sibi obedire, Spiritualiter.
Et sic Christus est capitane⁹ noster. qui ideo a deo patre est
constitutus vt nos liberater de inimicis. Vnde Isaiæ. 19
Clamabunt ad dominum a facie tribulantis, & mittet eis
saluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Et hoc re-
cogitat ecclesia in introitu dicens, Liberator meus degen-
tibus iracundis, & ab insurgentibus in me exaltabis me. a
viro iniquo eripies me domine. Secundo, ponit capitaneus
traditiones, Et sic Christus in epistola. Leui. 19. Ego
dominus deus vester. Et ponit decem traditiones. Primo,
non facietis furtum. Ratio secundum Augusti. quia pecca
tum non dimittitur nisi ablatum restituatur. Contra hoc
peccauit Achan. Iosu. 7. quem dominus iussit lapidari, Se-
cundo, non mentiemini, Ratio quia os quod mentitur ne-
cat animam. Sap. 1. Psalmo. 5. Perdes omnes qui loquun-
tur mendaciū. Tertio nec decipiet vnusquisq; proximum
suum, Ratio quia dicitur Matth. decimonono, dilige proxi-
mum tuum sicut teipsum. Et idem. 7. Quæcunque vultis
vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Quarto non
periurabis in nomine meo, nec polluces nomen dei tui. Ra-
tio quia non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus
in quo oporteat nos saluos fieri. Actuum tertio. Contra
hoc fecit Sennacherib qui blasphemauit nomen domini
dicēs, quod nō posset liberare filios israel de manu sua pro-
pter quod occidit domin⁹ vna nocte. 185. milia, & post hoc
proprii sui filii Sarasar & Adramelech occiderunt eum vt
habetur. 2. Pa. 32. Quinto non morabitur opus mercenarii
tui apud te vsquæ mane. Ratio. Matt. 10. Dignus est merce
narius mercede sua. Sexto, non maledices surdo, nec co-
ram cæco pones offendiculum, sed time dominum de-
um tuum, Septimo, non iniuste iudicabis. Ratio quia
dicitur Lucæ sexto. Qua mensura mensi fueritis reme-
tietur vobis, Octauo. Nō facies quod iniquum est, nec in-
iuste iudicabis, nec consideres personā pauperis, nec hono-
res vultū potentis. Ratio Actu. 10. Non est personarum ac-
ceptio apud deū. Et. 1. petr. 1. Et si patrē īuocatis eū qui si-
ne acceptiōe personā iudicat secūdū vniuscuiusq; op⁹. No-
no non eris eris criminator, nec susurro, in populis, Ratio

Deutero.32.Mihi vindictam,& ego retribuam. Decimo non oderis fratrē tuū in corde tuo nec quæras vltionē,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum,Ratio,Si non remiseritis vnusquisque fratri suo,non remittet vobis pater me⁹ & cę.Matthæ.18.Concludit.Ego dominus:leges meas custodite. Ergo in hoc concordat epistola cum euangelio in themate.Oues meæ vocem meam audiunt,& cæ.

☞Aliud thema.Naturaliter mutatio non fit in instanti sed per aliquot mediū.Spiritualiter,Et sic nos trāslati sum⁹ de morte ad vitā,sed per mediū.1.ad Timo.2.Mediator dei & hominū hō christ⁹ Iesus qui dedit redēptionē semetipsū ꝓ omnibus.De qua ītroit⁹,Liberator me⁹,&c.Psalm.17. Hunc psalmū fecit dauid ī gratiarū actione post obitū saul Absalonis & Sybe inimicorū suorū.Sed pro nūc exponitur de Christo Diligam te domine.&c.Et liberabor meus,&c, de inimicis,Sic nos originalem liberationem a peccatis ascribam⁹ domīo deo.Ioh.Si filius vos liberauerit,være liberi eritis.Adhuc nequiritur secundū mediū,s.obedientia mādatorum.Matth.19.Si vis ad vitam ingredi serua mandata dei.De quo epistola vt supra patuit.Et ī euāgelio.Oues meę vocē meā audiūt,&c.Sed quia Iudæi noluerūt audire vocē eius,ergo nec crediderūt.Ad Rom.10.Fides ex auditu,auditus autem per verbum Christi.Ex quo non crediderunt,tunc non sunt oues Christi , sed diaboli.ergo dicit in the.Vos non creditis,quia non estis de ouibus meis. ☞In summa euangelii tria innuuntur.Primo Iudæorum fallax interrogatio ibi.Si tu es Christus. Secundo Christi efficax responsio ibi,loquar vobis.Tertio iudæorum pertinax obstinato,ibi,sustulerūt lapides,De primo dicit.In illo tēpore Facta sunt encenia Hierosolymis,i.festū & memoria dedicationis tēpli Hierony.Tres fuerūt dedicatiōes tēpli. Prima a Salomone in autumno decima dei sentembris,Secunda a Zorobabel & Iesu sacerdote tempore veris in martio cum redierunt de captiuitate Babylonis . Tertia a iuda Machabeo,qui templum prophanatum a gentibus ,mundauit in hyeme in mense decembri . Et hæc dedicato tempore Christi celebrabatur, vnde hic agitur. Ideo subdit.Et hyens erat.Grego.Hoc ideo exprimit, vt innuat in cordibus Iudæorum frigus malitiæ esse , per hoc etiam Iudæorum prauitas designatur. Et primo hyems est tem=

pus nebulosum, & nubilosum, sic Iudæi erant tenebris erroris inuoluti. Psalmus.81. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant. Matt.5. Sinite eos cæci sunt & duces cæcorum. Secundo est tempus pluuiosum, & sic iudæi erāt loquacitate superflui, & murmuratores. Act.5. Sēper spiritusancto restitistis. Tertio frigidum, & sic iudæi in amore dei Hier.6. Sicut cisterna facit frigidam aquam suam, sic frigidā fecit malitiam suam. Quarto lutosū, & sic luto peccati sunt pleni. Matt.23. Væ vobis scribæ & pharisæi, &c qui pleni estis omni spurcitia. Quinto tædiosum. Et sic iudæi fuerunt tædiosi in operando opera bona. Matt.24. Dicunt & non faciunt alligant onera grauia & importabilia & imponunt in humeros hominum digito autem suo nolūt ea mouere, &c. Vel ideo iucundum Theophilum, vt in proximo designetur tēpus passionis. Itaque in vere sequenti passus est dominus. Ideo versatur in templo Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis, Alchuinus. Erat locus vbi Salomon stabat ad orandum, Sicut dicitur.3. Regum.8. Et talis locus fuit reparatus post destructionem a iuda machabeo ad similitudinē prioris. Circundederunt eū iudæi Glos. Non ex amicitia sed odio, & non vt milites ad regē custodiendū sed ad comprimendum. Psalm.39. Circundederunt me mala quorum non est numerus. Non vt discipuli ad magistrum audiendum sed ad decipiendum. Psal, Circundederunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine domini. quia vltus sum in eos. Non vt infirmi ad medicum sequendum, sed ad inuidendum. Psal.108. Sermonibus odii circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Et Psal.21. Circundederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Dicentes quousque animam nostram tollis, id est, crucias. Si tu es CHRISTVS dic nobis pallam. Non veritatem desiderabant, sed deceptionem ideo adulatorie loquuntur, volētes per hoc ostendere se desiderare scire veritatem de ipso, quasi dicerent, Anima nostra est in suspenso desiderii, quamdiu vinctos nos derelinquis. Quia spes quæ differtur afligit animam, Prouerbiorum .13. Ideo dicit Augustinus. Premittunt adulationem vt perueniant ad deceptionem, & Chrysostomus. In hoc ostenditur peruersitas iudæorum, quia quando Christus eos erudiebat per verba petebant signa dicentes, Io-

hann.2. Quod signum ostendis nobis quia hec facis. Cum autem faciebat signa petebant Verba, sicut quando dixerunt hic, Si tu es Christus dic nobis palam. Quem scilicet patriarche tam dieu expectauerunt, quem omnes prophetæ prædixerunt, angeli designauerunt, qui redempturus est Israel. August. Iudæi de Christo secundum hominem sapiebāt, sed diuinitatē minime ītelligebāt. Et hoc figuratur velamē Mosi in facie sua, Exo, 34. Quādofacies ei⁹ videbatē cornuta. Quanto minus poterāt videre virum deum carne velatum. Ad Roman. 11. Cæcitas contingit ex parte in israel Chrysostomus. Opera eius non valebant incusare, ideo cupiunt in verbis eum capere, Simulabāt se solo verbo suaderi qui toto operibus noluerunt credere, Ideo Alchuinus. O perfidi iudæ cum nihil loquitur in occulto, sed omnia in publico, cur dicitis: dic nobis palam. Augustinus.. Cogitabant eum Iudæi decipere, taliter, si respondisset non habuisset propositum, si sic vt accusarent eum sibi vsurpare regnum quia sciebant Christum de semine Dauid regali nasciturū Si respōdisset dubie, dixissent quod sit homo duplex, quia aliud habet in corde, & aliud profert ore,

❡ Dixi secūdo tāgitur verax responsio dicens. Loquor vobis: & nō creditis mihi, Mira res, quasi, diceret, Cū sim sapiētia quæ ex ore altissimi prodii. Eccl. 24. Cū sim nūti⁹ salutis a deo patre missus. Tho. 10. Et sicut imber cadit de cœlo & fructificat terrā. Isa, 55. Ita deus pater misit verbū & non reuertetur vacuū, Cur ergo nōditis: cum eloquia mea sint super mel dulciora. Sed verba sine operibus non faciunt fidem, ergo videre opera quæ ego facio. &c. Videte testes quorum primus est Petrus. Matth. 16. Dic tu es Christus filius dei viui. Discipuli in nauis fluctu. Matthæ. 14. Vere filius dei es, Martha. Ioan. 11. Ego credidi quia tu es Christus filius dei viui qui hunc mundum venisti. Dæmon quid mihi & tibi I E S V fili dei altissimi. Marc. 5. Centurio. Marci. 15. Vere hic homo filius dei erat. Pater cœlestis. Lucæ. 3. Et Matthæ. 17. Hic est filius meus dilectus. Item loquor vobis & nō creditis mihi quasi diceret, Ex hoc probatur falsitas vestra. Opera quæ ego facio in nominæ ideo, hæc testimonium perhibent de me. C H R I S T V S enim habebat quædam opera humanitatis, vt sititi, esurire, lassus fieri: quædam diuinitatis, vt dare spiritum sanctum Iohan

20. & dimittere peccata. Luc.7. Et infirmos solo verbo curare, ista opera præbebant Christo testimonium quod ipse erat verus homo, & Deus. Vnde patet per exemplū quod diuinitas ipsius cognoscebatur sicut arbor ex fructu cognoscitur. Matt.7. Attamen ex omnibus fructus nō crediderunt, ideo inexcusabiles fuerunt. Iohann. decimo quinto: Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Tunc ostendit causam quare non crediderunt dicens. Vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, id est, non estis præordinati ad vitam æternam, sed præsciti ad æternum interitum, quasi diceret. Vos estis hœdi fœdi, lupis infernalibus expositi, qui in iudicio non eritis ad dexteram, sed ad sinistram audientes illud. Ite maledict. & cæt. Sed diceres per hoc videtur quod Saluator coegit eos disperare. Respondetur quod in turba illa aliqui erant qui non erant præordinati ad tunc credendum, se in posteram. Vnde in actis apostolorum dicitur, quod crediderunt ex Iudæis vna die quinque milia. Aliqui autem qui non erant adhuc præordinati, sed imposterum ad credendum. Non ergo repugnabat spei hoc dicere in turba, cum non dixit vni specialiter. Oues meæ vocem meam audiunt, id est, præceptis meis obediunt. Psal.94. Si vocem eius audieritis. & cæt. Et ego cognosco eas, id est, approbo eorum facta. 2. Timoth. secundo Nouit dominus qui sunt eius. s. in vitam æternam prædistinati Et sequūtur me. s. in via humilitatis & patientiæ. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, & c. vt sequamini vestigia ei⁹. Et Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Viam eius custodiui. & non declinaui ex ea. ¶ Nota predestinatio secundum sanctū Thomam. parte. 1. quæst. 23. est ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente diuina existens. Et prædestinatio certissime, & ineffabiliter consequitur suum effectum, Nec tamen imponit necessitatem, quia non necessitas sed liberum arbitrium operatur ad damnationem, vel saluationem. Vnde Grego. & habetur in cano. 23. quest. 4. obtineri. Obtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerunt, sed ea quę viri sancti orando impetrant, ita prædestinata sunt vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni predestinatio, ita est ab omnipotenti deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniāt, quatenus postu

lando mereantur accipere quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare. Hæc Gregorius. Ergo noli dicere, Siue ago bonum siue malum, veniam quo deus vult. Nam deus non est causa mali, & damnationis tuæ. Boeti. Ego video facientem rotam visus non est causa rotæ, &c. Subdit, Et vitam æternam do eis & non peribũt in æternum. Ecce bona pascua vita æterna, vbi nulla herba arescit, sed totum viret, & nemo rapiet eas de manu mea, id est, de potestate mea per violentiam hic trahendo ad culpam, vel in futuro ad pœnam, Sap. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt, & nõ tãget illos tormentum mortis, Et vt August. dic. Ibi nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Pater meus, quod dedit mihi maius est omnibus, quasi diceret, Ego conseruo eos in potestate patris quia habeo eandem potestatem cum eo, & eandem essentiam, qui sum eius verbum, eius vnigenitus & candor lucis æternæ. Et nemo potest rapere de manu patris mei, s. cum sit infinitæ potentiæ, ideo nihil potest ab eo auferri per violentiam. Hierony. Man⁹ dei patris est filius, Psalm. 143. Emitte manum tuam de alto & eripe me, &c. quia per ipsum facta sunt omnia. Ioh. 1. Et Isa. 48. Manus mea creauit cœlos, & fundauit terram. Ista manus est omnium bonorum largitiua. Psalm. 147. Aperis tu manum tuam, &c. Item est omnium conseruatiua. Isa. 49. Sub vmbra manus suæ protexit me. Item est omnium in viam cœli directiua. Sapi. 7. In manu illius nos & sermones nostri & omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina. Item est omnium saluatiua. Psalm. 118. Fiat manus tua vt saluet me. Gene. 47. Salus nostra in manu tua est. Quia ego & pater sumus vnum. Primo in natura, sicut dicitur. Iohan. 5. Sicut pater habet vitam in semeipso: sic dedit & filio, &c. Secundo in potestate. Iohan. 5. Dedit eis potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Tertio in reuerentia & honore, ad Philippen. 2. Dedit illi nomen. Et quod est super omne nomen. Et quod null⁹ potest rapere de manu patris ꝑ violentiam, quia fortissimus est, nec per ignorantiam, ꝗ quia sapientissimus. Iob. 9. Sapiens corde est & fortis robore. Sciẽdum in hoc quod dic. Ego & pater vnum sumus: excludit duos errores circa articulum sanctissimæ trinitatis, Sabellius enim in deo posuit Vnitatem personæ: sicut & essentiæ Et hoc remouetur cum dicitur sumus. Si enim pater & fili⁹

essent vna persona: dixisset in singlulari sum & non sumus Arrius aũt econuerso posuit pluralitatem essentiarũ sicut & personarum. Et hoc excluditur in eo ꝙ dicitur, vnũ. Si enim pater & filius haberent, diuersas essentias, non diceretur vnũ neutraliter, sed plura. Igitur per ego & pater sumus, discretio & pluralitas personarum exprimitur, per vnũ vnitas diuinæ substantiæ intelligitur. In theologia enim per neutrum genus dicitur substantia diuina per masculinum personæ, per fœmininum notio, Vnde Augustinus, vtrumꝙ audi & vnum sumus quod dixit: vnum liberat te ab Arrio, quod sumus liberat te a Sabellio: ☞ Dixit tertio tangitur Iudæorum pertinax obstinatio, ibi, Sustulerunt lapides Iudæi. Quia dicit Augustinus, Iudæi erant duri vt lapides cum profunda dei verba intelligere non possent: lapidibus similes ad lapides currũt. Psalm. 119. Dum loquebar illis impugnabant me gratis. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo scilicet mortuos sucitaui infirmos curaui, &c. propter quod opus me lapidatis, quia si diceret. Nullus debet lapidari pro bono opere, sed pro malo, ☞ Nota sunt aliqui qui dedderunt mala pro malis, & hoc est prohibitum ad Roman. 12. Non reddentes malũ pro malo, quia deus hoc sibi retinuit. Deutero. 32. Mihi vindistam, & ego retribuam: alii sunt qui reddũt bona pro bonis. Et istud est quoddam naturale debitum. Matthæi. 5. Si diligiti eos qui vos diligunt quam mercedem habetis? qua si diceret nullam. Alii sunt qui retribuunt bona pro malis. Et istud est perfectæ charitatis iudiciũ. Talis erat Christus qui a Iudæis recipiebat conuitia, & tamen non cessauit eis dare beneficia. Et hoc docet nos Matthæi. 5. cap. Benefacite his qui vos oderũt. Alii sunt qui retribunt mala pro bonis. Et illud est valde iniquum. Tales erant Iudæi qui a Christo recipiebant multa beneficia, & tamen ei multa inferebant opprobria. Psalm. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Ideo Christus charitatiue arguit eos dicens. Multa bona opera ostendi vobis, &c. Et dicit. Ex patre meo. vt indicaret semper se super omnia gloriam patris quærere. Ioãn. 8. Gloriam meã non quæro. Responderũt ei Iudæi. De opere bono non lapidamus te, sed de blasphemia, quia cũ homo tu sis facis teipsum deũ, Tunc respõdit illis Iesus. Nõne scriptũ est in lege vestra. Augustinus. Hic lex recipitur pro toto

veteri testaméto. Ego dixi dii estis, quasi dic. Christus. Nō habetis me lapidare si deú me vacui, quia scriptura vestra puros homines deos vocat. Si ergo illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, id est dici quod cōtineat aliquid faulsum, Quē pater sanctificauit, id est sanctum genuit, & misit in mudum, quasi diceret. Multo fortius deus potest ille vocari. Et quare vos dicitis quia blasphemas, quia dixi. Filius dei sum, quasi diceret Irrationabiliter hoc facitis, quia scriptura hoc dicit. Sicut Hiermie. 23. Ecce dies veniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. Et sequitur. Et hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster, & vbi nos habemus dominus, ibi ponitur, nomen domini Tetragrammaton in hebræo, quod nulli alicui attribuitur nisi soli deo.

☞ Item nata blasphemia est aliquod faisum, dicere de deo & qua Christus tantum homo videbatur eis, ideo dicūt eū blasphemare, quia dixit se & deum vnum esse & pœna blasphemantium erat lapidatio in veteri testamento.

☞ Sciendum quod deus dicitur tribus modis. s. natura. Et hoc modo Christus erat deus, aptione & gratia, & hoc modo sancti viri dicuntur dii. Et falsa opinione, & nuncupatione & hoc modo idola & dæmones dii appelluntur Sancti ergo viri dicuntur dii non per naturam, sed per gratiam. Augustinus. Talis est vnusquisque qualis est dilectio sua, si deum diligitis deus es terram diligis terra es. Diligamus erho deum vt dii appellemur, contemnamns terrena ne terra vocemur. ☞ Sed posset aliquis dicere volo vtrumque facere, & deum diligere, & sic ero deus, & tertam amare, & sic ero terra. Sed hoc fieri non potest, quia dicitur Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, scilicet deo & mundo. Et istud potest ostēdi per tria exempla, vasis manus & oculorum Augustinus in libra quinque homiliarum hoc ostendit exemplo vasis, quia si vas aliquod debet impleri melle, & est plenum aceto oportet quod acetum effundatur, & sic mel infundatur, vnde dicit. Est amor vtilis, & est amor noxius, amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor vtilis succedat, si pleni sunt homines amore huius seculi effundant illum vt capiant amorem dei, vis Vt intret vinum: oportet vt acetum effundas. Secundo hoc ostendit Augustinus super Iohannem exemplo ma-

nus dicens. Amorē hominis sic putare debes quasi manum animæ. Si aliquod tenēs, vere aliud non potest tenere, quod datur teneat: dimittit quod tenet. Qui autem amat seculum dicit illi deus: deum amare non potes: occuparan habes manū dicit illi deus. Tenet quod do: si nō vult dimittere quod tenebat non potest accipere quod offertur. Tertio hoc estendit Cyprianus in tractatu de duodecim abusionibus seculi exemplo oculorum: dicens. Amor mundi dei: pariter in vno corde habitare non possunt. Quemadmodum oculi cœlum & terram nunquam pariter aspiciunt? Dicit autem Aristo te. in lib. de animalibus quod aues claudunt oculos cum palpebra inferiori. Animalia vero gressibilia cum palpebra superiori. Per aues intelliguntur viri spirituales qui ad inferiora, & terrena oculos claudunt: & cœlestibus; intendunt. Per animalia intelguntur viri humani & mundani qui habent oculos clausos ad cœlestia & apertos terrena. Tunc subdit probans hoc ex operibus quod probat ex scripturis dicens. Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. Si autem facio & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis; quia pater in me est: & ego in patre, quasi diceret. Ex operibus cognoscite me esse verum deum: & me in patre & patrem in me quod oculis vestris videre non potestis quærebāt ergo eū apprehendere, & exiuit de manibus eorum, scilicet virtute diuina transiens per illo.

¶ De eodem. Sermo. II.

Oves meæ vocē meā audiūt Iohan. 10. ¶ Siēdū in hoc euāge. dominus noster IESVS. Christus qui est pastor verus ponit hic duas differētias ouium. Sunt enim quædam oues quæ non sunt suæ, sed oues diaboli. De quibus dixit. Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Aliæ sunt oues suæ de quibus subdit. Oues meæ vocē meam audiunt. Primæ oues, scilicet oues diaboli faciunt duos greges. Primus grex est in hoc mundo, Oues enim diaboli qui sunt in hoc mundo sunt hypocritæ. De quibus dicitur Matthæi septimo. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. & cętera. Dicit tamen Chrysostomus super Matth. quod lupus & sic regatur pelle ouina: potest tamē cognosci quod sit lupꝰ per sua

Primo per actum,quia lupus dentibus mordet, oues autem non habent dẽtes cum quibus mordeant. Secundo per vlulatum quia lupus versus cœlum vlulat,ouis autem versus terra semper balat. Tertio per cibum quia lupus carnibus delectatur,ouis vero herbis pascitur. Eodẽ etiã modo hypocritæ cognoscuntur. Primo videlicet per actum,quia serui dei nõ mordẽt,i.nõ detrahũt,nec de aliquo obloquuntur,hypocrytæ autem mordent & detrahunt. De quibus dicitur, Galat. 5. Si inuicem mordetis & comeditis,videte ne abinuicem consummamini. Ex hoc habetur quod quidam mordent,quidam quemedunt,quidam consumunt. Ille vero mordet qui partem accipit & relinquit sic detractor sepe in parte laudat, & in parte vituperat. Ille vero qui comedit cibum masticat & sibi incorporat. Sic etiam multi contra aliorum vita murmurant, & tamen eadem faciendo sibi incorporant. Ille autem qui consumit nec de pelle, nec de carne,nec de osse aliquid dimittit, Sic & multi sunt qui detrahendo condemnant vitã viruperant famam. & iudicant conscientiã, Secundo cognoscuntur per vocẽ. Serui dei balant versus terrã, & seipsos recognoscunt esse terram, & multos defectus habere. Hypocrite vero versus cœlum vlulant,qui contra homines cœlestes sæpe loquuntur & ipsos infamant. Psal. 72. Posuerunt in cœlum os suum.i. in cœlestes. iterum, Iniquitatem in excelso id est,contra viros in excelso locuti sunt Tertio cognoscuntur per cibum, quia oues,id est boni homines vescuntur herbis virentibus id est,cœlestibus amœnitatibus Eze. 14. Requiescunt in herbis virentibus. Mali autem pacuntur carnibus,id est,carnalibus voluptatibus. Roma. 8. Qui enim secundum carnem sunt: quę carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum quæ sunt spiritus sentiunt.

☞ Secundus grex ouium diaboli est in inferno, quia dicitur in Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt. Quod quidem verbum quatuor modis exponitur. Primo sic quando oues insimul sunt consueue runt stare compresse, & vna se per aliam iacere. Sic etiam damnati ad inuicem in inferno sic erunt compressi quod vnus super iacebit, Istud innuitur Mat. 12. vbi dicitur: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Sicut enim ligna in fasciculis sunt compressa sic damnati adinuicem premuntur

tur. Notabile enim est, quod oues in mano calore stant compresse, in magno autem frigore stant separate, quia damnati stant in igne compressi vt ad inuicem sic magis comburantur, Quando vero sunt in frigore stant separati vt quilibet per se fremat, & dentibus strideat. Secundo intelligitur sic. Greges consuetierunt abinuicem separari, sic in inferno erũt diuersi greges, id est diuersi damnatorum ordines. Nam ibi erit grex superborum, & grex auatorũ. & grex luxuriosorum. Hoc innuitur apud Zachari. Planget terra. s. ĩfernalis, familiæ. & familię separatim, ac seorsum, quia p se planget familia superborum. per se planget familia auarorum, per se planget familia luxuriosorum. Tertio modo intelligitur sic. Consueuit pastor oues tondere. et lanam ab eis auferre, & sic attonsas ad pascua trãsmitere. Sic etiã oues diaboli dimittunt hic lanam, id est res temporales, & attonsæ ad pascua infernalia diriguntur de bonis suis nihil inde secum portantes. Iob. 27. Diues cum dormierit nihil secum aufert. Quarto modo potest sic intelligi. Consueuerunt oues tanquam de vno prato ire ad pascendũ ad aliud pratum, Sic in inferno sunt duo prata, vnum est pratum caloris, aliud pratum frigoris. Postquam igitur oues diaboli fuerint adustæ transibunt ab pratum frigoris. Postquam in prato frigoris fuerint congelatæ, transibũt ad pratum caloris. Iob. 28. Ad calorem nimium transient ab aquis niuium. ☞ Secundæ sunt oues dei, & illæ cognoscútur per quatuor signa. Primo per opera bona quæ faciunt. Istud signum dominus ponit etiam de se qui est pastor cum dicit Iohan. 5. Opera quæ facio perhibent testimonium de me. Eodem modo fideles in suis operibus cognoscuntur me. ☞ Notãdum quod sunt quædam opera quæ hominẽ sanctũ ostendunt, sed non faciunt, sicut sunt opera miraculorum, quę etiam aliquando mali virtute fidei faciunt, illi dicent in iudicio. Matt. 7. Domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in nomine tuo demonia eiecim⁹, & in nomine tuo multas virtutes fecimus. &c. Alia sút opera quę faciunt sanctũ, sed nõ ostendunt sicut simplicitas & humilitas sanctorum virorum, & cæteræ virtutes eorũ quæ faciunt hominem. & sanctum coram deo, sed sæpe reddunt eum despectibilem coram mundo. De quibus dicit Iob duodecim. Deridetur iusti simplicitas. lampas con-

tempta apud cogitationes diuitium. Vbi dicit Gregorius quod sancti viri lampas sunt, quia in tenebris lucent, interius sunt contempta quæ exterius non lucent lampas sunt: quia interius virtutibus splendent sed contempta quia exterius irresionibus patent. Alia opera sunt quæ hominem sanctum faciunt & ostendunt, sicut opera pietatis, quæ quidem hominem faciunt sanctum, & peccata oīa dimittunt Eccle. 3. Ignē ardentem extingit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Hominē etiā coram hominibus ostendunt sanctum. Eccl. 31. Eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. ☞ Secundum signum quod aliqui sunt oues Christi est quando vocem eius audiūt, Vnde subditur: Oues meæ vocem meam audiunt. Quatuor enim sunt voces quas ille pastor dat ouibus suis. Prima est exterior exhortatio. De qua dicitur Pro. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocē suā, Secunda est interior inspiratio. De qua dicitur in Psal. 84. Audiam quid loquebatur ī me dominus deus. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Tertio est beneficiorū largitio. Isai. 1, Si volueritis & audiitis me bona terræ comedetis. Quarta est carnalis flagellatio, per quam homines sæpe ad deum currunt. Psal. 15. Multiplicatę sunt infirmitates eorum postea accelerauerūt. Sed quoniam multi sunt qui istas voces non audiunt, ideo dominus conqueritur Prou. 1. Vocaui. scilicet per exteriorem exhortationem & renuistis. Extendi manum meam, scilicet multa beneficia largiēdo. & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum quo, vobis bona proposita inspirabam, & increpationes meas neglexistis per quas vos aliquando arguebam & flagellabam, ideo subditur magna comminatio. Ego autem in interitu vestro ridebo. Tertium signum quod aliqui sunt oues CHRISTI est: quando ipse Christus qui es pastor eas cognoscit, Vnde sequitur. Ego cognosco eas Cognoscit autem fideles suos per imaginem quam eis impressit. Iuxta illud. Psalm. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Per arma Virtutum quibus eos armauit, ad Roman. 13, Induamur arma lucis, per signa bonorum operum quibus eos decorauit. Cantico. 8. Pone me domine. vt signaculum super brachium tuum &c. Per doctrinam charitatis qua eos instruxit. Ioh. 13. In hoc cognoscēt omnes quod mei estis di-

scipuli si dilectionem habueritis adinuicem. Quia vero e- probi ista non habent, ideo a Christo in iudicio non co- gnoscētur, sed dicet eis Matth. 25. Amē dico Vobis, nescio Vos. Quod verbum exponens Chrysostom. dicit. Pater co- gnoscit filios suos per imaginem & similitudinem suam. Rex cognoscit milites suos p vexilla & arma sua. Pastor cognoscit oues suas per signa. Magister cognoscit discipu- los suos per doctrinam suam. Ego autem non cognosco vos tanquam pater filios suos, quia imaginem meam non ha- betis Nec tanquam rex milites suos, quia arma mea & ve- xilla non portatis, nec tanquā pastor oues meas, quia mea signa abiecistis. Nec tanquam magister discipulos meos quia meam doctrinam non seruauistis. Quartum signum quod sunt oues Christi est, quando ipsum verum pastorem sequuntur. Vnde subditur: Et sequuntur me meæ. Mali au- tem nolunt Christū sequi, sed eum fugiunt & ab eo se a- uertunt. Vnde dominus de talibus conqueritur. Matthæi 23. dicens. Quotiens volui congregare filios suos quemad- modum gallina congregat pullos suos sub alis & noluisti? Exemplum legitur de proprietatibus auium, quod gallina simul & semel fouet oua propria & oua anetarū et oua pa uonum. Cum autem pulli creuerint, veri pulli matrem se- quuntur. Anetę vero in aquam se mergunt. pauones de sua pulchritudine gloriantes matrem relinquunt. Sic & deus tāquam pastor et bona gallina cōgregat bonos et malos ī vna fide & fouet eos per multa beneficia quæ eis confert. Sed tandem quidam eorum sequuntur ipsum per imitatio- nem bonorum operum sicut humiles & mansueti Alii ve- ro ipsum deserunt & in aquis delitiarum se mergunt, sicut sunt voluptuosi. Alii de suis diuitiis & honoribus glorian- tes CHRISTVM deserunt, sicut sunt superbi & aua- ri. Sed qui vere sunt oues CHRISTI pulli ipsum se quuntur. Et ideo dixit, sequuntur me & cætera.

¶ Sermonē feria. 5. require in die Mariæ Magdalene quæ est postillaris.

De eodem Sermo. II.

Emittuntur ei peccata multa. Lucæ septimo
R 1 & Nota quod sunt quatuor genera hominum
q̄b⁹ peccata dimittuntur: P[illegible] dim tūr co. de
cōtritis, secūdo ore cōfessis, t[illegible] pœniten

tia satis facientibus, quarto deum veraciter diligentibus. ℂ Primo dimittuntur corde contritis & contribulatis. Thob.3. In tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Bernar. di. Sic deus pius est & iustus, sicut enim apis habet pietatis dulcedinem & aculei punctionem, sic deus habet mellis dulcedinem ad pœnitentes, & aculei compunctionem ad peccantes. ℂ Secundo dimittuntur peccata ore confitentibus. 1. Ioh. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est vt remittat nobis peccata nostra, imo prius quam confiteantur, posito quod quis habeat iam propositum confitendi, secundum quod dicitur in Psalmo. 31. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meã domino et tu remisisti impietatẽ peccati mei. Aug. dicit quod verecũdia est magna pœna. Ideo qui erubescit pro Christo fit dign⁹ misericordia. Vnde quãto plus quis cõfitetur sub specie turpitudinẽ criminis, tãto facili⁹ cõsequitur gratiã remissionis. ☞ Tertio remittũtur per opera pœnitẽtiæ satisfaciẽtibus. 2 Paral. 6. Si peccauerint tibi (neque enĩ est homo qui nõ peccet) & iratus fueris eis, & cæt. Et sequitur. Et conuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerãt, egerint pœnitẽtiã, & deprecati te fuerint dicẽtes. Peccauimus ĩuste egem⁹ & iniquitatẽ fecim⁹, & c. Et postea vt exaudias de celo. hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudiciũ & dimittas populo peccata eius. De hac pœnitentia dicit Isid. Pœnitẽtia est mendicamentum vulneris spes salutis per quam peccatores saluantur per quam dominus ad misericordiam prouocatur, quæ non pensatur in tempore prosperitatis & lætitiæ, sed luctus & in lachrymarũ profunditate. ℂ Quarto peccata dimittuntur deũ veraciter diligentibus. Lucæ. 7. Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ, quod dicitur de maria Magdalena. Intellige ardor charitatis rubiginem in ea peccati consumpsit. A simili, dico, quod quis veraciter est in dilectione & charitate circa deũ vt Maria Magdalena certũ est ꝙ tũc pater cælestis omnia peccata eius sic eũ diligentis diuina pietate quę & ipsa charitas est quę & ante mũdi cõstitutionẽ elegit nos tegit & delet. Bernarn. prædestinatos ego aduerti & vidi quod mira dei despensatio in exodiis suis quosdã deserẽs scaturientibus vicits cadere per abruta permittit plerumque tamen eos tandem oculo misericordiæ re-

ſpiciens ad ſequendum eſt ſancti amoris ſic igne ſuccendit Vt ex nimia charitate purgentur eorum peccata,& operiã tur ſicut ſi nunquam peccaſſent & ſi quid deliquiſſe vidẽ tu in tempore non apparet in æternitate. Quia charitas patris eorum operit multitudinem peccatorum. Operit inquam ne deus videat ad puniendũ,homo ac erubeſcendum & diabolus ad accuſandum. Item nota alia quatuor p quæ peccata dimittuntur,videlicet per veram ad deum conuerſionem,per iniuriarũ dimiſſionẽ per deuotam ſupplicationem,& per ſanguinis Chriſti effuſionẽ. ℭ Primo dimittuntur peccata per Veram ad deum conuerſionem. Hinc dominus dixit Paulo. Act.26. Mittam te aperire oculos eorum vt conuertantur a tenebris ad lucem,& accipient remiſſionem peccatorũ. Bernard. O quanta & qualis eſt miſericordia domini dilecti mei Ieſu Chriſti,qui non minus conuerſum peccatorem diligit quam eum qui nũquam peccati maculam contraxit Secundo dimittuntur peccata per iniuriarum dimiſſionem. Matth. quinto Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ dimittet vobis pater meus cœleſtis peccata veſtra. Et hoc eſt quod quotidie petimus dicentes. Dimite nobis debita no. ſicut & nos dimittimus debitorib⁹ no. veniã.ſ.petentibus. Propter quod dicit dominus Luc.6. Diligite inimicos veſtros,benefacite his qui oderũt vos. De hac dilectiõne dicit Greg. Dilectio inimici tũc vere cuſtoditur cũ nõ de proſperitate eius affligimur,nec de eius ruina lætamur. Et qui hãc charitatẽ habet nõ ſolũ meretur peccati remiſſionẽ. verũ etiã quod ãplius eſt deus manet in eo & ipſe in deo. vnde Bernar. Deus charitas eſt. & quid precioſius: & qui manet in charitate in eo manet,& quid ſecurius & deus in eo,& quid iucundius? ℭ Tertio dimittuntur peccata per deuotam orationem. Eccleſiaſtici vigeſimo primo, Fili peccaſti,non adiicias iterum ſed de prӕteritis precare vt tibi dimittantur. Sic deuote & humiliter remiſſionem peccatorum petebat Manaſſes qui dicebat. 2. Para. vlt. Flecto genua cordis mei deprecans te bonitatem domine peccaui & iniquitatem meam cognoſco remitte mihi: Et ideo dicit. Bernard. O quam breue & ſalubre verbum peccaui. Nam tres ſyllabæ portas aperiunt paradiſi. Dauid enim dicenti ad Naathan. 2. Reg. 12. peccaui ſtatim propter hoc propheta qui a domino vt vltionem

induceret missus erat intulit dominus transtulit peccatum tuum. Et ideo non solum dimittitur peccatum per orationes, sed etiamper deuotas sanctorum intercessiones, quod figuratur N meri.14. quando dixit Moses ad Dominum Dimitte Domine deprecor peccata populi huius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ. Dixit que Dominus ad Mosen dimisi eis secundum verbum tuum. Leuit. 12. Orabit pro eis sacerdos & dimitte teis, Sed cor pro alio deprecantis debet esse deuotum. Bernar. Non deprecātis os deus inspicit, sed orantis cor attendit. ¶ Quarto dimittūt peccata per sanguinis Christi effusionē Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Hinc ad Ephe. 10. apostolus de Christo inquit. In quo habemus remissionem peccatorū in sanguine ipsius. Vnde Gregor. Oblatio absoluit viuos a peccatis. Est enim cautela & custodia tutorū & mitigatio tentationum. De his duobus dicit Bernd. Sacramentum dominici corporis duo operatur in nobis vt sensum nostrum et animā a noxis muniat, & in grauioribus peccatis consensum malum omnino tollat. Est etiam ad repressionem demonū Chrisosto. Hic sanguis abigit dæmones & a longe ire facit, &c.

¶ Feria. vi. Sermo. I.

EXpedit vobis Vt vnus moriatur homo pro populo Ioan. 11. cap. ¶ Vbi aliquis rector ciuitatis audit aliquod negocium graue & periculosum cōuocat consilium & proponit negocium, & audit consiliatores. Et tunc illa sententia approbatur in quam plures consiliant. Spiritualiter. Sic pontifices & pharisæi fecerunt. Audierūt enim de resuscitatione Lazari & quomodo omnes in Christum credere videbantur, vnde timuerunt eis euenire periculum quod tamen omnibus fuisset in salutem, & collegerunt concilium. De quo spiritussanctus dixerat per Psal. 30. Accipere animam meam consiliati sunt. Vnde figuratur hoc consilium. 2. Regum. 17. Absalonini iit consilium quomodo patrem expelleret & interficeret quod consilium dederat Achitofel. vnde se idcirco suspendit. Spiritualiter Absalon. i. cōmunitas pharisæorum iniuit consilium super patrem. i. Christū qui est pater noster secundum diuinitatem. Sed Achitofel. i. Caiphas dedit cōsiliū Iudæis vt interfice-

rent Christum. Psalm.105. Ipsi exacerbauerũt eũ in cõsilio suo. Et Psalm.21. Consiliũ malignantiũ obsedit me.s. Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo. &c. ☞ Aliud thema. Philosophus in libro. Meteororũ dicit. Aurũ in fundo ciphi potumq; reddit dulciorẽ. Ratio quia aurũ in se est dulcissimæ qualitatis probãt aquæ quarũ fundus est aureus quia tales dulciores sunt. Spiritualiter. Sic aurum passionis Christi dũ in cipho cordis recõditur facit dulcescere aquas tribulationis. Bernar. Nil dulcius in tribulatione quam meditari Christi passionẽ. Figuratur. Exod.15.cap. Vbi aquæ marath dulcoratæ sunt per lignũ. Et sic per lignũ crucis & per misericordiã in cruce acquisitã omnes nostræ tribulatiões dulcorantur. Vnde in introitu missæ dicit. Miserere mei domine quoniã tribulor libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a persequentibus me non confũdar quoniam inuocaui te. Vnde Psal. In te domine speraui non confundar. &c. In collecta. Cordibus nostris quæsumus domine gratiam tuam benignus infunde, vt peccata nostra castigatione voluntaria cohibẽtes temporaliter potius maceremur quã suppliciis deputemur æternis. Nã omnes carẽtes auro passionis confundẽtur interna egestate. Vnde in epistola, Hiere.17. Dixit Hieremias. Domine deus omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur. q.d. Et nõ in cœlo itẽ aurum confortat cor infirmorum, & sic Christus ideo subdit in lectione. Sana me domine, & sanabor, saluũ me fac, & saluus ero. Richardus. Nulla salus corporis & animæ. nisi in fœlicissima Christi passione. De quo thema, Expedit vobis vt vnus moriat. &c. ☞ In sũma euãgelii tria innuuntur. Primo fatuitas inanis consilii. ibi. Collegerũt &c. Secũdo vtilitas mortis Christi. ibi, Expedit vobis vt vnus. &c. Vel sic. In summa euangelii tria innuũtur, Primo ponitur cõsilii cõgregatio. ibi. Collegerũt, Secũdo vnius de cõsiliarii prælocutio, ibi. Vnus autẽ ex ipsis &c. Tertio ipsius sentẽtię ab omnibus condẽnatio. ibi. Ab illo ergo die, &c. ☞ De primo dicitur. In illo tẽpore. s. post resuscitationem Lazari, quũ aliqui de ipsis Iudæis credebant in Iesum, tunc pontifices & pharisæi moti sunt ex inuidia & ira ad tractandum de morte Christi. Et igitur tunc collegerunt consilium. ☞ Nota illud consilium fuit improuida congregatum ex tribus, quia

cum festinatione & ira & inuidia & insipientia, Nam dicit Socretes. Consilium debet fieri cum deliberatione. id est betrachtunge & maturitate, Vnde pœta. Quicquid agis prudenter agas & respice finem. Ipsi autem statim post resuscitationem Lazari non considerantes quid magis expediret inierunt consilium Prou. 10. Qui festinus est pedibus offēdet. Et sic ipse Socrates. Velox concilium sequitur pœnitentia. Varro philisophus. Imperitiæ signum est cito fieri quod difficillimum est, Vnde legitur do Augusto. Cęsare dixisse. Festinatio & teneritas male conueniunt duci. Satis celetiter fit quicquid benefit. Secundo cum ira quia audiunt quod populus iret post illum. Vnde Bœtius. Omnia enim subita mutatio rerum non sine conflictu continget animarum. De consilio tali dicitur. Genesis. 49. Simeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in concilium eorum non veniet anima mea, Hierony. De simeone pharisæi, de Leui pontifices orti sunt. O quam periculosum fuit concilium, cum feruore & ira celebratum. Grego. Ira si semel mētē possederit putat iuste fieri quod crudeliter fit. Item Gene 4. ca. Iratus Cain vehementer contra Abel interfecit eum, nota hystoriam. Chrisostom. Non potest pacifice loqui qui habet cor turbatum, nec seipsum cognoscere potest, quodi patet in aqua turbida. Catho. Ira impedit animum ne possit cernere verum, Tertio cum insipientia: quia sapiens attendit principium medium. & finem vt. s. sapienter incipiat & constāter persequatur & viriliter finiat. Inceperunt pharisæi cū fatuitate mādantes quod Christus caperetur. Vnde dicitur parum infra. Dederāt autem pontifices mandatum vt si quis cognouerit vbi sit iudicet, vt apprehendant eum, Persecuti sunt eum cum crudelitate, quia sententiam firmauerūt, & quærentes consilium aperte demorte eius tractauerunt, Vnde dicitur. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Finierunt autem cum sua destructione, quia illud quod timebant, scilicet ne perderent locum & gentem eis euenit, quia quod timet impius super eum euenit, vt dicitur, Iob. tertio cap. Tunc ponitur negocium super quo debet haberi diligēs inquisitio. cum dicunt. Quid facimus, id est, cur pigritamur, cur nobis non prouidemus, quia hic homo multa signa faci. Cui Iudæi credere debuissent p'us q̄ Mosi q nō tot signa fecit sed pauciora, vt patet Exod. 4. Et

plusquam Iohan.ad quē miserū sacerdotes & leuitas vt in terrogarent eum an esset ipse CHRISTVS. Iohan.1. Sed tamē ipsi indurati dixerunt. Si dimittemus eum sic.s. viuentē & signa talia facientē, omnes credēt in eum. & ve niēt romani: & tollēt nostrum locum & gentē. Romani e= nim & multi alii principes gentium in magna reuerentia dei tēplum habebāt. Vnde etiā Alexāder cum Hierosoly= mam festinaret, & Iudęi impetrum eius timerēt pōtifex in dutus pontificalibus, & in capite suo habēs cidarim in qua scriptum erat nomē dei tetragrammatō, id est quatuor hę raicum quo dicitur Ieue obuiam sibi processit, statimque Alexander de quo descendens nomen dei adorauit & pō= tificem veneratus fuit. Et cum super hoc a suis militibus ar gueretur respondit. Non istum sed deum in ipso adoraui. Deus enim cœli in isto habitu mihi apparuit, & principa= tum mihi promisit Persarum. Romani igitur & principes gentium in magna reuerentia habebant tēplum Christus autem prædicabat contra iudaica & cerimonialia ista esse delenda. Et sic cogitauerunt Iudæi, si Romani ista audie= rint templum contemnent, opes templi auferent & nos & nostrum locum tollent. Vel aliter secundum Augustinum Iudæi intendebant Romanis rebellare, & tributa eis nō soluere, Christus autem prædicabat non esse alicui resisten dū dicēs Matth.5 ego autem dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in vnam maxillam præbe ei & al teram, &c. Ideo timebant ne venientibus contra se Roma nis nullus remaneret qui ciuitatem vel templum defende ret. Vel aliter secundum Chrysostomus. Romani ordina= uerunt vt nullus rex cōstitueretur, & rex deberet nomina ri nisi mādarēt, multa autē turba Christū sequebatur, quæ etiam regem Christum ipsum confitebatur Et ideo timue runt quod si Romani audirent quod turba eum sequeretur & crederent quod vellent eis rebellare & si audirēt quod eum regem confiterentur, crederent quod vellent ipsum re gem facere, & sic venirent & locum & gentem tollerent Ista autem sicut dicit Chrys. Pharisæi quantum ad veritatē non credebant cum turba quę Christum sequebatur nō es sent milites armati nec armigeri sed inermes, sed tantum vt populū excitarent contra Christū. ☞ Dixi secundo po nitur vnius consiliarii prælocutio maliciosa cum dic vnus

autem ex eis Cayphas cum esset pontifex anni illius. Sed
diceres quare dicitur anni illius, quū tamē dominus consti-
tuit vnū summū sacerdotē, quo mortuo alter succederet?
Respōdet secūdū Augustin. Per ambitiones & contentio
nes constituerunt per se plures esse, & per singulos annos
suis vicibus ministrare. Expedit. Theophilus: Praua locut⁹
est intentione, sed spiritussancti gratia vsa est eius ore ad fu
turū præsagium. Greg. super Ezech. Quibusdam datur spi
ritussanctus in corde tantum vt contemplatiuis. 2. ad Cor.
12. Audiui arcana verba quæ non licet homini loqui. Qui-
busdam in ore tantum vt asinæ Balaam. Num. 22. Et Cai-
phæ. Et sic dantur quibusdam bona verba ad deuotionem
aliorum. Quibusdam vero corde & ore vt Isaiæ & Hiere-
miæ, & aliis prophetis. Vos nescitis quicquam neque cogi
tatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro popu
lo vt non tota gens pereat. In hoc enim verbo aliam inten
tionem habuit Caiphas, & aliam spiritussanctus. Intende-
bat autem Caiphas quod expediret quod CHRISTVS
occideretur priusquā ipsi a Romanis captiuarētur. Spiritus
autē sanctus qui per os suum prophetauit, intellexit quod
Christus pro humano genere moreretur, vbi dicit Augu-
stinus. Hic etiam docemur homines malos spiritu prophe-
tiæ futura prædicere, quod tamen euangelista diuino tri-
buit sacramēto. i. virtuti ipsius sacramēti. s. summi sacerdo
tii, cum. s. ipse Caiphas pontifex erat. Quamuis autem pro-
phetauit, ipse tamen propheta non fuit: Nā sicut dicit Aug.
super Genesim ad literam. Tria sunt quę faciunt aliquem
perfectum prophetam, Vnum est quod ipse aliquas visiōes
habeat. Secundum quod ipse istas visiones & reuelationes
intelligat. Tertium est quod etiam ipsas visiōes aliis ma-
nifestare sciat, Primum habuit Nabuchodonosor, quia sta-
tuam vidit, duo vero sequentia nō habuit, quia nec signifi
cationem intellexit, nec visionem Danieli narrare sciuit, &
ideo propheta non fuit. Duo autem ex his habuit Pharao,
habuit enim visionē quādo septē boues pingues & septem
macilētos vidit, & ipsam visionem Ioseph narrare sciuit,
sed nō habuit secundū, quia eius significationē non intelle
xit, ideo propheta non fuit: vnū autem ex his habuit Cai-
phas. Ipse enim de morte Christi nullā reuelationē habuit,
ipse enim intellectū quē habuit, spiritussāctus nō itellexit:

habuit tamē vnū,quia mortē Christi necessariā fore denū=
ciauit,& ideo similiter propheta nō fuit. Sed spiritussāctus
qui os asinæ aperuit,p istū etiā modū istā prophetiā prædi=
xit quod Iesus erat moriturus quādo dixit. Expedit vobis
vt vnus moriatur hō pro populo &c. Dixitertio ponitur
ipsius sentētiæ ab omnib⁹ cōfirmatio & approbatio:quum
dicitur. Ab illo ergo die cogitauarūt interficere eū. Pri⁹ qui
dē ipsū interficere cogitauerūt,sed modo diffinitiuā senten=
tiā ꝓtulerūt. Ista aūt sētētia fuit iniqua & iniusta ex animo
ex causa ex ordine. Tūc sētētia est iniusta ex animo quādo
ex ira vel inuidia profertur. Tūc est iniusta ex causa quā=
do sufficiens causa nō suffragatur. Tunc est iniusta ex ordi=
ne quando ordo iuris omittitur. Sententia igitur quam
principes & pharisæi super mortem Christi protulerūt fuit
iniusta ex animo,quia ex inuidia ipsū tradiderūt. Vnde di=
citur. Mat.27. Sciebat enim.s. Pilatus quod per inuidiā tra=
didissent eū. Itē Marc.5. Sciebat enim quod per inuidiā tra=
didissent eū summi sacerdotes. Secūdo fuit iniusta ex causa
quia nulla causa suberat mortis suæ. vnde dicitur Lucæ.23.
Nihil inuenio causæ in hoc homine, Et infra. Ecce ego co=
rā vobis interrogās nullā causam inuenio in homine isto ex
his in quibus eū accusatis,sed neque Herodes. Vnde dicitur
Iob.36, Causa tua quasi impii iudicata est,causam iudicium
que recipies. Et illud potest esse verbū patris ad filiū, quia
eius causa impie iudicata fuit. Ipse enim causam & iudiciū
a deo patre accepit. Iohā.5. Neque enim pater iudicat quē=
quā,sed omne iudiciū dedit filio. Tertio fuit iniusta ex ordi=
ne,quia nō fuit seruatus debitus ordo iuris,quia ipsum con=
dēnauerūt,nec spōte cōfessū,nec testibus cōuictū. Vnde di=
citur. Marc.14. Multi enim testimoniū falsum dicebant ad=
uersus eū & cōueniētia testimonia nō erāt. Quia igitur ista
sententia quia iudicatus est Christus sic fuit iniusta ex ani=
mo,ex causa,ex ordine,ergo ipse iustus iudex contra eos
proferet sententiam iustam quum dicet Matth.25. Discedi=
te a me maledicti,&c. Illa enim sententia erit iusta ex ani=
mo,quia non ex ira per vicium,sed ex ira per zelum pro=
feretur. Sapien.5. Accipiet armaturam zelus ipsius,& arma=
bit creaturam ad vltionem inimicorum. Erit iusta ex cau=
sa, quia opera misericordiæ non habuerunt. Vnde di=
cet. Esuriui & non dedistis mihi manducare, & cætera.

Erit iusta ex turis ordine quia nō proferetur nisi contra spō te confessos & testibus cōuictos. ipsi enim peccata sua spōte confitebuntur. Sapien. 5, Ego errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis &c. Conscientia eorum contra ipsos testificabitur, ad Romanos. 2. Testimonium illis redente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die qua iudicabit dominus occulta hominum. Tunc subdit Iesus iā non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, & ibi morabatur cum discipulis suis. Hoc fecit non propter defectum potentiæ, sed vt aliis exemplū demonstraret. In quo non apparet esse peccatum si fideles oculis persequentium se subtraherent & furorem sceleratorum latitando potius euitarent quam se ostendendo magis accenderent. Matthæ. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, & cætera. Dicit Origenes, quod nullus debet se periculis ingerere tum propter inexperiētiam propriæ virtutis quæ quandoque fragilis inuenitur. Tum etiam propter futuri euentus incertitudinem. 1. Corinth. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat. Tum etiam ne nos ingerētes persecutoribus occasionem præsternus eis vt magis impii & noxii fiant. 1. ad Corinth. 10. Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ dei, &c. Attamen valde laudabile & honestum est imminente iam periculo agone confitendi, eium nequaquam confessionem euitare nec recusare subire mortem grati veritatis.

De eodem, Sermo. II.

Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo & cętera. Ioannis vndecimo.

Verba proposita loquebatur spiritussanctus per os Cayphe. In quibus verbis exprimitur vtilitas passionis & mortis Christi. Et nota quod mors christi expediēs siue vtilis fuit angelus in cœlo, quia p̄ Christi morte angelorū ruina reparata est. Ephes. 1, Proposuit deus in dispensatione plenitudinis temporū instaurare in Christo id est per Christum que in cœlis sunt. Glo. id est, numerum angelorum adimplere. Et hoc tangit dominus in illa parabola, Luc. 15. Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex eis, nonne dimittit. 99. in deserto,

& vadit ad illam quæ perierat & quærit donec inueniat. Cum autem inuenerit ponit super humeros suos & veniens domum conuocat amicos & vicinos dicens illis, Congratulamini mihi omnes, quia inueni ouem meã quæ perierat. Homo iste est deus qui pro nobis homo fieri voluit qui habuit centum oues, i. nouem choros angelorum, & ex istis ouibus vna perdita fuit, id est, homo qui peccauit. Ideo dimisit, 99. i. nouem choros angelorum, in deserto id est, in cœlo, quod ideo desertum dicebatur, quia homo in eo non erat. Et venit in hunc mundum quærere ouem perditam. i. hominẽ quẽ plusquam. 33. annis quæsiuit cũ magno laborẽ & cum ieiunasset eam posuit super humeros eius quando crucem suam accepit & ad locum passionis portauit, vbi pro peccatis nostris mortem sustinuit. Et in die ascensionis cum lætitia magna ouem suam, id est hominem in domum suam reportauit, id est in cœlum. Et tunc ait ad angelos. Congratulamini mihi, inueni ouem meam quæ perierat. Et factum est tunc gaudium magnum angelis, quia restaurata est eorum ruina. ❧ Secundo expediens fuit patribus in lymbo quia per eius mortem de captiuitate inferni sunt liberati. Zach. 9. Tu autem domine in sanguine testamenti tui, i. per sanguinem filii, eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. i. gratia. Istud figuratum est Iosuę. 20 Vbi dicitur quod post mortem summi pontificis homicida qui expulsus erat de terra sua reuertebatur in terram suam Ita Adam homicida fuit, quia per peccatum occidit seipsum & totum genus humanum, & expulsus fuit de terra s. viuentium, in exilium huius mundi. Et postea cum posteritate sua descendit in lymbum & per nullum poterat eripi inde, & in terram suam reuerti nisi per mortẽ summi pontificis. Item officium pontificis in veteri lege fuit orare pro peccatis populi. Et hoc fecit Christus, Lucæ. 23. Pater dimitte, illis quia nesciũt quid faciũt. Et quã fideliter orauit. ostendit Apostous dicens ad Hebr. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Itẽ officium episcopi fuit victimas pro peccatis populi offerre. Et hoc fecit pontifex noster qui se pro peccato nostro obtulit. Heb. 9. Filius dei ingrediens mundum, dicit. Holocausto mata pro peccato tibi non placuerũt. Tũc dixi. Ecce venio, id est, Omnia holocausta antiquorum patrum que ob-

tulit summ⁹ pōtifex pro peccato primi hominis deo nō placuerunt. Tunc filius dei misertus nostri, patri ait. Ecce ego venio ad meipsum offerendum pro peccato hominis. Per mortem ergo huius summi pontificis liberati fuerunt sancti patres in lymbo. Expediens ergo fuit eis Christi passio.
℟ Tertio mors Christi expediens fuit hominibus in mundo, & hoc in multis, Primo vt chyrographum contra hominem diabolo datum per sanguinem Christi deleretur. Col. 2. Delēs quod aduersum nos erat chyrographū decreti quod erat contrarium nobis. Augu. Eua a diabolo peccatum mutuauit, chirographum scripsit, dedit fideiussorem, & vsque ad posteritatem creuit. Tunc enim a diabolo peccatum mutuauit quando contra præceptum dei suę prauę suggestioni consensit. Chirographum scripsit quando manum ad pomum porrexit, fideiussorem dedit quando Adam peccato consentire fecit. Et sic vsque ad posteritatem creuit, quia tota posteritās potestati diaboli est subdita. Et merito. Nam parentes nostri Adam, & Eua fecerunt emptionē cum diabolo & vendiderunt totum genus humanum pro vno pomo quasi pro nihilo. Quod conqueritur propheta. Isai. 52. Cap. Gratis venūdati estis, & sine argento redimemini. Similiter huiusmodi emptioni erat scriptum chirographum & priuilegium æternæ damnationis, & non poterat deleri nisi per sanguinem Iesu Christi. Vnde misertus damnationis nostræ venit in hunc mundum delens chirographum quod aduersum nos erat, sicut dicitur ad Coloss. 2. Glo. Peccatum Adę quod diabolus tenebat quasi cautionē decreti mortis æternæ deletum est sanguine Christi fuso in cruce, Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum non recordabor. Bernar. Agnosce homo quā grauia sūt & fuerūt animæ tuæ vulnera pro quibus necesse fuit Christum dominū mori & vulnerari. Si hoc nō fuisset ad mortem sempiternam, nunquam pro eorum remedio moreretur, Sic ergo patet quomodo per sanguinē Christi deletum est chirographum. Cum ergo deletum esset ꝑ sanguinem christi est scriptum aliud, chirographum, scilicet nostræ redemptionis. Est aūt scriptum chirographū nostræ saluationis in ouino pergameno, & cum ferreis pennis & cum rubeo incausto. Quia pellis fuit corpus Christi quæ ouis vēdita fuit ꝓ tredecim danariis a Iuda traditore,

& ad mortem ducta fuit vt inde pergamenum fieret. De cuius ductu dicitur Isaiæ.53. Sicut ouis ad occisionem duct⁹ est, & sicut agnus coram tondente se obmutuit. & non aperuit os suum. Ioann.18. Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum apprehenderunt Iesum & ligauerunt cũ & adduxerunt eum ad Annam primum, id est, primo, vbi est data sententia & alapa, deinde ductus est ligatus ad caipham, vbi sicut dicitur. Lucæ.22. Velauerunt faciem eius & percutiebant eum dicentes: Prophetiza quis est qui te percussit, & expuerunt in faciem eius. Deinde ductus est ad Pylatum vbi accusatus est in multis criminibus quorum erat innocens. Deinde ductus est ad Herodem qui spreuit eum & induit eum alba veste & illusit eum tanquam fatuum. Deinde iterum ductus est ad mortem. Sic patet quomodo ouis ista empta est & ducta ad mortẽ vt pergamenum inde fieret. Postea solet ouis excoriari. Sic Christus excoriatus est quando Pylatus vestibus exui eum fecit, & nudum ad columnam ligari, & ita virgis & flagellis verberari quod a planta pedis, vsque ad verticem non erat in eo sanitas, sicut dicit propheta Isaiæ. Primo cap. Et Bernardus etiam dicit. Volue & recolue pellem corporis Iesu a planta pedis vsque ad verticem capitis, & nihil inuenies nisi dolorem, nihil nisi mœrorem, Et ne caput eis remanere inexcoriatum: imposuerunt sibi spineam coronam: quam arundine incusserunt capiti ei⁹: intantum quod spinarum aculei benedictum caput eius penetrauerant, vt sanguis in faciem eius decurreret. Sic patet quomodo ouis ista est excoriata. Postea solet pellis extendi quantum, scilicet extendi potest super lignum, Sic ista benedicta pellis Iesu Christi. i. corpus eius extẽsum super ligno crucis, de quo potest exponi illud. Psal.103. Extendens cœlum sicut pellẽ. Cœlũ. i. corpus cœleste Iesu Christi. Certe bene sicut pellem quia intantum extensum fuit quod omnia ossa eius numerari poterant. Augustinus dicit quod foramina manum & pedum adeo nimis distabant: ita quod affixa vna manu alia non poterat attingere foramen, Vnde cum funiculis intantum distenderunt quod iuncturæ membrorum manifestis apparuerunt. Hoc est quod di. dominus in Psalmus.21. Dinumerauerunt omnia ossa mea. q.d. Intantum extenderunt me quod omnia ossa mea numerari potuerunt. Sic pa

tet quo modo cutis ista est extensa: Postea solet erigi in aerem & ad solem, vt sic detractis humoribus exiccetur. Sic cutis huius ouis id est, caro Christi cum cruce erecta fuit in monte caluariæ contra solem & in tãtum extractis humoribus exiccatus quod de seipso di. in Psalm. 101. Omnia ossa mea sicut cremium aruerunt. Percusus sum vt fœnũ & aruit cor meum. Ideo ex magna siccitate potum petebat dicẽs Sitio, & non potuit habere guttam aquæ: sed dabant ei acetum bibere felle mixtum & myrrathum quod cum gustasset noluit bibere, quia præ amaritudine non potuit. Et cum homines non compaterentur eius siccitati aquã sibi ministrando, sol sibi compatiebatur radios suos subtrahendo. Bernar. Dum sol cœlestis moreretur in terris: sol terrenus horrebat in cœlis. Sic patet quomodo exiccata est pellis, ita vt pergamenum fieret in quo chirographum nostræ saluations scriberetur. Facto autem pergameno scriptum est chirographum, sed quomodo? certe penna ferrea sicut Iob 19. prædixerat dicens. Quis mihi det vt exarentur. i. scribãtur in libro stillo ferreo. Ferreus stilus fuit lancea quę latus eius penetrauit, Et claui ferrei qui manus eius & pedes trãsfixerunt. Et tã grossæ fuerunt literæ istius scripturę quod in latere eius manus poni poterat. Vnde bene dixit dominus Thomæ Ioann. 20. ostendens ei vulnera sua in manibus infer digitum tuum huc & vide manus meas & affer manum tuam & mitte in latus meum. O quam magna erat hæc scriptura, quam ideo magnam esse voluit: ne per obliuionem de cordibus hominum deleretur. Mala. 3. Scriptus est liber monimenti, id est, litera vel chirographum æternæ recordationis coram eo timentibus dominum & cogitantibus nomen eius. Ideo in ecclesiis ante oculos nostros crux Christi depingitur ne obliuiscamur eius. Deute. 28. Erit vita tua quasi pendẽs ante te vt legas in eo hodie & in omni tẽpore. Et quid debemus in eo legere? certe tria quæ erant in eo scripta. De quibus Exech. 2. expãdit librũ coram me qui erat scriptus intus & extra & erãt in eo scriptæ lamentationes carmen & væ. Liber expansus est corpus CHRISTI expansum in cruce, qui libet scriptus erat intus & foris. Quia non solum habuit dolorem exterius corpore, sed etiam in anima ex compassione matris dulcissimæ quam turbatissimam vidit circa crucem stan

Item.Bernardus.O bone Iesu quam grauiter foderis extra, sed multo grauius foderis intra ex compassione matris tecum omnia participantis,& erant in eo scriptæ lamentationes quas faciebat in cruce pro peccatis nostris,, & pro redemptione nostra : quando cum lachrymis & clamore valido orauit patrē pro nobis:] sicut scribitur, Heb.5, Cū clamore valido & lachrymis offerens, supple preces ad patrē pro nobis: exauditus est pro sua reuerentia. Lamentabatur etiam propter hoc quod sua amara passio in multis peccatoribus esset perditas, qui nollent eam sibi facere vtilē & fructuosam. Bernardus. Fleuit Christus in cruce eo quod passio sua sufficeret ad redemptionem cunctorum, cum tamē profuit ad salutem paucorum. Secundo erat in eo scriptum carmen, id est canticum lætitiæ omnium eorum qui per eius passionem salui facti sunt. Luc.10. Gaudete & exultate. quoniam nomina vestra scripta sunt in libro vitæ, Item gaudium omnium peccatum erat scriptum in eo quod sumi potest ex hoc quod pro crucifixoribus exorauit :; & quod latronem sero pœnitentem sine pœna secum ad paradisum introduxit. Hoc potest esse magnum solatium omnibus peccatoribus hic pœnitentiam agentibus. Bernar. O bone Iesu non abhorruisti latronem pœnitentem, non lachrymantem peccatricem, non discipulum negantem: nec de ipsos cruxifixores tuos preuisti, Tertio erat scriptum in eo væ æternæ damnationis omnibus illis qui propter peccata sua de libro isto delebuntur, qui scilicet sanguine Christi sunt redempti, & iterum diabolo peccando se subdiderunt, de quibus dicitur Psalm.68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Et de talibus dicitur Apoca.20. quod Iohannes vidit dominum sedentē in throno, & iudicantem magnos & pusillos,, & apertus est liber vitæ, & qui non est inuentus in libro vitæ scriptus : missus est in stagnum ignis. Hoc erit in die iudicii quando mali mittentur in profundum inferni: tunc erit eis æternaliter væ. Vndi di, anima damnati illud Hierem.15. Væ mihi. mater mea quare me genuisti, &c. Et Hieremiæ.45. Vę mihi misero quia addidit dominus dolorem dolori meo. Laboraui in gemitu meo & requiem non inueni, Hoc merito dicent peccatores, qua hi in peccatis laborant, & dolorem conscientiæ in ista vita habent, & post hāc vitam dolorem

habebunt æternum.

Sabbato, Sermo. I.

VBleuatis oculis in cœlum dixit. &c. Iohan. 17. Videmus quando aliquis recessurus est ab amicis suis quos veraciter dilexit: si considerat eos aliquibus rebus indigere, sine dilatione dat eis quas eis absque suo incommodo dare potest. Et non petit ab alio vel ab aliis quod suis amicis necessarium fore conspicit. Et confortat eos consolando si viderit eis aliquid aduersitatis obuiare, quia iacula quæ præuidenter minus lædunt, Sic Christus Iesus recessurus per passionem suam de hoc mundo & relinquens posse amicos, videlicet dilectos discipulos suos sciuit eos indigere multis. Ideo donauit eis corpus suum in cibum. & sanguinem in potum. Item docuit eos dilectionem & humilitatem habere ad inuicem: & confortauit eos exemplo exhortatione, & oratione. Vnde orauit pro seipso, non discipulis & pro omnibus fidelibus, sicut patet in hodierno euangelio vbi tria tangi videntur. Primum est Christi pro seipso oratio, quod postulatio probat clarificandi, ibi. Sublevatis oculis in cœlum dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Christus enim orauit: non tantum ad aliquid impetrandum, sed etiam ad dandum orandi nobis exemplum. Ideo sua oratio describitur hic optimis circumstantiis disposita. Primo scilicet quod verbum prædicationis initietur orationis suffragio ergo terminari debet ad orationem, sicut incipitur ab oratione, ad Colo. 4. Orantes simul & pro nobis vt deus aperiat nobis ostium sermonis, Eccli. 43. Consummatio sermonum ipse est. Consummatio hæc innuitur hic quia cum locutus fuisset, post hoc orauit. Secundo, sicut nos oculos in oratione ad cœlum subleuamus. subleuauit & ipsi oculos. Psalm 122. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Dispositio enim cordis maxime relucet in oculis. In oratione autem mens debet leuari ad deum secundum Damascen. Oratio est eleuatio mentis in deum, Ad quod significandum eleuantur oculi, & cum hoc sunt operationes in deum referendæ. Thre. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cœlos. Per manus enim designantur operationes. Tertio vt ex filiali dilectione & affectu oretur, ideo

ait pater. Hiere. 3. Patrem vocabis me. Quarto Vt in tēpore tribulationis per orationem homo recurrat ad deum. sicut dominus noster hic ait. Venit hora. s. passiōis &c. Psal. 119. Ad dominū cum tribularer clamaui. Et. 2. par. 20. Cū ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros diregamus ad te. Quīto: Vt oratur pro vtili: sicut dominus qui dixit. Clarifica filium tuum. s. per miracula in passione, ostendendo quod sim filius tuus. Vnde Cēturio visis miraculis multis ait. Vere filius dei erat iste. Item in resurrectione incepit habere gloriam corporis cum anima. A principio enim suę conceptionis ex dei coniunctione & visione habuit gloriæ claritatem, Ioh. 1. vidimus gloriam eius, &c. Fructus huius clarificationis est vt filius ecōuerso clarificet patrem in notitia hoīm. Vnde gloria est clara noticia cum laude, Notitia aūt patris erat clara apud Iudeos. Psalm. 85. Notus in iudæa deus. Sed postea notus factus est per filium toti mundo: vt boni viri per bona opera notitiam dei clarificarent. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Sicut dedisti ei potestatem oīs carnis: vt omne quod dedisti ei det eis vitam ęternam, vbi ponitur petitionis fructus. Pro quo sciendum quod agentis cuius libet quod agit ab aliquo intentio est reducere suum effectum in causæ manifestationem. Nam ex actione principii quod est de principio manifestatur ipsum principium: sic filius quicquid habet, a patre habet: ideo oportet quod per ea patrem manifestet. Et ergo sicut dedisti filio potestatem super omnem carnem, id est, super omnes homines, necessarium est vt per hanc ducas eos ad tui cognitionem quæ est vita æterna. Dedisti inquit secundum Hylarium, dando ei per æternam generationem naturam diuinam per quam habet potestatem omnia continendi. Matthæ vndecim. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & cæ. Vel dedisti ei CHRISTO homini propter consortium personale ad filium tuum: vt sic caro haberet potestatē sup carnē. Mat. vl. Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Dan. 7. Dedit ei potestatem honorem & regnum & omnes populi trib⁹ & līguæ & ipsi seruiēt Ad hoc inquit dedisti: vt sicut tu habes potestatem honorē ab homine aliquid accipias, sed vt teipsum eis cōferas. Ita

& in chriſto hominivt omne quod dediſti ei p æternã prę deſtinationem de eis vitam æternam Ioan.10. Oues meæ vocē meam audiunt, & ego vitam æternã do eis. &c. Etiã hæc vita æterna pertinet ad gloriã patris. Ideo ſubdit, Hęc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum deum, et q miſiſti IESVM Chriſtum. Poſſet cum aliquis credere quod iſta vita æterna per deum fidelibus, danda conſiſteret in carnalibus bonis. Et ſicut dicunt Saraceni qui expectant in alia vita in voluptatibus carnalibus & diuitiis et conſimilibus præmiari ſecundum quod dicuntur Machometi Quæ tamen vita ſecundum philoſiphum dicitur vita pecudum, primo Ethicorum, Propter quod ipſe Auicenna hæc conſiderans dixit quod propheta quem vocabant Machometum promittit eis fœlicitatem in præmium quam multi ſapientes non atttenderunt. Similiter Iudæi reſurrectionem futuram expectantes ad vitam carnalem. Et ideo fœlicitatem vitæ futuræ credunt conſiſtere in bonorum temporalium plenitudine & honores & bonorũ pacis tranquillitate, Hoc autem remouet Saluator dicens. Hæc eſt vita æterna &c. Vita enim æterna conſiſtit eſſentialiter in conſpectu claro ipſius diuinitatis. At tamen habet coniunctam fruitionem quæ eſt campletiua fœlicitatis. Et conſequenter vero conſiſtit in conſpectu humanitatis Chriſti, quæ eſt inſtrumentum nos inducēs ad beatitudinem principalem. Beatitudo enim hominis non conſiſtit in coniunctione ad aliquod bonũ temporale, vt corporale vt dicunt Iudes Saraceni ſed conſiſtit in cognitione ipſius primi, & ſimul boni per apertam viſionem & fruitionem.

¶ Pro quo vlterius ſciendum quod viuere proprie dicim⁹ illa quæ ſeipſa mouent ad operandum. Quæcunque autem non niſi ab altis mouentur: non dicuntur viuentia, ſed mortua. Et ideo omnes operationes ad quas operans mouet ſe dicuntur opera vitæ: ſicut velle intelligere, ſentire, moueri augeri. Dicitur autem aliquid duppliciter viuere. Aut quia habet opera vitæ potentia: & ſic dormiens dicitur viuere, quia habet poteſtatem mouendi ſcilicet actu non mouetur. Aut quia iam exercet opera vitæ in actu & tũc perfecte dicitur aliquid viuere, vnde ſomnis dicitur vitæ dimidium Inter opera autem Vitæ vlterius eſt opus intelligentiæ quod eſt intelligere, Et ideo operatio intellectus ma-

me est vita. Sicut autem idem est sensus in actu & sensibile in tactu: ita intelligens & res intellecta in actu. Quum ergo intelligētia sit vita & intelligeres sit Viuere, sequitur ꝙ intelligere per essentiam æternam sit vita æterna. Deus autem sic est æternus. Intelligere ergo & viuere æternaliter est vita æterna. Et ideo dominus dicit quod in visione con sistit vita æterna scilicet principaliter secundum totā suam substantiam. Amor autē est mouens ad hanc, & quodammodo est eius cōplementū. Nam ex delectatiōe quæ est ex diuina fruitione quam facit charitas. est conplementum & decor beatitudinis. Sed eius scientia in visione cōsistit æterna. 1. Ioh. 3. Videbimus eum sicut est. ¶ Est considerandum vlterius quod quū dicitur. Hæc est vita æterna vt cgnoscant te solum &c. Per hoc non dicitur quod solꝰ pater sit deus: & filius creatura, vt dicebat Arrius: quia hæc dictio exclusiua solum non determinat ly te, vt sit sensus ꝙ solus pater sit deus: & filius sit creatura: sed determinat ly deum. Et est sensus, quod illa est sola diuinitas vera quæ est in patre: & sic non excluditur filius a diuinitate, sed magis excluditur, sic quod vna sit diuinitas in vtroque. Sed excluditur vera diuinitas ab aliis diis qui a gentibus colebantur sicut a Iosue, Saturno & aliis. Subdit. Ego clarificaui te super terram opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam & nūc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate q̄ habui antequam mundus fieret apud te. Hic ponitur ratio quare sua oratio debeat exaudiri, quia videlicet veritatem fidei docuit inter homines, ideo ait. Ego glorificaui te super terram. s. te in fide & in innocentia hominibus manifestando. Isa. 24. In doctrinis clarificate dominum. Item quia perfecte obediui patri carnem assumendo vel mortem patiendo, ideo ait. Opus consummaui & non consummanbo quia iam factum prędestinatiōe, & pro iam facto est habēdum quod certissime est futurum. Et dicit notanter quod dedisti & non misisti, quia non sufficit nobis quod aliquid mandetur nisi iuuenimur diuinitus: quia quicquid fecit secūdū quod homo accepit a deo patre, & sic nos nihil boni facere possumus nisi ex dono dei. Sap. 8. Non possum esse con tinens nisi deus dederit mihi. Et quia Christus sic clarificauit docēdo, & cōsūmauit moriēdo. ideo postulauit prēmiū dic. Et nūc clarifica. i. clarū fac me cōsedere ad dexterā tuā

claritate quã habui pri⁹ q̃ mũd⁹ fieret apud te.i.in tua prædestinatiõe. Marc. vl. Domin⁹ qdẽ Iesus post quã locut⁹ est eis assumptus est in cælũ: & sedet a dextris dei. Vel aliter Núc clarifica,di.illius gloriæ quã habeo æternaliter tecũ secũdũ diuinitatẽ fac participẽ naturã mortalẽ quã assumpsi propter humanã salutẽ ❡Cõsequẽter pro secũdo principali tãgit pro discipulorũ collegio deprecatio quod operatio probat cõseruãdi quã dicit. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus quos dedisti mihi de mũdo, tui erant, & mihi eos dedisti vbi Volẽs Saluator orare pro discipulis ponit ratiões quare sĩ pro eis orãdũ, dicẽs: Manifestaui.q.d.secũdũ Augu. Vt filius tuus clarificet te. Quæ quidẽ clarificatio iã in tẽpore impleta est:quia manifestaui nomẽ tuum &c. Vel secundũ Chrisost.dico ꝙ cõsummaui opus quod dedisti mihi vt facerem. Quale autẽ opus sit, respondet quã dicit. Manifestaui nomẽ tuũ &c. quod est propriũ opus filii dei qui est verbũ cui est propriũ manifestare. Matth. 11. Neque patrẽ quis nouit nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. ❡Et sciẽdum ꝙ deus pater tripliciter cõsideratur. Primo inquãtũ creator, et sic notus erat gentibus. Roma. 1. Inuisibilia dei a creatura mũdi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciũtur. Secundo inquãtũ ei soli debetur cultus latriæ. Sic nõ erat notus gentibus qui etiã aliis diis cultũ latriæ exhibebãt. Tertio inquãtum est pater vnigeniti filii: sic erat ignotus Iudęis & aliis, sed innotuit per filiũ quãdo apostoli crediderũt eũ esse filiũ dei. Secũdo ratio ex parte Christi sumitur quia erat magister discipulorũ, & ipsi eius discipuli. Bon⁹ autem magister debet zelare ꝓ suis discipulis, & eos diligere, & quãtũ ad hoc dicit, hominibus quos dedisti mihi.s.homini ad obediendũ, quia apostoli fuerãt specialiter cõiuncti ipsi Christo Iohã. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eũ. Et hoc est ex dono & gratia dei quod quis venit ad Christũ. Ephes. 2. Gratia dei saluati estis per fidẽ, & hoc nõ ex vobis dei enim donum est, nõ ex operibus, vt ne quis glorietur. Dedisti inquit de mundo.i.a mũdo electos Ioan. 15. Quia de mũdo nõ estis: sed elegi vos de mundo.s. ad obediendum Deo. Boni autem datoris est, quia tui erant secundũ diuinitatẽ vt predestinati ab æterno per gratiã ad futurã gloriã peruenirẽ. Ephes. 1. Elegit nos ante mũdi cõstitutionem &cę. Et mihi eos dedisti, q.d. Quod antea de eis

mecū præordinasti, hoc opere faciēdo implesti vt mihi adhærerēt. Et sermonē meū seruauerunt, quia oīa quæ dedisti mihi abs te sunt, quia verba quæ dedisti mihi dedi eis. Vbi ponitur tertia ratio quæ est deuotio discipulorū ad patrem, quia sermonē meum seruauerūt in corde per fidē, in opere per impletionem Prou. 7. Serua mādata mea vt viuas. Ioā. 15. Si seruaueritis mādata mea, manebitis ī dilectione mea. Sicut & ego patris mei præcepta seruaui. Sed hoc quod sic seruauerūt, videlicet sermonē tuū, redūdat ad gloriā tuā pater, Nā hic sermo meus. & quod oīa quæcunque habeo, a te habeo. & ipsi nūc cognouerūt quia oīa quæ dedisti mihi. s. homini filio, abs te sunt. Ioan. 1. Vidimus gloriā eius quasi vnigeniti a patre plenū gratiæ & veritatis. Vidim⁹ eū quasi oīa a patre habentē, & per hoc cognouerūt quia acceperūt, & clarificaris in mente ipsorū. Ratio autē huius clarificatiōis quod. scilicet obedientia discipulorū redūdat ad gloriā patris ponitur quū addebatur verba quæ dedisti mihi. i. plenā cognitionem veritatis quā habuit anima mea ab instanti conceptionis. Ioā. 1. Plenū gratia & veritate, id est cognitione, Dedi eis interius & exterius docendo. Ioā. 6. Oīa quæcunque audiui a patre meo loquor in mūdo, Et ipsi acceperūt & cognouerūt vere quia a te exiui. Et crediderūt quia tu me misisti. Acceperūt inquā doctrinā meā non existentes rebelles mihi Isaiæ. 50. Dominus aperuit mihi autē ego autē non contradico, retrorsum non abii. Et accipiētes cognouerūt quia a te exiui. hoc enim cognouerunt per doctrinam Christi, & per eius miracula. Cognouerūt autem non cognitione patrię, de qua. 1. Corint. 14. Tunc autem facie ad faciem. sed cognitione vię & imperfecte de qua ibidem. Videmus nunc per speculum in ęnigmate. Ideo addit Et crediderūt. s. firme & stabiliter. Quia tu me misisti. Gal. 4. Misit de⁹ filiū suū factū ex muliere, factū sub lege &c. Et secūdum Aug. idē est, A te exiui, & tu me misisti, sed secūdum Hyl. aliud est, quia secundū eū exire pertinet ad ęternā gñationē. mittere vero ad īcarnationē. Sed dicendū si loquimur secūdū diuinitatē sic. aliud est exire & aliud mitti. Si vero secūdū hūanitatē. sic idē est secūdo Aug. Ego pro eis rogo nō pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & oīa mea tua sunt, & tua mea sunt. Et clarificatus sum in eis. Vbi ponitur quarta ratio ex parte custodiæ Christi,

cui erant aposto. specialiter cõmissi, ideo ait. Ego pro eis rogo, non pro mũdo, i. pro mũdi dilectoribus, sed pro his quos dedisti mihi, vt discipulos & obedientes specialiter, quãuis omnia sunt in mea, potestate, Psal. 2. Postula a me & dabo tibi gentes. &c. ¶ Sed di. quare nõ pro omnibus rogat, quũ dicitur, 1. Ioh. 2. Aduocatũ habemus apud patrem IESVM Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris &, nõ pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Et. 1. Ti. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; Dicendũ quod quantũ est de se ista oratio efficax est, vt valeat toti mundo, sed tamen non in omnibus sortitur effectum nisi in sanctis & electis, & hoc propter ĩpedimentum mundanorum, Tui sunt per æternam prædestinationem, sed non erant ita sui vt filius eos non haberet: nec ita dantur filio vt auferantur patri. Ideo ait. Et omnia mea tua sunt, quia propter inseparabilitatẽ vnionis humanitatis & deitatis in Christo fit idearũ cõmunicatio attribuendo ea quę sunt hominis, ipsi deo, & econuerso, Sicut enim demõstrato Christo, hæc est propitiatio Vera. Iste homo creauit stellas ita hæc est vera, deus mortuus est. ☞ Sed notandum quod pater primo quædam habet quæ pertinẽt ad essentiam suam sicut est sapientia bonitas, & huiusmodi quę nihil aliud sunt quã sua essentia, & hæc protestatur filius se habere. Ioh. 16. vbi loquens de processione spiritus sancti dic. De meo accipiet & annunciabit vobis. Et hic. Quæcunque habet pater, mea sunt. Et dicit omnia, que licet vnũ sint re, referuntur tamen multa ratione. Secũdo habet quædã quæ pertinent ad possessionẽ sanctitatis quę sunt consecrata per fidẽ. sicut oẽs sancti & electi de quibus supra dicit. Tui erant, & mihi eos dedisti. Et etiam ista protestatur se filius habere. quã dicit de eis loquens. Et tua mea sunt. Tertio habet quædam pater per modũ possessionis, sicut omnes res creatas, Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarũ, & vniuersi qui habitant in eo. Et hæc omnia sunt filii. Vnde in parabola de filio prodigo. Luc. 15. dicit pater filio seniori. Omnia mea, tua sunt. Dicit etiam notanter Clarificatus sum in eis, quia apostoli eius gloriam partim cognoscebant, & in propinquo plus cogni turi erant. 2. Pet. 1. Non indoctas fabulas secuti notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem & pręsentiam, sed specula-

tores facti illius magnitudinis. Et iã nõ sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Vbi ponitur quinta ratio quæ sumitur ex necessitate imminēte apostolis, quia Christus recessurus erat ab eis cuius pręsentia corporali erāt cõfortati, & ideo tunc indigebāt deo patri specialiter commendari, & ideo dicit. iã no sum in mūdo. i. in propinquo recessurus sum ab eis, vel nõ sum in mūdo adhęrēdo sibi per effectū. Sed hi in mūdo sunt. s. remanētes in tribulationibus mūdanis. Et ego ad te venio secūdum quod homo ad dexterā tuā. Et ideo iustū est vt pro eis orē a quibus corporaliter accessurus sum. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnū sicut & nos vnum sum? Pręmissis rationibus quibus debet pro eis rogare, iam consequēter petit pro eis. Primo conseruationē a malo, dicens. Pater sancte serua eos in nomine tuo. i. in fide ac confessiōe veritate ac virtute nominis tuis ab omni malo. Psalm. 126 Nisi dominus custodierit ciui, &c. Quia bonū nostrū nõ est solum in hoc quod habemus esse a deo, sed oportet vt cõseruemur ab ipso, quia vt dicit Greg. Omnia in nihilum redigerent nisi ea manus omnipotens continerent. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Et conserua eos sic vt sint vnū sicut & nos quia quælibet res conseruatur in esse quādiu est vna, sed desinit esse per diuisionem. Matth. 12. Omne regnum in se diuisum desolabitur. Vel conserua eos ad hoc vt sint vnum. Nam in vnitate spiritus consistit nostra tota perfecto. Epheseorum. 4. Soliciti estote seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Psal. 132. Ecce quam bonū & quā iucundum habitare fratres in vnum. Addit autem. Sicut & nos vnū sumus. Sed contra. Ipsi vnus sunt per essētiā, ergo & nos, quod est falsū, igitur, &c. Dicēdū quod duplex est vnita in diuinis personis. s. vnitas naturæ, Ioh. 10. Ego & pater vnum sumus. Et vnitas amoris in patre & filio quæ est vnitas spiritus, & vtraqꝫ est in nobis, nõ ęqualis per æquiparātiā, sed per similitudinē & imitationē longinquā. Pater enim & filius sūt eiusdē naturę numero. Nos autē sumus vnū in natura secūdū speciē. Item ipsi sunt vnū per amorem nõ participatū ex dono alicuius, sed ex eis procedentem. Nā pater & filius diligunt se spiritusancto, nos autē per amorē participatū ex aliquo superiori. Subdit. Cū essem cū eis seruabāt eos in noīe tuo, quos dedisti mihi cū-

stodiui, & nullus ex eis periit nisi filius perditionis vt scriptura impleretur. Nunc autem ad te venio, vbi ponitur necessitas conseruationis diuinæ, quia quum esset cum eis præsentia corporali de qua Baru. 4. Post hæc in terris visus est & cũ hominibus cõuersatus est, seruabã eos. i. Custodiebam a malo, & peccato, non virtute humana, sed diuina, ideo dicit in nomine tuo. Bene ergo quũ negasset se dominus dæmoniũ habere, nõ negauit se custode, sine samaritanũ esse vt dicitur Ioa. 8. quia ipse custos est. Isai, 21. Custos quid de nocte, &c. Debitum aut cõseruationis est, quia dedit sibi ipsos. Vnde ait. Quod dedisti mihi. Quiuis enim tenetur custodire sibi deputatos. 3. Regũ. 20. Custodi virum istum qui lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, & Abac. 2. Super custodia meã stabo, & figam gradum super munitionem. Sic stare debet prælatus super sibi commissio grege. Luc. 2. Pastores erãt in regione eadem vigilantes. & custodiẽtes vigilias noctis super gregem suum. Custodia autem CHRISTI tam efficax fuit quod nemo ex eis periit nisi filius perditionis. s. Iudas qui ad perpetuam perditionẽ erat prædestinatus & a patre præordinatus. Sic enim aliqui deputati ad mortẽ dicuntur filii mortis. 1. Re. 26. Viuit dominus: filii mortis estis vos, & Mat. 23. Vę vobis scribę & pharisæi, hypocritę qui circuitis mare & aridã vt faciatis vnũ Proselytũ, & quũ fuerit factus: facitis eũ filiũ mortis duplo quã vos. vt scriptura quã. s. prędixit dauid in Psal, 108. Deus laude meã ne tacueris. s. quod esset proditurus me ĩpleatur, & tenetur, ly vt cõsecutiue & nõ causatiue. Sed iterũ ait. Nũc ad te venio per mortẽ meã Ioã. 16. Iterũ relinquo mũdũ & vado ad patrẽ, & hæc loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

☞ Vbi sciẽdum quũ supra dixit: Nũc ad te venio, posset aliquis suspicari quod nõ posset eos seruare ab eis recedẽs vel quod pater eos ante non seruasset. Vnde dicitur: Ego seruabã eos in nomine tuo, ideo, rationẽ dictorũ assignat hic dicens. Hęc loquor in mudo. quasi diceret hactenus locutus sum sicut homo orans sed hæc loquor propter consolationem discipulorum existimantium me esse hominem purũ, vt saltem consalentur in hoc quod eos tibi patri quem maiorem credunt recommendo gaudẽtes se esse in protectione patris secundum Chrysostomũ. Vel aliter secundũ Au-

gustinũ vt referantur hæc verba ad hoc quod supra dixit, Vt sint vnum sicut & nos, & sic ponitur vt fructus vnitatis, quasi diceret. Hæc loquor in mundo, scilicet vt sint vnũ vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Quod quidam consequitur ad vnitatem spiritus p quam peruenerũt ad gaudium vitæ æternæ quod est plenum. Illud autem gaudium ad vnitatem sequitur, quia vnitas & pax faciunt perfecte gaudere. Prou. 12. Qui ineũt pacis consilia sequitur eos gaudium, & subdit. Ego dedi eis sermonẽ tuum, & mũdus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Vbi ponit aliam rationem quare apostoli indigebant a deo specialiter conseruari, quia erant Iudæis odiosi propter doctrinã Christi, & hoc allegat Saluator dicens. Ego dedi in sermonem custodiendum & prædicandum, quod quidam est donum maximum & beneficiũ. Prouerb. 4. Donum bonũ tribuã vobis, legẽ meã ne derelinquatis. Sed ex hoc mundus eos odio habuit. Lucæ. 6. Beati eritis quũ vos oderint homines, &c. 1. Ioan 3. Nolite mirari si odit vos mundus. Causam huius addit, quia non sunt de mundo, quia spiritus facit hominem de mundo recedere, nõ scilicet adhærendo ei per affectum, licet sit in eo corporaliter. Sermo enim dei hominem deo coniungit, cui nullus coniungi potest nisi a mundo recedat. Qui enim diligit mundum, non est perfecta charitas dei in eo, quia sicut omne simile diligit sibi simile, ita odit dissimile. Sapient, 2. Grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius, Exemplum addidit quum diceret. Sicut & ego non sum de mundo, hoc verũ est quantum ad effectum & originem, quia isti habuerunt originẽ de mundo, Christus autem non, quia de spiritusancto conceptus est. Matthæ. 1. Non rogo vt tollas eos de mundo per corporalem præsentiã propter vtilitatem fidelium qui per eos credituri erant Marc. vlt. Euntes in mundum vniuersũ, prædicate euangelium omni, creaturæ. Peto autem vt conseruentur a malo. s. mũdi. Graue enim est vt homo inter malos immunis a peccato existat quum totus mundus in maligno positus est. Isaiæ. 43. Quum transieris per aquas tecũ ero, & flumina non operient te. Quum ambulaueris in igne flamma non ardebit in te. Ratio autem huius petitionis additur, quia de mundo non sunt.

Sed diceres cum hoc supra dictum sit quare hic reperit, videtur quod sit inutilis repetitio? Dicendum quod statim supra eadem verba dixit, ad ostendendum causam quare habeantur odio in mundo, hic vero dicuntur ad assignandum rationem quare debeantur seruari a malo a deo. Ex quo datur intelligi quod idem est propter quod sancti odiuntur a mundo & diliguntur a deo. s. contemptus mundi. Iacob. 2. Nonne elegit deus pauperes in hoc mundo, diuites in fide:, & hæredes regni. &c.

De eodem, Sermo. II.

Sermonem meum seruauerunt. Ioh. 17.

In istis verbis commendat ipsa veritas. s. filius dei discipulos suos de hoc quod sermonẽ suum seruauerunt. Horum autẽ discipulorũ imitatores esse debemus vt domini sermonem & ea quæ nobis expediunt diligenter seruemus. Et ad presens inter alia quatuor sunt seruanda. Seruare nanque debemus animam peccati sorde, deum quum ad nos venerit, mãdatum dominicum & pacem, primo nanq; seruanda est anima a peccati sorde. Nota si aliquis vinũ habet in dolio diligẽter custodit ipsum ne corrumpatur. Multo fortius & diligentius custodienda est anima ne per peccatum inficiatur. Prou. 4. Omni custodia custodi cor tuum, quia ab ipso procedit vita tua. Deut. 4. Custodi temetipsum & animam tuam sollicite. Si mundam seruauerat animam suam illa quæ dicebat Thob. 3. Tu scis domine quia mundam seruaui animam meam ab omni cõcupiscentia. Quod autem quilibet homo animam suam custodire debeat beatus Bernadus ostendit dicens. Si tempore passionis Christi in vase vitreo haberem de sanguine Christi parum: diligenter custodirem ne vas frangeretur & ne sanguinem amitterem. Fortius debet quilibet animmam suam propriam custodire precioso sanguine Christi redẽptam in fragili corpore positam. Secundo debemus diligenter seruare deum in corde, sicut homo hospitem magnum quem hospitio suo suscepit diligenter seruat & honorifice custodit, quia magnus hospes non recipitur nisi cum magno commodo: sic quilibet Christum in pascha suscipiens diligenter seruare debet. Prou. 27. Qui seruat ficum comedet fructum eius & qui custos est domini sui glorificabitur. Propter quod

tota enim salus tua eius salute est, da igitur honorem hospiti tuo tanto, quia si quid honoris est in te, hospitis beneficio tibi euenisse cognoscas, discessus enim eius probat quid præsentia eius conferet. Tertio diligenter seruare debem⁹ mandatum dominicum. Nam dicitur Iohan. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me, & Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata dei, & 1. Iohã. 3 Qui seruat mandata eius in illo manet, & ipse in eo. Deinde. Eccle. 15. Si volueris mandata seruare, conseruabũt te. Hierony. Aeternam vitam non nisi per diuinorum præceptorum custodiam promereri possumus, quia qui vitam nõ habuerit regni cœlestis non potest esse susceptor in quo nõ mortui, sed viui requiescunt. Item non potest a domino mereri quod petit qui non vult audire quod iussit. Quarto debemus seruare pacem, de qua Apostolus ad Ephe. 4. Solli, sitis seruã vnit, spiritus in vinc, pac. Glos. sollicitu. id. studiosi, cauti & attenti seruate. Hæc pax est si bona nostra inuicem comunicamus, si pecatam que sine damno tritici aut cum spe salutis corrigendorum eradicari non possunt vsque ad messem vltimum toleramus, diligenter autem mandata huius pacis sunt seruanda, sed qualiter seruari debant Isid. ostendit di. pax cum bonis semper est habenda, & bellum cũ vitiis mala siquidẽ impiorum odienda sunt. Item nota alia quatuor quæ diligenter seruare debemus vIc3 patiẽtia in aduersis ne frangamur, timorem domini in prosperis ne extollamur, verbum dei vt inflammemur & illuminemur fidem catholicã, vt coronemur. Primo ergo seruãda est patientia in aduersis ne frangamur. Apocal. 3. Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, Ideo dicit Augu. Qui fuerit patientior ad iniuriam tolerandam, præstantior constituetur in regno dei, sed qui perdit patientiam perdet coronam. ☞ Secundo seauare debemus domini timorem i. e in prosperis eleuemur. Eccle. 2. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Sed quid timor domini in anima operetur, Bernar. declarat dicẽs. Timore anima concutitur, conscientia discutitur: sollicitudo incutitur, amor dei custoditur. Qui habet hanc gratiam, omnem odit iniquitatem. Sine hac gratia gratiarum, Primo nullũ bonum pullulat, vel manere potest virtutum ædificiũ, sed illico vertitur in præcipitum si huius amiserris præsidiũ,

Tertio seruare debemus verbum diuinum vt inflāmemur & illuminemur, vtrumque enim verbum diuinum pparat, & idcirco seruandum, propter primū dicitur Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum, tuū, & lumen semitis meis De secundo ibidem. Eloquium domini inflammauit me. Et de his duobus Hierem. 20. Factus est sermo tuus in corde meo quasi ignis exestuās claususque in ossibus meis. Quod autem verbum domini hominem beatum faciat, testatur dominus Ioann. 8. dic. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit inæternum. Sed qui verbum dei nō libenter audiunt, nec de ipso curant, in die iudicii horribilem vocem audient, quia di. Bernardus. Si durum vobis videtur audire, agite pœnitentiam, eratis, quia audituri estis sermonem durissimum. Ite maledicti in ignem æternum. Quam bonum autem Et audire verbum dei dicitur Apocalipsi. 3. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. 1. Ioannis. 2. Qui seruat verbum eius, vere charitas dei perfecta est in illo. Bernar. Serua sermonem dei quoniam dulcia sunt faucibus tuis eloquia dei & cor viuificant. Psalm. 118. Eloquium tuum viuificauit me. Quarto seruare debemus fidem catholicam vt coronemur. 2. Tim. 4. di. Apostolus. Fidem seruaui de reliquo. id est. de futuro, reposita est mihi corona iustitiæ. Quantæ autem potestatis & virtutis sit fides ostendit. Bernardus super cant. dicens. Fides inaccessibilia attingit, deprebendit ignota, comprendit immensa, apprehendit nouissima. Ipsa que deum in æternitate suo latissimo sinu concludit, & cætera.

De eodem. Sermo. II.

PRO eis rogo non pro mundo Ioannis. 17. Bonus & mitis rex solet habere aduocatos & milites mites sed non rebelles. Spiritualiter & sic rex gloriæ exaudit obediētes & fideles. ergo clamat ecclesia in introitu, Miserere mihi domine quoniā tribulor, libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum, & a persequentibus me domine non confundar, quoniam inuocaui te. Sed non rebelles, vt

patet in epistola Hierem. 18. Dixerunt impii iudæi ad inuicem. Venite cogitemus contra iustum, percutiamus eum lingua & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me & audi voces aduersariorum meorũ nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meę. Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum & auerterẽ indignationem tuam ab eis, propterea da filios eorum in famem & deduc eos in manu gladii. Fiãt vxores eorum absque liberis & viduæ & viri earum interficiantur morte, iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum, id est, peccatum. Adducens super eos latrones repente, &c. Ne propicieris iniquitati eorum & peccatum eorum a facie tua non deleatur, & sic Christus rogauit pro obedientibus & non pro malis ai. Pro eis rogo non pro mũdo. ℂ In summa euãgelii duo innuũtur. Primo petit pro se, ibi. Pater clarifica filium tuũ. Secundo petit pro fideli collegio ibi. Pater pro eis rogo, &c. De primo dic. In illo tempore. s. post dominicam cœnã. s. feria. 5. cũ Iudas abiisset ad principes sacerdotum. Tunc ait Iesus. Surgite eã hinc, &c. Et docuit eos multa inter cætera ait stãdo hæc que sequũt̃ Subleuatis oculis in cœlum scilicet cum Christus orare voluit. ℂ Nota differentiam inter orationem Christi, & nostram orationem. Oratio nostra est ad necessitatem. 1. Corin. 4. quid habes quod non accepisti. & 2. Corinth. 3. Sufficientia nostra ex deo est, sed oratio Christi est ad nostram instructionem. Greg. Oĩs christi actio est nostra instructio. O si voluer mus exaudiri debemus leuare quatuor, primo oculos ad cœlestia contemplando. Psalm. 122. ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Commune est prouerbium, vbi amor, ibi oculus: & nihil amare debemus nisi cœlestia, ergo ibi eleuemus oculos contemplationis. philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, item Matthæ. sexto vbi est thesaurus, tuus, ibi est & cor tuum, & sic in cœlo. 1. Corinth. 2. Oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus his qui diligunt illum Vnde Augustin. Quod deus præparauit diligentibus se, fide non capitur, spe non attingitur, charitate non comprehenditur. desideria & vota trãsgreditur, acquiri potest ęstimari nõ potest. Secũdo si volumus exaudiri debemus le

uare vocem scilicet in oratione. Luc. 17. Decē viri leprosi le
uauerunt vocē dicentes, iesu præceptor misereri nostri, &
sic nos peccatores: & sic Susāna. Daniel. 13. Flens suspexit
in cœlum. Erat enim cor eius fiduciā habens in domino, &
sic Psalm. 3. Voce mea a dominum clamaui, & exaudiuit
me de monte sancto suo. Tertio leuare debemus manus ad
cœlum, id est, opera cœlestia agendo. Psalm. 62. In nomi-
ne tuo leuabo manus meas, ille leuat manus in nomine do
mini qui agit opera deifica, Et talis exauditur. Exod. 17.
Cumque leuare Moses manus vincebat israel. Sin autem
paululum remisisset, vincebat Amalach. Et sic quilibet fi
lis debet leuare manus ad deum. Et sic Psalm. 118. Lauaui
manus meas ad mandata tua quę dilexi, & exercebor in
iustificationibus tuis, Quarto debemus leuare caput spei.
Luc. 21. Leuate capita vestra, id est, spem exauditionis. Psa.
36. Spera in domino & fac bonitatem, & dabit tibi petitio
nes cordis tui. Et propheta. Quis sperauit in domino & de
relictus est. q. d. nullus. Threno. 3. Bonus est dominus sperā
tibus in eum Iacob. 1. Si quis indiget postulet a deo in fide
nihil hesitans. Sequitur, & ait. Pater venit hora, non dicit
tempus, nec dies, quia statim capiendus erat: non hora fata
lis, sed suę ordinatiōis & beneplaciti. Clarifica filiū tuum.
q. d. Venit hora passionis & seminandæ humilitatis, ergo
nō differas fructum claritatis clarifica filium tuum. Sed di
tamen filius est sapientia, & dicitur sapientia patris & cū
maximā claritatem habeat, quomodo dicitur claritas cla-
rificari, præsertim cū dicitur splendor gloriæ. Heb. 1. Respō
detur. CHRISTVS petebat tripliciter clarificari a pa
tre Primo in passione per mirabilia quæ tūc ostensa sunt.
Vnde Centurio visis tot & tātis miraculis ait. Vere filius
dei erat iste. Secundo resurrectione. Nam in Christo fuerūt
tres substantiæ quæ ante resurrectionē videbātur esse obs
cure, videlicet caro, anima & diuinitas. Caro videbatur ob
scura propter mortalitatem, anima propter passibilitatem
diuinitas videbatur obscura, quia paucis erat manifesta, sed
in surrectione clarificata est caro, quia induit impassibilita
tē & felicitatem, & tunc diuinitas manifestata est, quia ac
cepit manifestationem. Tunc enim deus manifestatus est:
ex eo quod per diuinitatis suæ potentiam resurrexit. Ter-
tio in notitia omnium populorum. Sap. 8. Habeo claritatem

ad turbas, & honorem apud seniores. Clarifica filium id est manifesta toti mundo me esse filium tuum proximum, vt filius tuus clarificet te scilicet in notitia hominū. Aug. Resuscita me vt innotescas toti mundo per me. Filius enim toti mundo clarificauit patrem, Nam prius tantum notus erat in Iudæa deus, nunc autem omnibus gentibus a filio notificatus est. Iohan i. Deū nemo vidit vnquam, nisi vnigenit⁹ filius eius qui enarrauit nobis. Primo autem manifestauit suam misericordiam. Lucæ. 6. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Secundo eius liberalitatem. Lucæ. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro vobis dare regnū. Idcirco nullus infidelis potest se excusare quod in deū non credat, quia toti mundo manifestata est notitia sua. Item nullus peccator potest desperare de deo, quia toti mundo manifestata est misericordia sua. Itē oēs iusti debent cōfidere in deo, quia nota est eius liberalitas & doctrina. Quilibet autem fidelis deberet hanc supplicationem porrigere deo omnipotenti, prius subleuatis oculis voce & manibus vt paruit Deinde debemus clamare pater. Et bene dicitur pater ratione creaturis, quia creauit nos. Deutero. 32. Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit & fecit & creauit te. Glo. Fecit corpus, creauit animam, possidet totum, ergo merito est diligendus. Bern. Si diligis patrem carnalem a quo habes patrem corporis. quanto plus diligere teneris eum a quo corpus & animam Sed heu vt dicitur, Deutero. 32. Oblitus es domini creatoris tui. Secundo dicitur pater ratione miserationis. Psalm. 102. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se, qm̄ ipse cognouit figmentum nostrum: Figmentum scilicet in fragilitate & pronitate ad peccandum Figuratur Luc. 15. in prodigo. quomodo pater benignite eum recepit. Bernar. O quanta est misericordia dei, quia nō minus diligit peccatorem conuersum quam qui nūquā peccati maculam contraxit. Tertio ratione procurationis, Nam procurat filiis necessaria. Ma. 6. Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus aut quid bibemus, &c. scit enim pater vester quia omnibus his indigētis. Nam idem deus qui quadraginta annos iudæos pane cœli in deserto pauit, & vestimenta & calciamenta eorum vetustate non sunt consumpta. Deu. 29. Nec erat in tribubus eorum infir

mus, etiam hodie nobis prouidet de necessariis. Illis enim panem cœli, nobis corpus suum. Illis aquam de petra, nobis sanguinem de latere, istis terram promissionis, nobis regnum cœlorum 1. Pet. 5. Omnem vestram solicitudinem proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Quarto ratione hæreditariæ promissionis. Psalm 36. Iusti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Hoc petimus cum dicimus: Adueniat regnũ. &c. O pater clarifica filium tuum. s. in præsenti in gratia, & in futuro in gloria. ☞ Primo in præséti clarifica. Et hoc nos petere debemus. s. vt clarificet nos in tribus. s. corde, ore, & opere. O quã necessaria est clarificatio in corde, quod obscuratum est per malis cogitationes. Ezech. 14. Viri isti posuerunt immundicias in cordibus suis. Micheæ. 2. Væ vobis qui cogitatis inutile & operamini malum in cubilibus vestris. Nam tales similes sunt sepulchris dealbatis quæ intus sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcitia. Matt. 23. Ergo opus est clarificatione in corde. Nam quis poneret cibum delicatum in vas fœtidum & maculatũ? quasi dicat nullus. Et sic nos si capere volumus cibum vitæ debemus clamare illud. Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris sedent, &c. s. cordis. Psal. Illumina oculos meos. s. i timore ei⁹, ne vnquam obdormiã. &c. ☞ Secũdo in ore opus est clarificatio Isai. 6. Vę mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, &c. Ergo pete clarificationem. Psal. 50. Domine labia mea aperies. & os meum annunciabit laudem tuam. Tertio in opere, & circum loquitur opus in manibus, sicut habetur Genes. 37. Non occidamus eum: melius est vt venundetur Ismaelitis & manus nostræ non polluantur, scilicet ad modum luti. Psal. 80. Manus eius in cophino seruierunt ia est in seruili opere, peccata enim seruilia opera sunt & cophinus est vas in quo lutum platearum posuerunt filii Israel. Ergo necessaria est clarificatio. Psalm. 17. Illumina domine tenebras meas scilicet in operatione. Vt filium tuus clarificet te scilicet in corde per dilectionem eam Psal. 17. Diligã te domine. dicendo. Confitebor tibi in toto corde meo. & cæ. Psalm. 9. In ore per benedictionem Psalm, 62. Benedicam te in vita mea. Item Psalm. 70. Repleatur os meum laude. vt cantem gloriam tuam, &c. Et in opere clarificemus deum per bona opera.

¶ Secundo pater clarifica filium tuum.s.in futuro per glo riam. Hæc est vera clarificatio.1.Cor.13. Videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem. De qua visione dicit Fulgentius. In speculo tria videmus, nosipsos speculum,& quicquid circunstat. Et sic in speculo diuinæ claritatis tria Videmus nosipsos & deum inquantum possibile est nobis:& cætera omnia in vera & certa sciétia cognoscimus. Hanc clarificationem pete dicens. Pater clarifica filium tuum vt filius tuus clarificet te,scilicet in futura patria. De qua clarificatione dicit Augu.in lib.22.de ciuitate dei. Ipse deus est finis desideriorum nostrorum,qui sine fine videbitur,sine fastidio amabitur : sine fatigatione laudabitur. Nam ab aliquibus sicut damnatis Christus abscondit faciem suam Deutero.32. Abscondam faciem meam ab eis,& considerabo nouissima eorum. Aliquibus ostédit splendorem faciei suæ:sicut sanctis viris in præsenti vita. Vnde propheta non est ausus petere visionem faciei, sed splẽdorem di. Illustra faciem tuam super seruum tuum: Psal.30. Beatis vero aperte ostendit.1. Iohan.3. Videbimus eum sicut est. Item sine fastido amabitur,sed amor carnalis quandoque habet fastidum. Ezec.16. Facta est quasi meretrix fastidiosa augens pręcium. Aliquãdo vetitur in odium vt patet.2.Reg.13. Postquã Ammon oppressit Thamar sororem eis & cubauit cum ea,exosam eam habuit odio magno nimis,ita quod maius esset odiũ quo oderat eam amore quo ante dilexerat. Aliquãdo amor ille vertitur in absinthium. Prouuerb.5. Nouissima illius amara quasi absinthium. Deus autem amatur cum suauitate & dilectione. Eccl.24. Qui edunt me adhuc esurient,& qui bibunt me adhuc sitient. Item sine fatigatione laudabitur.nam laudentes eũ non fatigantur,sed erit eis illa laus iucundia. Psal 103. Iucundum sit eloquium meum,ego vero delectabor in domino. Nam illud erit deo acceptum sacrificium. Psalm⁹.49. Nunquid manducabo carnes tautorum,&c. Immola deo sacrificiũ laudis,& redde altissimo vota tua. Et sãcti dei nõ cessant die ac nocte deum laudare. Isa.6. Clamabant alter ad alterum & dicebant. Sanctus,sanctus,sanctus,dominus de⁹ excercituum,plena est omnis terrra gloria eius. Nã habent magnum meritũ ex illa laude. De quo Eccli.24. Qui me elucidant habent vitam æternam.

¶ Dominica Palmarum. Sermo primus De Euangelio.

Turba multta quæ conuenerat ad diem festum quũ audissent quia CHRISTVS venit Hierusalem, acceperunt ramos Palmarum. & processerunt ei obuiam. Ioannis duodecimo.

¶ Per palmam enim olim victores coronabantur. Per palmam quoque significatur perseuerãtia. Palma enim diutissime perseuerat vt tandem fructum habeat. Iob. 29. Sicut palma multiplicabo dies. Rami autem opera vel exempla sunt. Cum palmarum ergo ramis, id est cum victoriosis et perseuerantibus operibus & exẽplis honorãdus est Iesus. Per has enim palmas fides nostra confirmatur in mundo, mens nostra securatur in extremo, vita nostra approbatur in iudicio gloria nostra augmentatur in cœlo. De primo Exodi. 15. Venerunt autem in Helym filii israel, vbi erant duodecim fontes aquarum & septuagĩta palmæ, & castra metati sunt iuxta aquas. Helym interpretatur robusti vel deficientes, & significat ecclesiam in qua sũt firmi & infirmi, perfecti & imperfecti. 12. fontes & .70. palmæ sũt. 12. apostoli & 72. discipuli. Licet enim duo discipuli superabundent secundum scripturam sicut ibi dicit glosa, hoc tamen non facit vim diuinitati. Vel duodecim fontes sũt. 12. articuli fidei qui in symbolo continentur. Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris &c. Quia vero fides sine operibus mortua est, Ideo septuaginta palmæ iuxta fõtes esse debent. Septuaginta sunt septies decem, septuagĩta ergo palmæ sunt omnes victores & perseuerãtes in bonis operibus: vel omnia victoriosa & perseuerantia opera fiũt per. 7. dona spiritussancti contra. 7. vicia in decem mandatorum obseruantia. Hæ palmæ habent flores virtutum in mũdo. Psalm. 91. Iust⁹ vt palma florebit &c. Fructus vero præmiorum habent in cœlo. Canti. 7. Ascendam in palmã & apprehendã fructus eius. Fructus ex palma Christ⁹ dici potest. Aug. Expalmatur qui est vera palma victoriæ. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit constringere. De secundo Iud. 1. Filii autem cynei cognati Mosi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum sortis eorum, Cyneus luctus interpretatur & significat pœni-

tentem. Matthæi quinto. Beati qui lugent &c. Iuda glorificans interpretatur, & significat illum qui ait. 1. Regum. 2. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnũt me, erunt ignobiles. Vere ignobiles sunt quorũ pater diabolus est. Filii Iuda angeli sunt, desertum sortis eorum est regnum cœlorũ. Hoc est desertũ in quo. 99. oues. i. nouem ordines angelorum dimittentur sicut dicitur Lu. 15 Filii cynei. i. lugentes pro peccatis ascendunt in morte cum filiis Iuda. i. cum angelis ipsos deducentibus in sortem eorum. i. in ordines angelorum. Hierony. Legimus sæpe angelos animas electorum vsque ad cœlos cum hymnis atq; laudibus deduxisse: fiduciam ergo ascendendi cum angelis in morte habebis quando cum palma victoriæ & pseuerãtiæ veneris, vnde benelegitur. 3. Regũ. 6. q̃ Salomon in ostiis templi sculpsit cherubin. i. similitudinem angelorũ & palmas, in quo sinificatur ꝙ per ostiũ templi cœlestis per angelos & per palmam victoriæ intratur. O fœlix victoria, per quam talis habetur in morte fiducia. Gregor. Initiũ retributionis est in obitu securitas mentis. De tertio. Deuteronom. 25. Iudices quem iustum esse prospexerint illi iustitiæ palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis Iudices sunt illi de quibus Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel. Isti iudicabunt approbatione, sed summus iudex authoritate Dabit ꝗdẽ iustis palman iustitiæ. i. pro iustitia honorem vel coronam victoriæ. 2. Timo. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Sed quia nemo coronabitur nisi qui legitime certauerit, ideo si vis rabere palmam in iudicio, vince vincia in mũdo. Grego. Sine laboris certamine non est palma victoriæ. De quarto. Apo. 7. Vidi turbam magnam quam nemo dinumerare poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis linguis, stantes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Stolæ albæ sunt mũdissimæ beatorum claritates. Palmæ in manibus sunt beatorum retributiones, quas habent ex perseuerantia in bonis & virtuosis operibus, propter hoc bene legitur. 3. Reg. 6. Omnes parietes tẽpli texit auro. & fecit in eis cherubin & palmas: et varias picturas. Hoc est templum cœleste in quo omnia auro immortalitatis vel charitatis teguuntur. Cherubin sunt

angeli,palmæ victores sancti perseuerantes iusti, varię pi
cturæ sunt varia præmiorum ornamenta. Perseueret ergo
nunc in bono qui inter angelos vult habere palmam in cœ
lo. Bernar Prorsus absque perseuerantia nec qui pugnat vi
ctoriam nec palmam victor consequitur.

De eodem Sermo.ii.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super pullum asinæ,&c. Matt.21. Vtinam quilibet nostrum hodie mereatur esse asinus domini Oportet autem qui vult esse asinus domini vt vestimenta ei apostolicorum præceptorum & exemplorũ imponãtur, vt sic Christus in ipso sedeat donec in Hierusalem cœlestem veniat. ¶ Considerandum autem quod dominus super tria animalia libenter sedet & libenter equitat, videlicet super asinum, super camelum & sup equũ. Per asinum autem domini intelligere debemus quẽlibet pœnitẽtem incipientem. Per camelum quem libet proficientem, per equum quemlibet perfectum & peruenientem intellige. In his dominus sedet per gratiam. De primo dicitur zach.9. Ecce rex tuus venit tibi ascendens super asinam & super pullum filium asinæ, Asinus Christi est qui onus pœnitentiæ portat. Eccl.33. Cibaria & virga & onus asino,&c. Malus asinus est qui saccum pœnitentię & dominum insidentem proiicit: grauius enim peccator onus assumit. Psal.32. Sicut onus graue grauatæ sunt super me: et grauiorem sessorem, scilicet diabolum accipit sicut signatum est. Nu.22. in asina cui insidebant Balaam quam angelus euaginato gladio astans, nec ad dexteram nec ad sinistram ire permisit donec asina murmurabat contra sessorẽ cur tertio eum percuteret. Balaam interpretatur deuorans populum, & significat diabolum De quo.1.Pet.5. Diabolus tanquam leo rugiens circuit quęrens quem deuoret &c Greg. Ore pestiferæ persuasionis eos quotidie deuorat, quibus a confessione fidei reproba vita discordat. Huius est peccatrix anima. Angelus prædicatorem vel confessorem significat. Mala.2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius qui angelus domini excercituum est, quia gladio extremi iudicii terrens peccatorem ipsum in via iniquitatis procedere non permittit secũdum voluntatem Balaam, id est diaboli. Diabolus ergo sentiens animam trepidare, & nole in via iniquitatis procedere,

plus eum stimulat, et tertio eum percuit quãdoq; triplici aduersitate. Primo in rebus. Secundo in amicis. Tertio in corpore eũ affligit per malos vel per semetipsum sicut Iob tripliciter percussit. Tandem asina contra sessorem diabolum murmurat in confessione & in oratione. Et sic peccator incipit proficere in bonis operibus qui tunc bene significatur per camelum. De his duobus, scilicet incipientibus & proficientibus dicitur. Isa. 21. Vidit currum duorum equitum ascensorem asini & camelli, id est incipientes & proficiẽtes qui maxime trahunt currum ecclesiæ, pauci enim sunt perfecti. Camelus est animal aptum ad laborandum, & animal mercatorum est, & merces portare solet. Ita proficientes multum laborant & merces meritorum vsque in cœlestem Hierusalem portant. Vnde. 3. Reg. 10. dicitur, quod regina Saba. i. ecclesia ingressa Hierusalem cum comitatu saluandorum & diuitiis meritorum. & camelis. id est proficientibus portantibus aromata bonorum operum & aurum charitatis infinitum. & gemmas preciosas virtutũ venit ad regẽ Salomonẽ, id est ad Christum. Beata es anima quæ sic ad Christum venis. Certe bene veneris si aliquid attuleris Augusti. apud Deum plus habet loci qui plus attulerit, non argenti, sed fidei, Caue autem tibi de latronibus qui talibus mercibus te spoliant, Grego. Depredari desiderat qui thesaurum publice in via portat, E contra, Cameli sunt auari onerati iniustis temporalium diuitiis. quas nisi deponãt cœlestem Hierusalem intrare non possunt. Matth. 19. Facilius est camelum, per foraman acus transire: quã diuitem ĩtrare in regnum cœlorum, Quod bene dicitur Hierusalem Porta enim est arcta per quã cameli intrare non possit nisi depositis oneribus. Abiice ergo onera vt cœlestem intres Hierusalem. De tertio. Apoc. 19. Ecce equus albus & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax & cæ. Perfectus quisq; equus Christi est propter audaciã in bellis contra diablum. mũdum & carnem. Zacha 10. Posuit eos quesi equum gloriæ suæ in bello & propter fortitudinem in sustinendo. Iob. 39. Nunquid præbebis equo fortitudinẽ aut circundabis collo eius hinnitum. Item propter velocẽ cursũ qui desideriis & affectibus festinant ad patriam, Vnde de equus variis dicitur. Zach. 6. Qui autem erant robustissimi quærebant ire & discurrere per omnem terram. 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis. Bene velociter curre-

remus si de patria ad quam currẽdum est cogitaremus. Cur non properamus & currimus vt patriam nostram videre, & parentes salutare possimus, magnus enim nos illic chararum numerus expectat. E contra. Equi diaboli sunt qui præcipites per peccatum currunt ad infernum. Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sãguinem. Et certe tales equi cum sessore suo diabolo nunc de vitio ad vitium cursitantes in profundum pœnarum mergẽtur. Exodi. 15. Equum & ascensorem proiecit in mare.

¶ De eodem. Sermo secundus.

Lurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via &c. Matthæi. 21.

P

Diuersitas opiniorũ fuit antiquitus cui debebatur honor & reuerantia exhiberi. Aliqui enim dixerunt quod nobilitate generis. vt quanto aliquis esset maioris & nobilioris generis: tanto ei plus honoris deberetur, Alii dixerunt quod honor deberetur diuitiis, vt homo quanto esset ditior & opulentior, tanto plus sibi deberetur honoris, Alii dixerũt quod sapientiæ, vt quanto aliquis esset sapiẽtior, tanto magis erat dignus honore. Alii dixerunt quod virtuti, vt quanto aliquis esset vituosior, tãto cæteri ipsum honnorare deberent. Huius sententiæ fuit Aristoteles dicẽs Ethicorum quarto. quod honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Inter istas autem opiniones vltima fuit verior. Cuius ratio est, quia honor non est alicuius nisi inquantum bonus est. Et ideo dignum est quod primo honorandus est ipse deus qui est essentialiter summum bonũ. Et quia homo per virtutem efficitur bonus, idcirco etiam tali debetur honor. Quia vero cum altitudine generis & diuitiarum, & potentiæ magnitudine, nec non claritate sapiẽtiæ possunt aliqui carere virtutibus, & per consequens bonitate, idcirco propter ista non principaliter eis non debetur, Sed quum omnia simul reperirentur in aliquo potẽte, quod. s. esset nobilis genere, diuitiis opulentus, potentia magnus, sapientia clarus, virtute præditus, talis merito esset honorãdus, præcipue quum esset tantæ benignitatis & misericordiæ, quod tribularis & in afflictione positis misecorditer subueniret. Quum igitur hæc omnia excellenter reperiuntur in Christo, nã ipse est nobilior natus, quia

filius dei patris. Matthæi. 27. Vere filius dei erat iste, scilicet Christus. Est etiam diuitiis opulentus, ad Romanos 10. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocāt illum. Est potentia magnus. Lucæ. 24. Qui fuit vir potens in opere id est, virtute, & sermone coram omni populo. Sapientia clarus, Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Est etiam virtute præditus. Vnde de ipso dicitur Ecclesiastici. 24. In me omnis gratia viæ & veritatis in me omnis spes vitæ & virtutis. Quum ergo ipse propter suā misericordiā generi humano captiuato peccatorum vinculis subuenerit ipsum absoluendo, idcirco ab omnibus cum reuerentia est honorandus. De quo honore Christo facto fit mentio in euangelio quum dicit. Plurima autem turba &c. ☞ In summa Euangelii tria innuit Euangelista, Primo ponit captiuitatem affligentem, ibi: Quum appropinquasset Iesus. Secundo subdit pietatem liberantem, ibi, Soluite &c. Tertio ponit societatē honorātē ibi. Plurima autem turba &c. De primo dicit. Quū appropinquasset Iesus & cætera.

☞ Postillam huis euangelii quære a prin. sermo. de tēpore, scilicet dominica prima in aduentu.

☞ Pro doctrina sciendum, multiplex honor legitur hodie Christo esse impensus. Primo honorabant eum discipuli asinam adducentes, secundo turbæ obuiam procedentes Tertio ramos palmarum portantes. Quarto vestiméta portantes. Quinto pueri clamentes & laudantes, spiritualiter sic hodie discipuli, id est, sacerdotes honorare debēt Christum. Nam ipsi sunt discipuli missi a monte oliueti, id est, ex misericordia Dei, in castellum, id est, in mundum ad soluendum asinam cum pullo, i peccatores qui propter peccata facti sunt bestiales. Vnde Psalm. 48. Homo quum in honore esset non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, scilicet asinis. Et Bernardus. Puto si animalia possent loqui dicerent. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. Hic asinus ligatur vinculis peccatorum. De quo Chrisostomus. Antequam peccamus liberi sumus, sed postquā peccato mortali nos obligauerimus, ligati sumus iugo diaboli, Prouerbio. 5. Funibus peccatorum quisque constringitur. Ista ligatio fuit prophetata. Ezech. 3. Ecce data sunt super te vincula, & ligabūt te ī eis.

Sed heu peccatores etiam rudiores sunt quam asina. Nam legitur, Numc. 22. quod asina Balaam timore diuinæ seueritatis videns euaginatum gladium angeli locuta est. Sed heu multi sunt peccatores scientes seueritatem diuinæ iustitiæ quasi gladium ex vtraque parte sciendentem, nec loquentes in confessione, seu oratione. O si illum asinum mutum hodie posses adducere, scilicet loqueretur in confessione & oratione, sed Iesus non sedet in asino ligato. Vis ergo esse asinus Christi, soluaris primo a vinculis peccatorum. Isa. 52. Solue vincula colli tui captiua filia syon. Secundo honorant eum turbæ obuiam procedentes. Ioan. 12. Turba multa quæ conuenerat ad diem festũ quũ audisset quia venit Iesus Hierosolymã, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & sic nos Amos. 4. Præparare in occursum domini dei tui. s. cũ pura conscientia euellendo sordes peccatorum. Greg. Tergat sordes praui operis, qui præparat deo domum mentis. Sed heu quidam occurrunt deo & recipiunt eum sed non seruant, sicut Iudæi hodie ei occurrerũt, & eum receperũt, sed non tenuerunt, Nam de sero circumspectis omnibus a nullo erat in hospitio receptus, sed iuit in Bethaniam, & sic hodie multi sunt tales & illi occurrunt Christo in iudicio, sed non recipient regnum ab eo, quibus dicet illud. Matth. 25. Nescio vos. Quidam vero occurunt ei, & non receperunt, sed crucifixerunt eum vt Iudæi in die parasceues, & sic pctõres ĩ mortali adhuc existentes. Hebr. 6. Rursum crucifigentes filium dei. Quidam occurrerunt & receperunt eum, & compleerunt eum manere vt samaritani. Ioan. 4. Rogauerũt eum vt ibi maneret, & mãsit ibi duos dies: & sic boni occurrũt hodie christo per contritionem, & recipiunt eum per deuotionem, & compellunt eum manere per orationem, & bonorum operum continuationem, vt duo discipuli euntes in Emaus. Lucæ vltim. Mane nobiscum domine quoniam aduesperascit &c. Et intrauit cum illis. Tertio honorabantur eum turbe ramos palmarum de arboribus cædentes, Ramus enim bonũ opus significat, Quod enim bona opera propter deũ facis tot eum ramis honoras. Arbor palmæ significat victoriam, id est, iustorum vitam. Psalm. 91. Iustus vt palma florebit. Et ab illa arbore debemus ramos virtutum carpere. Canticorum septimo, Ascendam in palmam & apprehen

dam fructus eius. Respice Abraham & frange ab eo ramũ fidei. A Iob ramum patientiæ, A David ramum misericordiæ. Ab apostolis ramum charitatis. A martyribus ramum constantiæ. A confessoribus austeritatem vitæ. A virginibus ramum castitatis & pudicitiæ. Si hos ramos habueris, Christo occurrere poteris, & a Noe, id est, Christo in arcam misericordiæ suscipieris. Quod figuratum est in columba ad Noe veniente cum ramo virente. Gene. 8. Spiritualiter, sic & ram⁹ boni operis debet virere in charitate. Vnde isti honorant deum cum ramis aridis qui bona opera faciunt viuendo in peccatis. Grego. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis si non manet in radice charitatis. Et hos ramos non debes portare in ore sicut bruta, scilicet tantum modo loquendo, sed in manibus, id est, in operibus. Apocalisi. 7. Amicti stolis albis & palmæ in manibus eorum. Et sic turba hodie honorauit Christum, sed iste honor versus est in parasceue in contumẽliam. Nam applicuerunt eum ad crucem, cuius pars vna erat de palma. Sic multi in hac quadragesima honorant Christum cum ramis palmarum id est, operibus bonis, & post paschæ festum in honorant eũ cum vitiis & concopiscentiis prauis, vt de eis posset dici illud Deuterono. 32. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Quarto honorabant eum vestimenta prosternentes, & sic nos debemus prosternere vestimenta, id est, corpora nostra. Quid enim sunt corpora nisi quædam animarum vestimenta? Iob. 13. Quasi putredo cõsumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea? Hoc vestimentum in via posternit, qui corpus suum pro Christo exponit. O si pensaremus quomodo deus vestimẽtum corporis sui pro nobis exposuisset, & sanguinem suum fudisset, tunc facilius esset nobis pro ipso vestimentum nostri corporis passionibus exponere, nec illud afflictionibus scindere formidaremus, sicut figuratum est. Genes. 37. in Iacob, qui videns tunicam Ioseph sanguinolentam scidit vestimenta sua. Parum autem est si pro illo scindas tunicam vilissimam, qui pro te scidit tunicam præciosissimam. Quid enim aliud est corpus tuum, at corpus illius quam vestimentum vile respectu præciosissimi? Bernard. Nonne si conferrentur omnes dies vitæ filiorum

Adam in me, & omnes deis seculi, & labores omnium nominú qui fuerunt & qui sunt, & qui erunt, nihil essent ad comparationem corporis illius quod spectabile & stupendum est virtutibus etiam supernis. Scindes ergo saccú pro purpura Christi, scindes saccum tristitiæ vt recipias stolã iustitiæ. Psalm. 29. Considisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Sed iste honor versus est in contumeliã feria sexta proxima cum diuiserunt vestimenta sua, denudantes eum, & sic aliqui nunc posternunt vestimenta corporum post hoc festú. s. Paschæ in crapulositate viuunt, & obrietate denudantes Christum. Quinto honnorabant Christum pueri clamentes, Osanna, id est, saluos nos fac in excelsis q. d. Salutem in terris non inuenimus, idcirco confer nobis de excelsis, Sic nos clamare debemus deum honorando. Psalm. 46. Sacrificium laudis honorificabit me. Sed iste honor feria sexta versus est in contumeliam cum clamabant Crucifige crucifige. Heu sic nunc aliqui honorant deum orando, sed post pascha in honorant eum verbis médosis & opprobriosis, sed tu nõ sic. Thobi. 4. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cõsilia tua in ipso permaneant. Ratio. Gen. 27. Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Et illi accipient benedictionem in iudicio cum dicetur eis. Venite benedicti. & cæ. Matt. 25. ❧ Item sciendum hæc laus & processio facta est a pueris & a pauperibus, & non ad diuitibus, & potentibus & sapientibus. Nam de omnibus diuitibus tantum vnú habuit. s. Zacheum, de quo habetur Luc. 19. & de potentibus vnum solum. s. Centurionem, de quo Matt. 8, Et de sapientibus vnum solum, scilicet Nicodemum, de quo Iohan, 1. Ideo 1. Cor. Videte enim vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem non multi potentes, & nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus vt confundat sapientes. Et ideo hodie huic processioni quæ erat gaudiosa adiungitur passio quæ erat ignominiosa. Nã licet turba & pueri Christum laudabãt, & honorabant, tamen scribæ & pharisæi iam in cordibus suis cú crucifigebant, & his laudibus contradicebant. Luc. 19. Magister increpa discipulos tuos. Quibus respondit. Amen dico vobis quia si isti tacebunt lapides clamabunt. Ideo Bernardus. Quid sibi vult ista mirabilis coniunctio, aut quid cogitauerunt patres nostri

passionem addentes processioni, nil aliud nisi quod cogitemus post illum honorabilem concursum hodie domino exibitū in ingressu Hierusalem, in breui esse subsecutam passionis ignominiā. Ideo nota quod hac processione possumus in quatuor instrui & doceri. Primo quod gloria huius mundi est instabilis, & quod in ea fiducia non sit habenda. vnde Bernardus. Optime passio est coniuncta processioni, vt discamus in nulla lætitia huius sæculi habere fiduciā 1. Tim. vlt. Præcipe diuitibus huius sæculi non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Prouerbio. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occubat Et ideo Christus fleuit in tali honore, Lucæ. 19. Secundo vt doceamur prosperitatem quando eam habemus aduersitatis memoria temperare. Ecclesiastici. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Ideo prosperitas stulorum perdet eos. Prouerb. 1. Nam gaudium prosperitatis est quasi forte vinum, & ipsi nesciuit illud temperare, oculos scilicet cordis habendo circa aduersa quæ possunt incidere, Ecclesiast. 7. Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Hoc temperamentum docuit nos Christus hodie cum Hierosolymitanis prædixit euersionem vrbis futurā. Hoc etiam temperamentum docuit nos in hoc quod honorem illum suscepit in tanta humilitate, scilicet sedendo super asinam. Vnde Bernard. Sicut deus in passione patientiam habuit, sic in processione humilitatem habendo curauit. In illa enim tanquam ouis ad occisionem ductus, & quasi agnus coram tondente se obmutescit, & non apparuit os suum. In processione parabant se populi vt exirent obuiam ei, nec cū latebat qui nouerat quid esset in homine propter quod & ipse paratus est, non in curribus, nec in equis, nec in frenis argenteis auro tectis, sed humilis asellit ergo sedens suppositis Apostolorum vestibus, quas ego de preciosioribus vestibus regionis fuisse non credo. Item Bernardus de hoc tēperamento talis imitetur cogitatio quod natura imitetur & authorem naturæ. Nonne ille in persona hominis vilissimo vitæ spiraculum colligauit, nonne author naturæ in persona sua limum verbumque contemperauit? Salomonem, ideo sapientia deseruit, quia iucunditatem suam amaritudine disciplinæ contemperare noluit. Tertio ostendit nobis

in hac coniunctione processionis & passionis quod tali fatuitate laborant, qui gloriã & gaudiũ mundi sectãtur quali laboraret qui cũ processione & gaudio ad patibulũ suum vel aliud genus mortis ire vellet. Legitur Ioan. 6. quod de⁹ fugit quando voluerunt eum facere regem, tunc autẽ honerem illum non fugit quando ibat ad mortem suam ad significandum quod iã diximus, quod qui gloriã quærũt gloriari volunt in via qua ad mortẽ suã vadũt. Aug. Nihil aliud est temp⁹ præsentis vitæ quam cursus ad mortẽ in quo nemo vel paululum, vel tardus ire permittitur, sed omnes pari motu vrgemur, ergo gloria ĩ vita ista est via ad mortem. Grego. Qui præsente suauitate capitur quasi ad interitum ducitur per amœna parata. Hic ostẽdẽda sunt illa tria hominibus quæ mortuo fiunt in quibus mundi sapiẽtia retunditur, & ostenduntur esse fatuitates. Mortuus cum solo sudario sepelitur, quod ostendit auaritiam esse fatuitatem. Secundo sub terra ponitur, & ab hominibus & iumẽtis cõculcatur, in quo superbiæ ostenditur fatuitas quæ super omnes vult esse. Tertio a vermibus comeditur, in quo fatuitas voluptas ostenditur, quæ de carne tantã curam habuit. Sed di. quare ad mortem vadens tantum honorem voluit suscipere? Respondetur primo nobis in exemplum, vt quiuis existens in honore mundano debeat recordari mortis. Nã tunc diues fit pauper, & regnãs super alios cõculcatur sub istis. Et ideo fatuũ est corp⁹ in delitiis nutrire quod post modum vermes in cibum debent habere. Ideo Ecclesia. 10 Quũ morietur homo hæreditabit serpentes, bestias & vermes. Secũdo ideo secũdũ Chrysost. voluit sustinere hũc honorem vt ostenderet se esse illũ de quo propheta zacharias dixit. Ecce rex tuus venit, &c. Tertio vt ostenderet nos ꝑ eius passionem peruenire ad æternam gloriam. Vnde Ber. Tribulatio præsentis vitæ est via gloriæ, via ciuitatis, via habitaculi, via regni. Ideo clamauit latro. Lucę. 23. Memẽto mei domine dum veneris in regnum tuũ. Et ideo duæ processiones fiunt hodie, vna cum honore facta, alia cum contumelia repræsentatur. Hodie positus super asinam, feria sexta super crucem. Hodie vestimenta sua strauerunt, feria sexta cum denudauerunt. Hodie ramos & flores obtulerũt feria sexta spinas capiti infixerunt. Hodie regem appellauerunt, feria sexta eum regem negauerunt. Hodie clama-

uerunt eum Saluatorem dicentes: Osanna, feria sexta dixerunt: seipsum nõ potest saluum facere. Hodie eum benedixerunt dicentes: Benedictus qui venit, feria sexta eum maledixerunt, dicentes: Si non esset hic malefactor &cæ. Ideo hodie admiscetur passio processionis gaudio.

De eodem. Sermo. iii. De epistola,

HOc sentite in vobis quod & in Christo iesu &c. ad Philippenses secundo. Videmus quod veri amici solent sibiinuicem in tribulationibus compati, iuxta illud philosphi in Ethic. Amicus debet se habere ad amicum sicut genu ad tibiam. Spiritualiter. Sic nos habemus amicum verum, & Christum Ioann. 15. Vos amicos dixi quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci vobis. Idcirco debemus compati sibi in tribulationibus suis de quo. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ei⁹ Figuratur. 1. Reg. 20. Ionathas firmauit amicitiam cum dauid, & diligebat eum vt animam suam spiritualiter Ionathas interpretatur filius columbæ. Et significat Christum qui conglutinatus est nobis, in amicitia firma, ex eo quod dedit animam suam pro nobis, idcirco eo modo debemus diligere eum vt animam nostram, hoc est vt vitam exponamus pro ipso sicut ipse pro nobis. De quo Ecc. 29. Gratiã fide iussoris tuis ne obliuiscaris, id est, Christi: ad quod hortamur in epistola, Hoc sentite in vobis.

In summa epistolæ, tria innuũtur. Primo inducit nos ad christi cõpassionẽ, ibi, Hoc sentite &c. Secundo describit ei⁹ humilitatẽ, ibi Cũ in forma dei &c. sed exinaniuit semetipsum formã serui accipiẽs. Tertio subdit eius altitudinẽ, ibi, propter quod exaltauit. De primo dicit. Hoc sentite in vobis quod & in Christo iesu supple fuit sentite inquã nõ loquimini tantum sicut qui dicunt & non faciunt, vel prætendunt exterius tantum vt hypocritæ, Pro quo sciendum quod tripliter debemus sentire illud quod fuit in Christo. Primo per compassionem. Secundo per affectus participationem. Terto per imitationem. Secundum primum modum sciendum, est quod ostendit. Ecclesia in verbo præposito, quomodo passionem Domini audire debe-

amus: opprobria enim ei dicta debent nobis cadere super cor, iuxta illud Psalm. 68. Opprobria exprobantium tibi ceciderunt super me Claui enim & lancea quæ corpus eius pertransierunt pertrãsire debent corda nostra: sicut & matri eius accidit, sicut Symeon prædixit Lucæ. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. ¶ Et notandum ꝙ passio interior est quasi crux cuius brachium superius est dolor de memoria crucifixi. Inferius brachium de recordatione propriorum peccatorum. Sinistrum brachium est dolor de pœnali miseria peccatorum proximorum. Dextrũ brachium & dolor de perditione animarum. Aug. Sunt ne in te viscera CHRISTIANE compassionis qui plangis corpus a quo recessit anima, & non plangis animã a qua recessit deus. Ecc. 22. Luctus mortui septẽ dies: fatui aũt & impii omnes dies vitæ illorum. Specialiter cõpassio crucifixi magna debet esse in nobis. Cant. 1. fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea cõmorabitur. Videmus enim mẽbra infirmari quum caput infirmatur. Vnde. Cũ caput ægrotat, cætera membra dolent. 1. Cor. 12. Si quid patitur vnum membrum compatiuntur ei omnia membra. Sic nos cõpati debemus capiti nostro. s. Christo. Prouer. 17. Fratre in angustiis comprobatur.

¶ Et notandũ ꝙ multa sunt propter quę debemus alicui cõpti: quæ omnia circa Christũ occurrũt. Primum est doloris magnitudo, hęc causa vere fuit in Christo. Vnde Thren. 1. O vos oẽs qui trãsitis per viã, attẽdite & videte si est dolor sicut dolor meus. Secundũ est amaris magnitudo, hæc causa fuit in beata virgine ꝓpter magnum eius amorẽ quẽ habebat ad filium suum. Gladius enim doloris & compassionis pertransibat animam eius. Et de dauid dicitur. 2. Regum. 18. ꝙ dicebat: Fili mi Absalon quis mihi tribuat vt ego moriar pro te, id est, vita tua. Videbatur enim reputare mortem filii sui grauiorem sua propria morte. De tali bono patre di. Isai. 30. Et Hier. 31. qui pro animabus filiorum alligabat vulnera sua, & super omnem vocẽ tribabantur viscera eius. Propter hanc causam filii qui tenere amãt matres suas molestius suscipiunt quum eas vident percuti quã si ipsi percuterentur. Sed quis dubitaret matrẽ christi magis amandam esse a nobis quam carnales matres, qua mater tanta & tot passa est pro filio suo quanta Christus pro

nobis. Nonne matrem suam reliquit pro nobis & synagogam matrem suam, & insuper animam suam morti exposuit pro nobis. Hieremiæ, 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Tertium est innocentia, multũ enim solemus compati ei qui innocenter patitur. Quæ causa fuit vere in Christo: quia ipse peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Petr. 2. Propter hoc etiam qui lætatur in passionibus aliorum sanctorum in die passionis Christi contristatur. Quartum est quando pro culpa nostra patitur aliquis. Tunc enim homo qui habet nobilem animam dolorem ipsius suum reputat per compassionem, sicut etiã patet in Dauid. 2. Reg. 6. Qui cum vidisset angelum populum occidentem: quia ipse eum fecerat numerari, dixit ad dominum. Ego sum qui peccaui, & ego inique egi. isti qui oues sunt quid fecerunt: vertatur obsecro ira tua contra me & contra domum patris mei. hæc causa bene fuit in Christo, iuxta illud. Isa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra. Nostra est passio Christi non solum per occasionem, sed etiam quantum ad humilitatem, & ideo debet esse nostra quantum ad hoc. Quintum est patientis nobilitas, quæ causa bene fuit in Christo qui nobilissimus fuit tanquã altissimi filius, igitur valde alienum erat tale opus ab eo, iuxta illud Isaiæ. 28. Alienum est opus suum peregrinũ est opus eius ab eo.
Sextum est patientis benignitas, hæc maxima causa fuit ĩ eo ad Titũ. 2. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed & cæt. Quũ autem ipse homo benignus & mitis omnibus esset quæ causa est eum gladio perforari. Item quæ conueniẽtia stipitis rigidi & duri ad hominem benignum, & dulcẽ? Ideo ecclesia in illo dulci planctu quem in dominica de passione incipit cantare spiritualiter plangit hoc quod clauis & lancea mite corpus perforatur, & plãgit quod arbor crucis ramos suos flectens, & naturalis rigor lentescat ille quẽ dedit natiuitas, vt superni membra regis miti tendant stipite. Septimum est pietas ipsius patientis. Magis enim cõpatitur ei aliquis quem nouit esse pium & compatientem quã ei quem nouit esse sine pietate. Ipse enim deus non miseretur hominibus duris sine mĩa existentibus. Ideo scriptũ est

quod iudiciũ sine misericordia fiet ei qui nõ fecerit mĩam, Iacob.2. Et propterea tales non de facili saluãtur. Bernar. Nemo duri cordis salutẽ vnquã adeptus ad nisi quãdo forte miserans deus abstulerit ab eo cor lapideum, & dederit ei cor carneũ. Et notificat cor durũ dicens. Quid est cor durũ. Ipsum est quod nec compunctione scinditur. nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, nec nimis cędit. duratur ad flagella: ad beneficia ingratum, ad cõsilium inuitum, ad iudicia sęuum, inuerecundũ ad turpia, impauidũ ad pericula inhumanũ ad humana, temerariũ ad diuina. pręteritorum obliuiscens, pręsentia negligens. futura nõ pręuidens. Vel vt breuiter cuncta cõplectar. Ipsum est quod nec deum timet, nec hominem veretur. Hæc causa bene fuit in Christo Ex compassione enim passus est omnia quæ in mundo isto passus est. Videtur aliquibus magistris quod fuit maior in eo dolor compassionis quã dolor passiõis: quod ex duobus existimant. Ex magnitudine charitatis eius. & cognitione periculorum quæ videbat euentura in mundo isto. Cõpassionẽ suam expressit lachrymis. Lu.19. scilicet quando fleuit super ciuitatem Hierusalem. Et Ioan.11. vbi fleuit Lazarũ suscitaturus, & Ioann.18, vbi cõpatiens discipulis adhuc infirmis ait his qui venerant vt eum apprehenderẽt. Si quæritis me, sinite hos abire. Octauũ est exemplũ aliorum compatientiam alicui. Hæc enim solent hominem excitare ad similiter cõpatiẽdũ. Quæ causa bene inuenitur circa Christum cui etiam creaturæ insensibiles compassæ fuerũt vnde sol radios suos abscondit quasi traductus tenebras faciens, petræ scissæ sunt quasi ei cõpatiẽtes & cõpassioni beatæ virginis vnigenitum suum in cruce considerãtis. Ad cõpassionem etiam nos excitare debet quod ab indignis pane immolabatur, & morti adiudicabat, & a peccatorib⁹ morti æternæ adiudicatis, talia passus est qui non habuit etiam aliquem consolatorem. Psal.140. Singulariter sum ego donec transeam. ¶ Sequitur de secundo modo sentiendi qui est per effectus, participationem hoc modo sentiunt ea quæ in Christo fuerunt illi qui ex passione Christi intelligunt quantum cauendũ sit peccatum Bernard. Vide homo quãta illa sint vulnera pro quibus oportuit vulnerari Christũ Sic medicinæ existimatio & doloris, & timoris exaggeratio est idem. Ex consideratione enim remedii periculi mei

considero qualitatẽ. Itẽ qui intelligũt quantũ sit timendum supplicium, quia si in viridi ligno hoc faciũt, in arido quid fiet? Super quo dicit Aug. Si sine flagello non exit qui huc sine peccato venit, quomodo flagellis digni non sunt qui huc cum peccato venerunt? Item qui ad ignem amoris diuini in cruce nobis ostensi ad deũ amandũ sunt accensi: sed nimis coagulata videntur corda illa quæ ad ignem istum non calefiunt. Ecclesiast. 43. Sol in meridiano exurit terrã, in conspectu ardoris eius quis sustinere poterit? Quod de sole iustitiæ in sermone passiõis intelligi potest. Insensibilis enim videtur qui illum ignem sentire non potest Item passionẽ Christi tanquam per effectum sentiunt, qui ad vnctionẽ diuinæ pietatis ibi nobis ostensæ mites & pii efficiuntur. Ibi enim petra diuisa fuit in patiendo, sed riuos olei fudit misericordiam suam ostendendo, & miserationem suam exhibendo. ℭ Nota pro omnibus mortuus est Christus: pro dæmonibus subiiciendis. Hiere. 41. Fortis impegit in fortem &c. pro vinctis educendis. zachar. 9. Tu autem in sanguine testamenti tu emisisti vinctos de lacu in quo non est aqua. Et sic pro impiis iustificandis. Psalm. 13. Redimit dominus animas seruorum, &c. Et ad Roma. 4. Traditus est propter delicta nostra. Et pro angelis reparandis. Ephes. 1. Proposuit deus in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo quæ in cœlis & quæ in terra sunt.
ℭ Nota Christus resurrexit a mortuis. 1. Corin. 15. Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas &c. Et quia resurrexit tertia die Surrexit quidem veraciter cõtra dolosos. Lucæ. 24. permanenter contra recidiuos. Romano. 6. Christus surrexit a mortuis, scilicet pro peccatis nostris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Integraliter contra creaturas. Psalm. 56. Exurge gloria mea & cæt. Celeriter contra morosos. Potentialiter contra trepidos vel acediosos. Ioannis. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam. Figuratur contra Hereticos, primę Corinthiorum decimoquinto. Si Christus resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniã resurrectio mortuorum non est &c. Voluntarie contra coactos. Psalm. Nunc exurgam dicit dominus &c. ℭ Circa tertium modũ sentiendi notandũ quod in epist. hodierna monemur ad imitãdum Christum in quatuor. s. in humilitate,

de qua ibi Semetipsum exinaniuit.i.maxime humiliauit Secundo in charitate,ibi.Formam senii accipiens. Tertio in obedientia de qua ibi.Humiliauit semetipsum factus obediens &c.Bern.Non credas aliquod bonum placere sine obedientia illi quod mori maluit quam nõ obedire.Idẽ:Mementote fratres,vt Christus non perderet obedientiam perdidit vitam.1.Reg.15.Melior est obedientia quam victima Grego.Obedientia est virtus sine quia infidelis quis conuincitur & si fidelis esse videatur.In hoc quod dicitur humiliauit semetipsum innuitur quod voluntarie obedierit non coactus,Ioannis.10.Ego pono animam meam,et iterum sumo eam,quod est contra quosdam qui nõ obediunt nisi coacti sicut dæmones obediebant:Christo quum eos eiecit de obsessis corporibus.Quarto in patientia de qua ibi,vsque ad mortẽ,mortem autem crucis.Isa.50.Posui faciem meam vt petram durissimam,duram,scilicet ad verba,duriorem ad verbera,durissimam ad vulnera &c.

Feria II. Sermo I.

A N te sex dies paschæ &c.Ioannis duodecimo ¶ Consuetudo est pauperũ quod sępe illud cõueniãt vbi se benigne receptos,et benigne tractatos memorant,sic & Christus cum discipulis suis qui simul pauperes et in opes fuerũt,ad domum Marthæ Mariæ & Lazari sępe venerunt,maxime tempore maioris necessitatis,quando, scilicet ad mortem properabat.Nam ibi misericorditer tractabãtur,prout partim in hystoria præsentis euangelii clarius demonstratur. Vbi plura notari contingit.Primo eloquium impensum studiose quod vnguenti probat effusio liberalis.ibi.Ante sex dies paschæ venit IESVS Bethaniam vbi fuerat Lazarus mortuus,quem suscitauit IESVS.Immediate post suscitationem Lazari Iudæi diffinierunt occidere Christũ,& ideo recesserat quousque appropinquaret pascha in quo immolabatur agnus paschalis,Sic Christus qui est ver⁹ agn⁹ immolabatur pro nobis immediate post immolationem agni paschalis figuralis,vt Veritas figuræ succederet.Venit ĩ Bethaniam quæ est prope Hierusalem a duo milaria Vbi Lazarus fuerat mortuus,quem suscitauit Iesus,illuc enim venit IESVS,vt ex memoria miraculi ibidem facti turba po

puli moueretur ad eum honorifice recipiendum in Hierusalem ante suā passionē, sicut predictum fuerat per zachariam prophetā.6. Exulta satis filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sanctus & saluator, Dicit autem. Ante sex dies paschæ & vt intelligas diem paschæ non.14.diem mensis primi in qua ad vesperam immolabat paschalis agnus, vt figuratur Exod.12. Sed potius dicitur pascha quinta decima dies quæ tota erat festiua. Et occurrit illo anno in feria 6.in qua passus est dominus, & ita.6.die ante diem paschæ s.sabbato venit in Bethaniam, quod interpretatur domus obedientiæ. Quod bene congruit mysterio. Primo quidem quantum ad causam passionis secundum illud Philip.2. Factus est obediens vsque ad mortem. Secundo quantum ad fructum passionis, quem consequuntur solum illi qui ei obediunt secundum illud Heb.5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternę. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus autem erat vnus & discumbentibus cum eo. Hæc cœna dicitur facta fuisse in domo Simonis leprosi. Matth.26. licet Origen. dicat eam factam in domo Matthæ, quia dicitur hic quod ipsa ministrabat. Sed nihil hoc probat, quia Simon vicinus fuit Matthæ. Vel forte ipse Simon erat dispensator propter hoc ministrabat in domo eius. Nota quod aliqui dicunt quod iste Simon non fuit ille leprosus curatus, sed alter Simon qui fuit amicus Mariæ & Marthæ, ideo Martha ministrabat in domibus amicorum suorū Sed di. quare voluit dominus vt comederet Lazarus cum eo? Respōdetur primo vt veritas resuscitatiōis ostēderetur, & ex hoc quod post suscitationem cibum sumeret, suscitatio nō fantastica esse probaretur. Secundo vt infidelitas Iudæorum confunderetur, hæc Aug. Et secundū eum Lazarus dū discūbit in cōuiuio conuiuis interrogantibus eū tristia loca pœnarum que sedes alta nocte obscuras indicauit diligenti narratiōe per ordinē, & ita inferi lōgis temporibus ignorati, tandem inuenerunt proditorem. ¶ Et notandum quod hæc cœna fuit facta in bethania quod conuenit mysterio, quia dominus in domo obedientiæ spiritualiter reficitur delectatus in obedientia nostra secūdum illud Apo.3. Si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuā introibo ad illū & cœnabo cū eo. Per Martham significātur prelati qui ad

ministrandum in ecclesiis instituuntur secundum illud.1. Co.4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Per Lazarum resuscitatum significātur subditi ministerio prelatorum a peccatis ad statum iustitiæ reducti, qui cum aliis iustis spiritualiter cum domino mererentur epulari. Psalm. 67. Iusti epulentur & exultēt in conspectu dei. Per Mariā vero significantur contemplatiui circa cuius ministerium tangitur vnguenti effusio, sicut subditur: Maria ergo accepit libram vnguēti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est odore vnguenti. ☞ Nota bis fecit hoc. Primo ex contritione secundo ex deuotione, ibi tantum pedes, hic pedes & caput. Quantitas vnguenti fuit libra. In quo docemur multum dare si multum fuerit. Thob.4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Et nō est verisimile quod esset aliquid grosse materie, sicut sunt vnguenta communiter dicta, qa indecens esset tale apponere super caput hominis sedentis ad mensam, & ergo sciendum quod hoc vnguentū vocatur liquor preciosus de re aromatica expressus sicut aqua rasacea exprimitur ex rosis. Aliter dicitur quod fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica. Ideo hic dicitur nardi, & est nomen herbæ nigræ aromaticæ habens spicas sed additur pistici, quod secundum Augustin. est nomen loci vbi crescit talis herba, vnde talis liquor exprimitur. Sed melius dicitur pistici. id est, fidelis. Pistis enim græce fides est latine, quia ille liquor fuit fidelis, verus & pur⁹ nō habens aliquid aliud admixtum nec sophisticatus. Item additur preciosi, quia valebat tricentos denarios, Et ille liquor erat refrigeratiuus & confortatiuus membrorum & consolidatiuus, & valde odoriferus. Et cum pedes Iesu prius lachrymis lauit & capillis extersit, tunc post hoc illo vnguento vnxit prostrata quasi ad terram, iuxta illud. Psalm.131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et non solum pedes, sed & caput IESV vnxit, vt dicit Matthæ 26. Docemur autem in hoc facto quod ea quæ preciosissima sunt apud nos, debemus deo offerre secundum. Psalm.65. Olaucausta medulata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis: Et Malachiæ primo. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens offert deo debile. Per

libram significatur opus iustitiæ:nam ad iustitiam pertinet singula librare & ponderare, Ezechielis.45. Iuxta mensuram chori erit. æqua libratio eorum. Opus autem iustitiæ debet quatuor virtutibus esse adiunctum si debet esse perfectum. Primo quidem pietate, vnde dicit vnguenti. quod quia leue est misericordiam significat. Iacob.2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Secundo dicit nardi, quod significat humilitatem. Eccli.3. Quanto maior es humilia te in omnibus. Tertio fidem in eo quod dicit pistici.i. fidelis sine falsitate. Aba.2. Iustus ex fide viuit. Quarto charitate, vnde dicite preciosi. Sola enim charitas precium prestat vitæ æternæ.1.Corinth.13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatẽ autem non habuero nihil mihi prodest. Opere autem iustitię vnguentur pedes Iesu & caput. Vbi per pedes ĩtelligimus mysterium humanitatis, per caput vero diuinitatem, secundum illud.1.Corint.11. Caput Christi deus. Ille intelligitur caput CHRISTI & pedes vngere, qui diuinitatem & humanitatem eius veneratur. Vel caput intelligitur persona Christi, per pedes fideles eius. De quibus. Matth.25. Quod vni fecistis de his fratribus meis minimis mihi fecistis. Vnde caput CHRISTI vngit qui CHRISTVM veneratur. Pedes vero qui fidelibus obsequitur. Quia vero capilli ex superfluitatibus generantur, pedes domini capillis terguntur, quando aliquis ex ipsis quę superfluunt defectui subuenit proximorum. Lucę. 11. Veruntamen quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Aug. Si habes superflua da pauperibus & domini pedes tersisti. ☞ Mystice pedes Christi sunt pauperes qui sunt infirmi per deiectionẽ, cruci affixi per afflictionem. Quos primo debes lauare per compassionem. Iob.30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Secundo capillis tergere, per temporalium communicationem. Thob. quarto, Si multum fuerit tibi. multum tribue & cęte. Lucę vndecim. Si comedi buccellam meam solus & non comedit pusillus ex ea. Tertio obsculari per familiarem locutionem. Eccli. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Quarto vngere per miserandi hilaritatem Eccli.35.

In omni dato hilarem fac vultum tuum. Deinde caput Iesu debes vngere.i.in omnibus gloriam dei quærere. Apostolus.1.Cor.10. Omnia in gloriam dei facite, Et sic domus conscientiæ repletur odore famæ. Nam odor bonus bona fama est, & sic beatus Martinus, & dominns apostolicus secundum Gueil.in rationali cibat Pauperes, lauat eorũ pedes, quia sunt pedes capitis Christi in cœlo regnantis. Sed Iudas ex bono odore inficitur & moritur de quo alii viuũt, vt serpentes de odore vineæ, Vnde per hoc quod dicitur & domus impleta est ex odore, significatur quod propter opera iustitiæ bona fama totam replet ecclesiam.2.Cor.2. Odorem suæ notitiæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus. Dicit ergo vnus ex discipulis eius Iudas scariothis, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venit tricentis denaris, & datum est egenis? Traditor ille describitur hic ex dignitate. Primo ĩ eo quod dicitur vnus de discipulis, & in illo ostenditur quod nullus in quicunque excellenti statu constitutus debet ad se præsumere. Quia vt dicitur. Iob.4. In angelis suis reperit prauitatem. Secũdo ex nomine cum ait Iudas, qui interpretatio confitens, per quod significatur quod non solum est confessio virtuosa, de qua Roma.10. Ore autem fit confessio ad salutem. sed etiam est confessio vituperabilis & mercenaria. Psalm.48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. & cætera. Tertio ex crimine cum dicitur. Qui erat traditurus eum. Psalm.40. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Ait autem. Quare hoc vnguentum &c. Pro bono tantum vnguento spiritualiter mortuus fuit secundum illud.2.Corinth.2. Christi, bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt & in his qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam. Quod autem deus tolerauit eum dedit nobis exemplum tolerandi malos & per secutores, de quibus Beda. Væ impio traditori, væ complicibus nequitiæ, etiam eius nunc membra CHRISTI persequentibus, qui famam virtutum quam ipsi habere non merentur, proximis qui hãc habent inuidere non cessant. Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum. id est, de illis non curabat, licet enim portaret ea quæ dabantur Christo ad dandũ pauperibus, non tamẽ faciebat sed retinebat sibi ideo subditur, Sed

quia fur erat & videbat sibi occasionem furandi sublatam in effusione vnguenti, ideo murmurabat &, ex sua auaritia ductus est ad proditionem, Sed vnde fur fuit innuitur cum dicitur. Et loculos habens in quibus abscundebat ea quæ debebant in alios vsus expendi, ideo subditur, Et ea quæ mittebantur. s. in loculis data fidelibus ad vsum christi & discipulorum, & ad vsum pauperum portabat. s. ministerio, sed tollebat furto. i. exportabat. Ex hoc patet quod non derogat perfectioni si eleemosynæ in loculis seruentur. Vnde quod dicitur Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum, non intelligitur ꝙ nihil deberet reseruari in crastinū, cum dominus hoc fecerit: qui quasi summum exemplar est perfectionis. Sed diceres, cum dominus sciret eum esse furem, quare commitit sibi loculos? Dicendum primo secundum Aug. quod hoc fecit quod doceret nos malos tolerare non enim bonus est qui malos tolerare nō potuit. Aug. de verbis domini. Et habetur. 23. q. 4. Tu bonus tolera malos. Nam & Christus Iudam cum sciret furem esse tolerauit ad prædicandum eum misis, eique cum aliis eucharistiam dedit.
Sed tamē dicit, Exod. 22. Maleficos ne sinas viuere super terrā? respōdet Bartho. brien. in glo. quędā sunt crimina occulta quædā manifesta. Si occulta, tunc malus ille tollerandus & fraterne ammonendus, Si manifesta cūc amore corripiendus est a priuata persona, sed a iudice vindicta est facienda. Sed di. tamen dicitur Isa. 52. Recedite exite inde immūdū ne tetigeritis. Respondetur quod hoc intelligitur spiritualiter exire & nō corporaliter, vt habetur. 23. q. 4 tolerādi, vbi dicitur. Molerandi quidē sunt mali pro pace. Nec corporaliter ab eis recedat, sed spiritualiter exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum quantum licet pro gradu cuiusque salua pace, Vnde dicitur Cāt. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, &c. Secundo, vt ei occasionem proditionis auferet cum haberet ex loculis concupiscentiæ mitigationem. Tertio vt doceret quod spiritualia maioribus, temporalia vero minoribus sent committenda, Vnde in primitiua ecclesia apostoli ordinauerunt septem draconos quibus temporalia commiserunt. Vt ipsi liberius possēt orationi vacare & prædicationi., Alii discipuli incitati per Iudam etiam murmuraeerunt, vt hatur Matth. 26. & Marc. 14. Veruntamen illi

erant moti pietate, Iudas autem cupiditate. Dicit ergo Iesus. Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud, pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. Sciendum quod multa bona opera fiunt, de quibus si peteretur concilium antequam fiant non consuleremus quod fierent, quia forte possent fieri meliora. postquam tamen incipiunt fieri, dummodo bona sint, non sunt prohibenda, Et vt Chryso. dicit, forte Iesu antequam mulier effudisset vnguentum elegisset potius illud dari pauperibus, nunc vero quia perfectum erat prohibentes cōprimit dicens Sinite illam. Prouerb. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales & ipse benefac. Sinite inquam, Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Non intelligit illud iam effusum, sed aliud specie, quasi diceret. Sinite vt faciat viuo dum potest quod volet facere mortuo, sed non poterit, quia præuenta fuit celeri resurrectione Christi, & hoc magis exprimitur. Marc. 14. Prǽuenit enim vngere me in sepulturam. Et Mat. 26. Hoc vnguentum mittens in corpus meum ad sepeliendum me fecit, quasi diceret. Non miremini quod ipsa effudit vnguentum pro qua in proximo fusurus sum sanguinem & narrabitur in vniuerso mundo quod feci in memoriam eius. Theophilus. Duo prophetauit Christus. Primum quod euangelium per totum mundum prædicetur. Secundum quod mulier ex opere laudatur. Sed nunquid præsciuit mortem CHRISTI MARIA? Dicendum quod non. Non enim intelligebat quid fecit: sed quodam instinctu interiori mota est ad hoc faciendum. Frequenter enim aliqui mouentur ad faciendum quod non intelligunt, sicut Caiphas. Et sciendū ex hoc quod ait. Nam pauperes semper habebitis vobiscum, &c. Innuit primo quod interdum est faciendum illud, quod est minus necessarium, & potest præponi magis necessario, si remaneat locus faciendi quod est magis necessarium, præsertim si tollatur locus faciendi quod est minus necessarium & immineat casus quod illud minus necessarium non possit alias recuperari, & ideo forte dominus permisit sic fieri. Voluit igitur dominus noster potius, pedes ipsius, iniungi quam vnguentum in vsus pauperum expendi. Secundo innuitur quod diuites familiaritatem debent habere ad pauperes, Eccli. 4. Congregationi pauperum affabilem te fa-

cito,sed quod ait.Me autem non semper habebitis, intelligendum est de præsentia corporali.Nam de præsentia diuinitatis in sacramento eucharistiæ dicitur.Matth.vl.Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi,& cæt.Vel aliter.Hi qui sunt in ecclesia numero,& nō merito sicut serui sunt,non semper habebūt Christum, sed filii sunt eum semper habituri.Ioan.8. Seruus non manet in domo in æternum filius autem manet in æternum. Dicit ergo Iudæ.Me non semper habebis, quia te indignum ad hoc fecisti.Vel quasi di. secundum Chrysosto. Video quia grauaris de mea præsentia sed expecta parū & abibo. ☞Consequenter pro secundo principali tangitur ministerium exhibitum gloriosæ quod probat acclamatio popularis.Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,quia illic esset & venerunt non propter Iesum tantum,sed vt lazarū viderent quem suscitauit a mortuis. Vbi sciendū quod illi audientes Iesum esse in bethania venerunt ad ipsum. Sic & nos vbi scimus eum esse festinanter venire deberem⁹.Mat. 11.Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.Propter duplicem autem causam illi venerunt.Primo vt fruerentur doctrina & visione Christi:secūdo vt viderent Lazarum,quia sperabant eū aliquid de alia vita referre.Sed stulti non crediderunt quod aliquis sit ab inferis reuersus.De quibus dicitur.Sapien.2.Non est reuersio finis nostri,quoniam consignata est,& nemo reuertitur scilicet ab inferis,cū tamen Lazarus reuersus sit.Cogitauerūt autē & principes sacerdotū,vt Lazarū interficerēt,qa multi propter illū abibāt ex iudæis & crediderūt in Iesum Augusti.O stulta cogitatio & cæca sæuitia,dominus Christus qui suscitare potuit mortuū nunquid, & occisum? Nā vtrumq; fecit dominus,suscitauit Lazarū mortuū & semet ipsum occisū.Sed quare magis Lazarū volebant interficere quā paralyticū vel cæcum natū ad hoc assignat Chryso. quatuor ratiōes.vna quia illud miraculum erat euidenti⁹ coram multis eo quod inopinabile est videre mortuum quatriduanum ambulantem & loquentem.Secundo,quia Lazarus persona insignis erat,cæcus autem persona ignobilis vnde eiecerent eum de templo. Tertio quia miraculum illud factum fuit in festiuitate , & ideo totus populus Iudæorum ad festum conueniens admirabatur, et

dimittentes festiuitatem in bethaniam veniebant. Quarto quia in aliis Christi miraculis nitebantur eum persequi in violatiōe sabbati, & per hoc turbas ab eo abducere: sed hic nihil talium facere poterant. Vnde quia in nullo habebant occasionem quod conquererentur contra Christum aduersus Lazarum faciunt conatū tanquam per hoc possent miraculum occultare. In crastinum autē turba multa quæ cōuenerat ad diem festum cum audissent quia Iesus venit Hierusalē acceperūt ramos palmarum & processerunt obuiam ei & clamabant. Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum & sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi sedens super pullū asinæ. Hæc nō cognouerūt discipuli eius primum, sed cum glorificatus est Iesus tunc recordati sunt quia hæc scripta de eo erant & crediderunt ei. ☞ Expositio horum verborum patet in his quæ habentur in postilla euangelii hesternæ diei: ideo ea hic pertrāseo paucis exceptis. Primo enim dicitur, Turba multa quæ conuenerat ad diem festum, per quod figuratur quod multitudo populi ad hoc conuertitur vt ad diem festum cœlestis Hierusalem conueniat. Matth. 8. Multi venient ab oriēte & occidente & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno cœlorum. Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores vbi erit fletus, &c. Item dicitur, Benedictus qui venit in nomine, &c. ☞ Vbi sciendum quod benedicere est bonum dicere. Aliter autem deus benedicit nobis cum scilicet nos bonos facit qui suum dicere est eius facere, aliter benedicimus nos deo cum. s. eius bonitatem confitemur. Psalm. 117. c, benediximus vobis de domo domini. Gene. 27. Qui benedixerit tibi sit ille benedict. Itē dicitur rex Israel. Hoc addunt, quia crediderunt eum temporaliter in Hierusalem regnaturum, & redempturum eos de seruitio Romanorum, vnde cum Psalmista laudasset eum tāquā deum dixit deus dominus & illuxit nobis: ipsi vero ex eorū cæcitate laudāt eum solum tanquam regem temporalem. ☞ item sciendū quod per asellum significatur genus gentilium: ideo sedit super asellum vt significaret se redempturum gentiles. Isa. 49. Dedi te in lucem gentium vt si salus mea vsque ad extremum terræ. Asina vero significat synagogam quæ est mater gentilium super quam similiter sedit eadē ratiōe vt

prius. Matthæus igitur cum scripsisset euangelium suū Iudæis hebræoque eloquio recte asinam & pullum refert simul domino adducto. Sciebat enim notitiā dei vēturam ad Iudæos & gentes. Sed alii euangelistæ scribentes ecclesiæ gentium græco sermone solum modo mentionem pulli faciunt quia quod gentium salutem spiritualiter respicit attendunt. Item dicitur. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum. In quo considerare possumus humilitatem euangelistæ quia non veretur sui & aliorum discipulorū ignorantiam confiteri, quia iustus in principio accusator est sui vt dicitur. Prou. 18. Sed quando glorificatus est tunc cognouerunt quia plenitudinem spiritussancti receperunt ex qua facti sunt omnibus sapientibus sapientiores. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarū vocauit de monumēto & suscitauit eū a mortuis, ꝓpterea quoque obuiam venit turba. Causa obuiationis prædictæ fuit testimonium turbæ quę erat cum eo quando suscitauit Lazarū. Et illud signum euidētius erat & mirabilius. Ideo vltimum ipsum seruauit, vt magis imprimeretur memoriæ. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos videtis quia nihil ꝓficimus ecce totus mundus post ipsum abiit. Secundum Augu. est verbum pharisæorum inuidentium, vnde dicunt, nihil proficimus in malicia nostra non valentes eum impedire, hoc modo accipitur proficere. 2. Tim. 3. Mali autem homines & seductores proficiunt in peius errātes & in errorē mittētes. Secundū vero Chryso. est verbū credētium occulte propter metum Iudæorum, tamen dicūt hoc vt retrahāt eos a persecutione Christi. ac si dicerēt quāto magis insidiamini tāto magis augetur gloria eius, quare ergo nō desistis a tantis insidiis. ☞ Consequenter pro tertio principali tangitur mysterium demonstratū fructuose, quod fructuositatis probat expositio generatis cū dicitur. Erant autem gētiles quidā ex his q ascenderant vt adorarent in die festo. Volēs euāgelista describere misteriū dominicę passionis præmittit deuotionem gentilium ad Christum qui ad hoc venerunt in Hierusalem vt honorarent Christum. Et dicit glos. interlinearis quod tales fuerunt proselyti & conuersi ad ritum Iudæorum propter prędicationem ipsorum Matthæ. 23. Circumitis mare & aridam vt facitis vnum

proselytum. Sed melius dicendum secundum Chrisostō. quod sicut habetur.2.Mac.3. Tēplū dei quod erat in Hierusalē ita in veneratione habebatur a cūctis populis & regibus vniuersæ terræ vt maximis muneribus illustraretur. Et ideo contingebat quod in diebus festis multi etiam gētiles ex deuotione ascendebant Hierusalem. Simile habetur Actu.8.de eunucho Candacis reginæ. Hi ergo accesserunt ad Philip.qui erat a bethsaida galileæ, & rogabant eum dic.domine volumus Iesū videre. In quo significatur quod gentiles qui Christum corporaliter non viderant ministeria apostolorum ad fidem cōuersi desiderabant eū videre glorificatum in patria.3.Reg.10.Omnis terra desiderabat videre faciem Salomonis.

3 Sciendū quod Christus per se prędicauit Iudæis. Ro.10. Dico Christū ministrū fuisse circuncisionis propter veritatē dei ad confirmandas promissiones patrū, per apostolos aūt gentilibus. Mat.vlt. Euntes docete omnes gentes.&c. Hoc ergo hic bene figuratur vbi gentiles non ad Christum sed ad Philippum venerunt. Et hoc conuenienter quia ipse primus prædicauit his qui erant extra ritum Iudæorū scilicet samaritanis. Actu.8. Philippus autem descendit in samariā, & prædicabat illis Christū, subdit. Venit Philippus & dixit Andrẹ. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. In quo datur nobis exemplum quod omnia de consilio maiorū sunt facienda. Sic etiam Paulus ascendit Hierosolymam & contulit cum apostolis euangeliū quod in gentibus prædicabat vt habetur Gal.2. subdit Iesus autem respōdit eis dicēs Venit hora vt clarificetur filius hominis, vbi prænūciat suam passionem in clarificatione. Et sciendum quod tripliciter clarificatus est. Primo in sua passione. Heb.5. Non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, scilicet in ara crucis, sed qui locutus est ad eum filius meus es tu, ego hodie genuit te. Secundo in resurrectione & ascensione, prius enim oportuit ipsum resurgere & in cœlum ascendere, vt sic clarificatus mitteret spiritum sanctum in apostolos per quos gentes cōuertandæ erant. Tertio per conuersionem gentilium qui eius diuinitatem vbique confitātur. Philip.2. Omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus CHRISTVS in gloria est dei patris. Amen amen dico vobis nisi granum frumenti, Hoc euangelium quęre in festo sancti

Laurentii,sed huc etiam pertinet.Consequenter pro quarto principali tāgitur miraculum declaratum clamorose quod tonitrui probat apparitio virtualis quum subditur.Nunc anima mea turbata est &quid dicam.Pater saluifica me ex hac hora,turbari voluit propter duo. Primo propter fidei documentum,scilicet vt veritatem humanæ naturæ cōprobare.Secundo propter exemplum,vt quum turbamur non recusemus mortem sustinere nec deficiamus. Hebrçorū.4. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris,vnde patet continuatio ad præcedentia,dixerat enim.Qui odit animam suam &c.In quo discipulos ad passionem exhortatus fuerat.Ne autem dicant aliqui.O domine secure potes mortem subire,quia nihil mali sentis,ideo contrarium voluit ostendere per talem turbationem.Et per consequens non est recedendum ab eius imitatione propter naturalem horrorem.Nam si nullam passionem sensisset in anima,non fuisset sufficiens exemplum hominibus ad mortem sustinendā.Et quia naturale est hominibus in angustiis constitutis quod turbari deberēt, ideo statim subdit. Quid dicam,q.d. Quid faciendum est post turbationem,vnde format suam petionem dicens.Pater saluifica me ex hac hora.i.libera me a tribulatione quæ mihi imminet in hora passionis,Psalm.68.Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aquç vsque ad animam meam. Sed di.tamē in hac petitione nō videtur exauditus,quia passus est licet dicatur Hebræ.5.Exauditus est pro sua reuerentia. Dicendum quod in illis est exauditus quç ipsa ratio ex parte sua petebat vt exaudienda.Hoc autem quod hic petit nō proponit ex parte sua,nec vt exaudienda,sed vt exprimēs naturalem affectum qui vult non mori,ideo dixit quasi interrogatiue quid dicam nunc hic,scilicet pater saluifica me ex hac hora.q.d.Non dicam hoc sed propterea veni in hāc horam,pater clarifica nomen tuum vbi repellit petitionem ex motu naturalis appetitus propositam di.Sed propterea veni &c.quasi diceret non est iustum vt liberer ab hac hora passionis,quia ideo veni vt paterer voluntarie vtique nō coactus.Isai.53.Oblatus est quia ipse voluit. Petitionem suam proponit ideo di.Pater clarifica nomen tuum.q.d. Affectus rationalis petit vt clarificetur nomen,id est, notitia tua per passionem meam.Nam ante passionem Christi

nomen patris tantum notum erat in Iudæa. Psal.75. Notus in iudæa deus, in israel magnum nomen eius. Sed post passionẽ CHRISTI clarificatũ est in gẽtibus. Malac.1. Ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Venit ergo vos de cœlo dicens, Clarificaui & iterum clarificabo. Ista vox fuit vox patris, licet fuerat formata a tota trinitate tamen specialiter formabatur ad repræsentandam personam patris. Clarificaui, id est, clarum gẽnui ab æterno, Sap.7. Candor lucis æternæ & speculum sine macula dei maiestatis. Vel clarificaui in natiuitate quã do angeli cecinerunt, Gloria in excelsis deo. Luc.2. Et in miraculis in vita ab eo factis: Et iterum clarificabo per signa deitaris. s. in passione in qua triumphabit de diabolo in resurrectione & ascensione & in totius mundi conuersione. Actu.3. Deus patrum nostrorum clarificauit filium suum iesum, &c. Turba ergo quæ stabas & audierat dicebat: Tonitruum factum est. Alii dicebant, Angelus dei locutus est ei. Quidam enim carnales & rudes non perceperunt vocẽ illam nisi quãtum ad sonum, & ideo dicebãt Tonitruum factum est. i. aliquid per modum soni confusi, sed non vsquequaque decipiebantur, vox enim domini tonitruum erat quia significationem mirabilem habebat, Iob.37. Tonabit deus in voce sua mirabiliter qui facit magna & inscuta, & Psal.77. Vox tonitrui tui in rota. Alii vero magis perspicaces perceperunt de sua voce quod esse sonus vocis articulatę & significatiue, vnde dixerunt eam locutionem. Sed credentes Christum esse purum hominem dixerunt angelum ei loqui sicut aliquando in scripturis dicitur, qui angeli prophetis loquebantur. Vnde dicebant, angelus locutus est ei, Respondit Iesus & dixit. Non propter me hęc vox venit, sed propter vos. Nihil enim ei significauit hæc vox quod ante nesciret, quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi, ideo hæc vox non propter eum venit, sed propter eos qui pręsentes erant vt instruerentur. In quo datur intelligi quod multa dispensatiue propter nos circa Christum facta sunt, non quasi eis Christus indigeret. Roma.15. Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, &c.

De eodem. Sermo.ii.

I exaultat⁹ fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Iohann.12. Iohannes Mesue in prima practica di. Vinum oleo mixtum vulneribus infusum omnem sedat & sanat tumorē corporis & dolorem. Spiritualiter vinum compunctionis & oleum deuotionis intime infusum vulneribus passionis dominicæ omnem sedat tumorem superbiæ. Vnde Hugo de sacramentis dicit. Passionis Christi frequens mēditatio tam corporalem quā spiritualem dolorem alleuiat & languorē, figuratur. Nu.21. vbi dicit quod vulnerati per ignitos serpentes, sanabantur, per aspectum serpentis ænei quem pro signo posuit Moses. Spiritualiter. Sic vulnerati per serpentem igneum.i.diabolū qui est serpens astutior cunctis animantibus sicut dicitur. Gen. 3. sanantur per Christum in pattibulo crucis suspensū. Gre. in registro, Nulla mihi salus nulla virtus corporis & animę nisi in Christi felicissima passione. Cuius memoriam hoc in tēpore omnes habere debemus qui omnes nos attraxit vt dicitur in textu. Si exaltatus fuero a terra. &c. In summa verborum duo iunuūtur. Primo innuitur passionis genus. Secundo subditur eius fructus. De primo dicit. Si exaltatus fuero a terra, pro quo sciendum, Christus noluit mori in aliqua domo, nec sub aliquo tecto, sed inære voluit exaltari multis rationibus. Prima, nam sicut aer est elementum commune, & non alia elementa, nam potest quis habere propriam terram: vel propriam aquam, vel proprium ignem. Aerem vero proprium nemo potest habere. Est etiā elementum medium inter cælum & terram, Et est elementum immundum ex fumo, s. hostiarum idolis immolatarum Christus igitur in ære voluit exaltari ad innuendum quod sicut aer est omnibus communis: sic passio christi, nam passiones aliorum sanctorum fuerunt propriæ, quia quilibet passus est propter se, quia petrus est passus propter se, Paulus propter se, & sic de aliis: Sed CHRISVS, Passus est, non propter se, sed communiter propter omnes. Passio enim eis fuit communis illis qui sunt in cœlo, id est, angelis qui sunt reparati, Illis qui sunt in mundo, id est, hominibus qui sunt per suam passionem saluati. Colossen. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, id est, hom ines siue quæ in cœlis sunt, id est, angelos.

fuit communis illis qui sun t sub terra, id est, sanctis patribus qui fuerunt in lymbo quia inde sunt liberati & illuminati. Eccli. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in domino, non autem fuit cõmunis illis qui sũt in profũdo terræ, id est, dæmonibus qui sunt in malitia indurati, & ideo remanserũt in suis suppliciis desolati. Isa. 44. Qui dico profundo desolare, & flumina tua arefaciam. Secundo Christus voluit in aere exaltari ad innuendũ quod sicut aer est medius inter cœlum & terram, sic Christus fuit mediator inter Deũ & hominẽ ad Gal. 3. Mediator vnius non est. .s. naturæ, sed duplicis diuinę & humanę. Et ideo sicut aer ex parte superiori habet puritatẽ, per quam cõuenit cũ cœlo. Et ex patre iferiori habet quadã grossiorẽ partẽ per quã cõuenit cũ terra. sic Christus est medius inter deũ & hominem quia cum deo conuenit ratione naturæ diuinæ cũ hominib⁹ vero ratiõe naturæ hũanæ. Erat ergo discordia quędã inter deũ & hominẽ. Nã deus cõquerebatur de hoie. qa eius mandata nõ seruaret, homo vero cõquerebatur de deo quod creaturã suam reliquerat, ideo venit Christus & mediatorẽ se fecit. Mediator aũt inter deũ & hominẽ tria debebat habere. Primo, similitudinẽ vt. s. esset similis homini in natura, & in defectibus naturalibus, vt sic homini sciret cõpati. Secundo æqualitatẽ ne hominẽ per potentiã grauaret & sic grauaret, posset corã iudicio dei cõuenire ipsũ. Tertio debet habere ex vtraq; parte authoritatẽ arguendi, cõpescẽdi illã patrẽ quę suã sententiã non seruaret. Et qm̃ homo nõ poterat inuenire talẽ mediatorẽ, qui ista tria haberet. Ideo conquerebatur dominus. Iob. 9. Neq; em̃ vero qui similis mei est respondebo. Istud refertur ad similitudinẽ: neque qui mecũ in iudicio ex æquo posset audiri. Istud refertur ad æqualitatem. Non est qui vtrunque valeat arguere & ponere manũ suam in ambobus. Istud refertur ad authoritatem. Christus igitur vt verus mediator esset ista tria habere voluit. Primo similitudinem in natura & naturalibus defectibus. vt sic sciret misericordius iudicare. Hebræ. 2. Debuit per omnia fratribus similari vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum vt propitiaret delicta populi. Secundo habuit æqualitatem cum vtraque parte quia æqualis fuit deo, inquantum deus, & ęquali homini inquan-

tũ homo verus. Et ideo nulli parti potuit esse suspectus, Vnde dixit deus humano generi. Psalm.11. Ponam in salutari & cæt. Respondit homo. Fiducialiter agam in eo, quia ipse est frater meus. Tertio habuit authoritatem arguendi & compescendi vtramque partam. Arguisset enim hominem si voluisset dignam satisfactionẽ facere. Isa.11. Iudicabit in iustitia pauperes & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Arguisset quodam modo & deum si dato per impossibile quod noluisset satisfactionem condignam recipere Vnde ipse dixit Isaie.1. Venite & arguite me dicit dominus. Tertio voluit in acre exaltari vt ipsum aerem immundum sanctificaret, & mundaret, & sanctificauerat quidem terram.33.annis super ipsam ambulando. Sanctificauerat aquam in ipsa se baptizari faciendo. Sanctificauerat ignem spiritum sanctum in specie ignis mittendo, non rastabat nisi vt sanctificaret aerem, non subtecto, sed in ære moriendo.

¶ Quarto est exaltatus vt a cunctis videretur vt sic plures ei compaterentur. Threno.1. O vos omnes qui transitis per viã attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus Bernard. Si cogitianda est eius ignominia Vt non recedat á memoria. ¶ Quinto est altatus vt dispersos colligeret. Nam corpus suum habuit se vt vexillum eleuatum in quo depicta fuit imago dei patris vt oẽs peccatores a quatuor plagi terræ colligeret. ¶ Sexto exaltatus est vt victorã se ostenderet. Ioann.12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Quod figuratum fuit Exodi.17. Cum eleuauit Moses manum vincebat Irael, &c. Sic Christus eleuãs manũ in cruce nos roborauit ad pugnam. ¶ Septimo est exaltatus vt mundum illuminaret. Luc.12. Nemo accendit lucernam & in abscondito ponit, neque sub modio sed super candelabrum. Spiritualiter, lucerna natura humana est quam accẽdit Deus lumine diuinitatis, & poni permisit super candelabrum crucis. Ideo Isa.62. Propter Syon non tacebo: & propter Hierusalẽ nõ quiescam: donec egrediatur Vt splendor iustus eius & saluator eius vt lampas accendatur.

Propter Sion, id est, propter sacerdotes & principes, & propter Hierusalem, id est, propter populares Iudæorũ non tacuit Isaias prædicare Messiam occidẽdũ a futuris Iudæis

¶ Octauo est exaltat⁹ vt mundum captum ostenderet. Sicut rex quum cœperit aliquam ciuitatem exaltat vexillũ suum super turrim, sic Christus voluit seipsum in cruce exaltare ad designandũ quod mundus captus erat ab eo. Vnde Isa. 13. Super montem caliginosum leuate signũ: exaltate vocem, &c. id est, vos o doctores prædicate exaltatum per passionem. ¶ Dixi secundo subiungitur passionis fructus quũ dicitur. Omnia trahã ad meipsum. Reuera Christus per suam passionem traxit ad se omnia. s. cœlestia, terrestria, & infernalia. Traxit enim cœlestia patrem reconciliando, traxit terrestria populum gentilem ad fidem adducendo traxit infernalia sanctos patres qui erãt in lymbo liberando. Ideo voluit Christus in cruce exaltari per caput sursum vt Deum reconciliaret, per pedes deorsum vt infernum conculcaret, per dextram manum ad Aquilonem extensam vt gentes in frigore infidelitatis positas attraheret per manum sinistram ad austrũ extensam: vt Iudæos in quibus aliquando caudor fidei viguerat: & iam in eius passione cæcitas fuit merito reprobaret. Nihilominus tamẽ quotidie trahit ad se peccatores ad fiduciam: & ad spem quando considerãt corporis in cruce positi dispositionem. De qua dispositione sic dicit Bernar. Quis non rapietur ad spei impetrandæ fiduciam qui eius considerat corporis dispositionem? Vide caput inclinatum ad osculum, brachia extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum: latus apertum ad diligendum: pedum affixionẽ ad nobiscum cõmanendũ: corporis extẽsionẽ ad se nobis totaliter impẽdendum. Ex quibus verbis habetur quod Christus in cruce existens per sex modos peccatores ad se traxit: Primo per capitis inclinationẽ sicut, amicus nutu capitis vocat amicũ Vt det sibi osculũ. Istud osculũ petebat humanũ gen⁹ dicẽs Can. 8. Quis mihi det te fratrem meũ sugentẽ vbera matris meæ vt inueniam te solum foris & deosculer: & iã me nemo despiciat. Habet autem Deus duo labia. s. gratiam et gloriam & homo similiter habet duo labia. s. veritatem & pacem. De quibus dicitur zach. 8. Veritatẽ tãtũ & pacẽ diligite. Homo igitur debet osculari deum tantum duobus labiis suis. scilicet cum veritate & pace, vt. s. veritatẽ de se in confessione dicat. Et cum deo & proximo pacem habeat [illegible] Deus ipse [illegible] osculabitur duobus labiis suis. scili-

cet cum gratia et gloria sua, quia dabit sibi gratiam in pręsenti & gloriam in futuro. Psalm. 83. Gratia & gloriā dabit dominus. ☞ Notabile est autem quod Christus in cruce passionis caput inclinatum habuit ad dextram. Siue vt per hoc significaret quod patiebatur ꝓpter peccatum quod fecerunt primi parentes cum dextera. Siue vt per hoc innueret quod non vocabat hominem ad leuam. i. ad vitam temporalem, sed dexterā. i. ad vitam, cœlestem, siue vt per hoc ostenderet quod in his quæ facimus non sinistram sed rectam intentionem habere debeamus, iuxta illud Matth. 5. Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. ☞ Secūdo trahit per brachiorum extensionem, sicut mater trahit puerū ad se brachia aperiendo. Deus habet duo brachia. s. sinistrū quo congregat ad fidem & sui cognitionem. Et dextrum quo deportat ad beatitudinem, vtrunque autem brachium Deus olim clausum tenebat: quia nulli veritatem suæ fidæi dabat, & nullum ad beatitudinem suam ducebat. Tandem aperuit brachium sinistrum quando ad fidem verā duxit populum Iudæorum. Dexteram autem non aperiebat, quia nullum ad gloriam recipiebat. Modo autem vtrunque brachium apertum habet quia fidem & sui cognitionem omnibus tribuit, & ad suam beatitudinem fideles recipit, Vnde quælibet fidelis anima dicere potest illud Cant. 8. Leua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Leuam suam deus sub capite ponit quādo in præsenti vita sui cognitionem & fidem infundit, dextera illius amplexionē tribuit: quia sanctos sibi æternaliter vnit. Vnde etiā quilibet fidelis potest dicere illud. Psal. 72. Tenuisti manū dexterā meā, & in voluntatę tua deduxisti me, per viā tuę veritatis me deducendo, & cum gloria suscepisti me ad tuam beatitudinem me recipiendo. ☞ Tertio trahit nos per manuum perforatiōem. Sicut liberalis trahit egenum ad seveniendum. Habuit autem Christus manus in cruce apertas, confixas, & perforatas. Habuit apertas ad innuendum ꝙ dat faciliter & liberaliter, quia gratiam suam omnibus offert. Heb. 12. Tāquā filiis vobis se offert deus. Sap. 6. Præoccupat qui se cōcupiscūt vt illis se prior ostēdat. Ideo dicitur de multis. Eccl. 4. Nō portrahas datū augustianti. Habuit manus cōfixas, ad innuēdū quod dat immutabiliter & perseueranter. Eccle. 2. Respicite filii natiōes hoīm: & scitote

quoniã nullus sperauit in domino & cõfusus est. Quis enim permãsit mãdatis eius & derelictus est? Pauci autem sunt qui habẽt istã immobilẽ volũtatẽ seruiẽdi & benefaciendi. imo dicitur de multis illud Psalm. 18. Confitebitur tibi quũ benefeceris ei. Eccle. 6. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Habuit manus perforatas, quia dat dominus largiter & abundanter. Sicut enim vas perforatum largiter effundit liquorem in eo contentũ, sic Christus largiter tribuit & effundit gratiã suã. 1. Timo. 6. Qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum. Iacobi. 1. Qui dat omnibus afluenter, id est abundanter & non improperat. Non solum autẽ est liberalis, sed quodammodo prodigus quia habet manus perforatas. Sicut dicitur de aliquo ꝓdigo qui nihil scit retinere, iste habet perforatas man⁹. Valde prodig⁹ esset qui pro potu patrimonium suum daret, sic Christus pro potu aquæ frigidæ dat mercedem cœlestis patriæ aut gloriæ. Matt. 10. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Christus enim fuerat in vita sua valde liberalis, quia multa bona & beneficia dedit, in fine autem suæ vitæ quodammodo fuit prodigus, quia nihil sibi retinuit, sed omnia dedit etiam vsque ad vestes. Nam Petro ecclesiam dedit, Iohanni dedit matrem suam charissimam. Patri suo dedit animam suam preciosam. Latroni dedit paradisum Nicodemo & Ioseph corpus suum propriũ, nobis omnibus dedit suum sanguinem preciosum, & ipsis crucifixoribus vestimenta sua. Quarto trahit per lateris apertionẽ vt eius amorẽ præcordialẽ cognoscamus sicut amicus amicum trahit vt amorem suum sibi ostendat. Amor autem aliquando ostenditur ex sermone iuxta illud Matt. 12. Ex abũdantia cordis os loquitur. Quando enim cor abundat in amore, os abundat in sermone. Aliquando amor manifestatur opere, & iste amor est de quo dicitur. Ioan. 3. Non diligamus verbo nec lingua, sed opere & veritate. Aliquãdo amor radicatur in corde, de quo dicitur Matthæi. 22. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Primus amor qui est in sermone, nihil est nisi assit secundus amor qui est in opere. Nec primus nec secundus aliquid valet nisi radicetur in corde. Primum amorem nobis CHRISTVS ostenderat in sua salubri eruditione secundum ostẽderat in mul-

tiplici beneficiorum largitiõe, sed tertium, scilicet præcordialem nobis ostendit in lateris apertione, Bernardus. Clauus penetrans. clauis reserans factus est mihi. Quid enim videã per foramen, clamat clauus, clamat vulnus quod de⁹ vere sit in Christo mundum reconcilians sibi. Quinto trahit nos per pedum affixionem sicut amicus positus in carcere trahit amicum ad se visitandum, sic Christus propter amorem nostrum incarcerari se fecit quando in cruce affigi voluit. Debemus autem ad pedes suos currere, quia sicut dicitur Deuteronom. 33. Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Ad pedes ergo eius peccatores debent currere & tribulari. Nam vnus pes est tinctus oleo. istud enim oleum est misericordia viscerosa. Deuteron. 33. Tingat in oleo pedem suum. Secundus pes est tinctus sanguine. iste est eius passio gloriosa. Psalm. 67. Vt intingatur pes tuus in sanguine. Peccatores enim accedant ad pedes tinctos oleo misericordiæ, & inuenient medelam & sanationem. Isaiæ. 61. Spiritus domini super me eo quod vnxerit me ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde. Tribulati accedant ad pedem intinctum sanguine, & ibi inueniet consolationem. Gregorius. Si passio Christi ad memoriam reduceretur, nihil tam durum quod non æquo animo toleretur. Sexto trahit per sui corporis extensionem, sicut amicus trahit amicum extendendo se totaliter ad ipsum. Postquam igitur Christus pro nobis se totaliter extendit: debemus & nos ad ipsum extendi, & ab ipso trahi. Nam extendit se pro nobis de cœlo vsque ad vterum virginis gloriosæ, de vtero ad præsepium, de præsepio in mundum, de mundo in patibulum, de pattibulo in sepulchrum, de sepulchro in lymbum, de lymbo rediit in mũdũ, de mundo se extendit vsque ad cœlum, de cœlo se extendet vsque ad iudicium.

Feria. III. Sermo I.
De epistola.

EGo quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Scribitur Hieremiæ. 11. & legitur hodierna die pro epistolari officio. Ambrosius in Hexameron dicit. Vbi taurus mactatur eiusque sanguis effunditur, mox ad illum locum tauri cæteri siue

boues clamando confluunt & occurrunt. Spiritualiter sic Christus pro nobis occisus est & eius sanguis effusus. Ideo deuotis fletibus ei occuramus vota nostra lamentabiliter offeramus. Nam dicit Sextus pithagoricus, quod nulla salus cernitur vbi Christi saluberrima passio a mentis intuitu elongatur. Ne igitur eius passio a nostra remoueatur memoria proponitur nobis a Hieremia hodia in epistola suæ innocentia passionis dic. Ego quasi agnus mansuetus. &c.

In verbis prædictis duo innuūtur. Primo Christi innocentia, ibi. quasi agnus mansuetus. Secundo subditur salutaris victima, ibi. qui portatur ad victimam. De primo di. Ego quasi agn⁹ mãsuetus. Nota Christus in scripturis agnus appellatur propter mansuetudinem & innocentiam. Nã sicut dicit Isido. Cætera animalia armauit natura, solum agnum dimisit inermem. Non enim habet cornua ad ventilandum, nec dentes ad mordendum, nec vngues ad laceran dũ, sed mansuetus & innocens inuenitur. Eodẽ modo Christus nunquam alicui nocuit, sed omnibus profuit. Dicitur autem Christus in authoritate præmissa agn⁹, & agn⁹ mã suetus, & agnus victimatus. Agnus autẽ secundum Isid. dicitur ab agnoscendo, quia inter innumerabiles greges solo balatu matrem cognoscit. Eodem modo Christus dicitur agnus ab agnoscendo, quã in cruce existẽs tria genera personarum agnouit. Agnouit patrem & matrem, & suos crucifixores, nam patrẽ agnouit animã suã sibi cõmẽdãdo di. Pater ĩ manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ. Dicitur etiã, et scriptũ reperitur ꝙ Christus in cruce existens tutũ illũ. Psalm. Deus Deus meus respice in me silenter dixit, deinde alium Psal. In te domine speraui, silenter dicere incœpit. Et quum peruenit ad illũ verbum. In man⁹ tuas, &c. fortiter clamauit. di. Pater in manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ. In hoc dat nobis exẽplũ vt quũ ad extrema appropinquamus, spiritum nostrũ Deo cõmẽdemus. Et hoc tribus de causis. Primo vt deus ab insidiis dæmonum spiritum nostrum custodiat. Demones enim sunt in ista vita parati, vt rapiãt animam. Sed anima quæ est in manu Dei, nullum debet timere, quia dicitur Ioannis. 10. Non rapiet eas quisdam de manu mea. Secundo vt animam nostram per angelorum ministerium ad cœlum deducat. Exodi. 23. Ecce ego mitto angelũ meũ, qui præcedat te & custodiat in via, & introducat te in lo-

cum quem preparaui. Tertio vt a morte æterna animam custodiat. Sapientiæ.3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentū mortis, Secundo agnouit iste agnus matrem de ea specialem curam habendo, & Ioanni eam commendādo, quum dixit. Ecce mater tua. In hoc dat nobis exemplum vt de parentibus nostris vsque ad mortē curā & diligentiam habeamus. Petro quidem commendauit ecclesiam. Ioanni vero commendauit matrem suam. Si inuenisset aliquos digniores certum est quod talem thesaurum eos fecisset custodire pecuniam vero Iudæ recommendauit ad innuendum quod pecunia temporalis & vilis res & indigna esset, & ideo eam custodi indigno & vilissimo recommendauit. Nos igitur studeamus vt exemplo Iohannis virginem beatem accipiamus in matrem, si volum⁹ eam habere adiutricem, quum enim sit triplex status hominis sicut dicit Augustin. scilicet in vita, in morte, & post mortem, ipsi in hoc triplici statu iuuat filio suos qui habent eam in matrem, Vnde canit ecclesia: Maria mater gratiæ mater misericordiæ, tu nos ab oste protege, in hora mortis suscipe. Adiuuat enim in vita. Sed in vita ista sunt quidem iusti, isti impetrat perseuerantē gratiam, ideo dicitur Maria mater gratię. s. datrix & conseruatrix. Alii sunt peccatores, & istis impetrat peccatorum remissionem, & misericordiam, & ideo dicitur mater misericordiæ. Secundus status est prout sunt in morte, qui est status periculosus q a hostes, id est dæmones ad morientes accedunt & si aliquod ius habeant inquirunt, Sed beata virgo hostes, id est dęmones expellit & animas prodegit, ideo subditur. Tu nos ab hoste protege. Tertius status est post mortem, quando anima de corpore est egressa. Et illa status similiter est periculosus, quia ibi dæmones sunt rugientes, & animan deuorare volentes. Sed beata virgo animas in morte suscipit, & in cœlum deducit & a dæmonibus rugientibus defendit ideo subdit: in hora mortis suscipe. Vnde quilibet talis anima potest regratiari beatæ virgini Mariæ, & ei dicere illud. Eccl. 51. liberasti me secūdū multitudinē mīe noīs tui a rugiētib⁹ præparatis ad escā de manibus quęrētiū animā meā. Tertio ille agnus cognouit crucifixores suos pro eis orando dicēs. Lu. 23. Pater dimitte illis, nō enim sciūt q d faciūt aliq ā do pōt iniuria irrogari in cotumelii verborum, & hæc est

magna iniuria. Aliquando in spoliatione rerum, & est maior. Aliquando in irrogatione suppliciorum, & hæc est maxima. Istæ tres iniuriæ fuerunt Christo in passione irrogatæ, Ipse enim fuit contumeliis lacessitus. Vnde dicitur. Mat. 27, Prętereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes: Vach qui destruis templum Dei, & in triduo illud rædificas. Ipse fuit omnibus rebus suis & vestibus denudatus. Vnde signatus est per Ioseph, de quo dicitur Genesis. 37. Nudauerunt eum tunica talari & polymita. Ista fuit tunica CHRISTI inconsutilis, & desuper contexta per totum. Psalmus. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Iste fuit multis vulneribus sauciatus. Isaiæ. 54. Ipse enim vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra. In his igitur est magnum habere patientiam maius habere lætitiam, maximum dare beneficētiam Christus omnia ista habuit, non enim ea tantum portauit patienter iuxta illud Isa. 42. Tacui, semper silui, patiens fuit. Non tantum lætanter, iuxta illud Psalm. 29. Concidisti saccum meum, circundedisti me lætitia. Sed etiam suis occisoribus beneficium impendebat, dum pro eis orabat, dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt & sic iste agnus in cruce existens cognouit patrem spiritum suum sibi recommendando, cognouit & matrem de ea spcialem curā habēdo. Cognouit etiam suos crucifixores pro eis orando. Eius oratio de eis multos conuertit, & Deo reconciliauit, Ideo in missa, Agnus Dei ter cantatur, quasi dicat ecclesia. Agne qui cognouisti patrem spiritum tuum in suis manibus recōmendando, miserere nobis. Agne qui cognouisti matrem de ea specialem curam habendo miserere nobis. Agne qui cognouisti inimicos tuos pro eis orando, & eos deo pacificando, dona nobis pacem. Secundo fuit agnus mansuetus: sicut enim agnus, quando occiditur non murmurat, nec reclamat, sed tantum quasdam voces querulas emittit. Sic etiam Christus non remurmurauit, nec reclamauit. Isaiæ. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tōdente se obmutescet, & non aperiet os suum, scilicet ad blasphemandum vel murmurandum. Emisit tamen quasdā voces piæ quærulationis, Vnam emisit ad patrē dicens Matt. 27. Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Aliam emisit ad matrem, dicens: Hierem. 15, Væ mihi mater mea,

quare genuisti me virum rixæ, Virum discordiæ in vniuersa terra. Iudæi enim sæpe rixabãtur cum eo, & sæpe inter se ad discordias conueniebant, sæpe enim ipsũ maledicebãt. Vnde subditur. Omnes maledicũt mihi. Tertiam emisit ad circunstantes. Thre.1. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, &c. Quartam emisit ad terram. Iob.13 Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat locum in te latendi clamor meus. Quintam emisit ad cœlum dicens Hier.2. Obstupescite cœli super hoc, id est, super opprobriis & iniuriis a Iudæis mihi illatis, & sequitur. Duo enim mala facit populus meus, me derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Ac si dicat, Ista duo mala fecerũt Iudæi, quia me q sum fons aquæ viuæ desiccauerunt, id est, occiderunt, & Barrabam qui erat aqua turbida conseruauerunt, & bibere dimiserunt.

☞ Dixi secundo subditur salutaris victima, cum dicitur Qui portatur ad victimam. Christus fuit agnus victimatus. Est autem differentia inter hostiam & victimam, quia hostia dicitur sacrificium pro hostibus vincendis, victima autem pro hostibus victis Caro igitur Christi in passione fuit hostia, quia fuit pro hostibus vincendis, post passionẽ autem victima, quia fuit pro hostibus victis. Siue autem esset hostia siue victima oportebat vt igne ascenderetur, vt sic fumus esset domino odoriferus. Talis victima siue hostia fuit Christus. Ephe.5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Ista autẽ hostia vt esset odorifera fuit quadruplici igne inflammata. Primo videlicet igne amoris. De quo dicitur Luc.12. Ignem veni mittere in terram. Magnum indicium amoris est dare amico suo temporalem substantiam, maius est dare in obsequium personam suam, maximum est dare in mortem vitam suam. Istud maximum signum amoris habuit CHRISTVS. Iohann.15. Maiorem charitatem nemo habet quam vt animã suam ponat quis pro amicis suis.

☞ Secundo ista victima fuit inflamma igne doloris. Quãto enim caro est melius complexionata, tanto est maioris doloris sensitiua. Caro enim oculi magis sentit dolorem quam caro calcaleis, quia melius cõplexionata. Caro igitur, Christi fuit manu spiritussancti de purissimis sangui-

bus virginis facta, & ideo fuit optime complexionata, & propter hoc fuit maioris doloris sensitiua ☞ Tertio ista victima fuit inflãmata igne passionis, de quo dicitur in Psal. 16. Igne me examinasti, &c. Item Psalm. 101. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Si enim ossa fuerunt cõcremata manifestum est quod caro & pellis concremata fuit.

☞ Quarto ista victima fuit inflammata igne cõpassionis. Magna quidem compassione replebatur quando matrem desolatam & afflictam videbat quando apostolos dispersos & in errore pro lapsos cernebat, quando suos crucifixores in frenesim conuersos respiciebat. Sic enim pius pater quando filium suum freneticum in ipsum insurgentem videt, dolet, & plorat, non propter suam iniuriam, sed filii furiam, sic Christus non suos dolores, sed perditionem suorum interfectorum dolebat. Hebræ. 5. In diebus carnis suæ præces supplicationes que ad deum fudit. Ecce quia orabat cum clamore valido, ecce quia clamabat, & lachrymis offerens, ecce quia plorabat, &c.

☞ De eodem. Sermo. II.

HIC est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur Marc. 13.

☞ Constantinus in lib. de naturis liquidorũ dicit. Qui naribus suis sanguinem calidũ imbiberit in se, proprii sanguinis prouocat effluxum quẽ naturali quadã virtute extrahit & educit. Spiritualiter: sic qui intus in mẽte sorbet passiõis Christi fluxũ & refluxum sentit in se suauitatẽ, & beatitudinẽ sẽpiternę glorię. Alan⁹, Omnis qui Christi sanguinem deuota mente compassionis imbiberit, infinitam mentis dulcedinem æternaliter degustabit. Sed quia natura humana per passionem crucis trãsiuit de contumelia in gloriam, ideo gloriatur mater ecclesia in introitu missæ di. Nos autem gloriari oportet in cruce domini, &c. quia in ea vera est salus mentis & corporis. De quo Fulgentius. Sanitatem mentis & corporis consecuti sumus per virtutem felissimæ passionis Christi, de quo thema. Hic est sanguis. &c. ☞ In verbis pręmissis duo innuuntur. Primo, noui testamenti confirmatio, ibi. Hic est sanguis noui testamenti. Secundo subditur sanguinis effu-

ſionis ratio, ibi qui pro multis effundetur, de primo dicitur hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. ❧ Pro quo ſciendum quod omne teſtamentum ſicut dicitur Hebrę.9.confirmatur morte teſtatoris. Et ideo deus voluit vtrumque teſtamentum, videlicet vetus & nouum confirmare per ſanguinem. De confirmatione veteris teſtamenti per ſanguinem dicitur Heb.9. lecto enim omni mandato legis a Moſe vniuerſo populo accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & laua coccinea & hyſopo ipſum librũ & omnem populum aſperſit di. Hic eſt ſanguis teſtamenti quod ad vos mandauit deus. De confirmatiõe noui teſtamẽti per ſanguinem dicitur in authori. pręmiſſa hic eſt ſanguis me⁹ noui teſtamenti. Notandum quod Chriſtus in iſto teſtamẽto quod in ſua paſſione cõdidit octo legata diuiſit ſicut dicit Ambro. Author humani generis exiſtens in cruce pietatis, officia diuidebat, perſecutionem apoſtolis, pacem diſcipulis, corpus Iudæis, patri ſpiritum, virgini paranymphũ latroni paradiſum, peccatoribus infernum, crucem pœnitẽtibus delegauit. ¶ Primo igitur legauit perſecutionẽ apoſtolis & mortem. Illud quoniã ipſis legauit quod ipſe poſſedit. Ioh.15. Si perſecuti me ſunt & vos perſequentur. Et iſtud legatum perfecte fuit ab apoſtolis omnibus ſolutum, quia perſecutionem habuerunt, & mortem ſuſtinuerũt, hęreditas enim tranſit ad hæredes cum ſuo onere & honore. Deus igitur hæreditati æterne beatitudinis adiunxit onus. id eſt, tolerantiam paſſionis. Cum iſto enim onere habuit Chriſtus eandem beatitudinem. Luc.vlt. Oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam. Habuerũt eum apoſtoli, Actu.14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlerũ. Habẽt eam omnes fideles. 2. Tim.3. Omnes qui volũt pie viuere, in Chriſto Ieſu perſecutionem patientur. Qui igitur vult aſſequi æternam beatitudinem & nullam pati tribulationem, videtur quod velit eſſe Chriſto dignior & apoſtolis ſanctior, & cunctis fidelibus melior. Hiere. Difficile, imo impoſſibile eſt vt præſentibus quis & futuris fruatur bonis, & v tde dilitiis trãſeat ad delitias, vt hic ventrem, & ibi mentem impleat, & in vtroque ſeculo ſit primus, & in vtroq; appareat glorioſus. Secundo legauit diſcipulis pacem, Iohannis.14. Pacem relin. Vobis pacem meam do vobis. Habuit enim Chriſtus.72.

discipulos qui non erant ita fortes sicut apostoli ad susti-nendum persecutionem, & ideo reliquit eis pacem, nō tantum pectoris vel æternitatis, sed etiam tēporis. Non enim infirmis, & debilib⁹ statim sūt grauia imponēda. Habem⁹ enim ex euangelio Matthæ. nono quod non sunt tristia imponenda festiuis, nec fortia infirmis, nec insolita inexpertis, primo enim non sunt imponenda tristia festiuis, quod innuitur ex eo quod dicit dominus ibidem. Nunquid possūt filii sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus, illi scilicet qui semper cum deo illud festum faciunt. De quo dicitur, in Psalm. 75. Reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. Talibus non debent imponi tristia ne impediantur & turbentur in contemplatione interna. Secundo non sunt imponenda infortia infirmis. Vnde subdit. Nemo autem immittit commissuram panni rudis ad vestimentum vetus. Vetus vestimentum est conuersatio vetus, pannus autem rudis, id est, nouus, est doctrina quę inducit ad contemptum terrenorum. Sunt autem tales infirmi qui non sunt statim ad terrenorum contemptum inducendi. Tertio non sunt imponenda insolita inexpertis. Ideo subdit. Nec mittunt vinū nouum in vtres veteres, per vtrem veterem intelligitur mens assueta terrenis per vinum nouum doctrina quæ inducit ad appetitum cœlestium. Sed homines assueti diligere terrena non statim sunt cogendi ad cœlestia.

3 Tertio legauit corpus suum Iudæis, vt scilicet, ipsum crucifigerent, & sic nostram saluationem perficerent. Iob. 9. Terra, id est, caro Christi de nostra substantia terrena assumpta data est in manibus impii, scilicet Pilati siue Iudæorum. Corpus autem CHRISTI erat quasi quidam saccus diuinus in quo erant tria preciosa inclusa, scilicet sanguis anima & diuinitas. Christus igitur de carne sua fecit emplastrum in quo inflatura nostræ superbiæ frangeretur. Augustinus. Ecce habes humilitatis exemplū superbiæ medicamentum. De sanguine enim suo fecit collyrium quo cæcitas nostræ ignorantiæ curaretur. Apocalip. 3. Collirio inunge oculos tuos vt videas, animam dedit præcium quo seruos redimeret. Matthæi. vigesimo, dare animam suam in redemptionem pro multis. Deitas fuit balsamum quo fœtor nostræ immundiciæ tolleretur. Ecclesi. 24. Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odo-

tem dedi. Quarto legauit patre spiritū. Luc.23. Pater in manus tua commendo spiritum meum, in hoc dat nobis exemplum, quod in manus dei debemus recommendare spiritū nostrum, illud enim quod est in manu est securum ante cōspectū, & est preciosum. animæ ergo quæ sūt in manu dei sunt securæ, ita quod nūquam perduntur. iohan.10. Nō rapiet eas quisquam de manu mea. Sunt deo proximę ita vt diuina visione fruantur. Isaiæ.49. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis sempe.. Sunt præciosæ, ita vt in oramenta dei assumantur. Sicut enim anul⁹ ornat manum, sic animæ sanctorum quodammodo ornant deum. Vnde dixit dominus de quodam magno peccatore. Hierem.22. Viuo ego dicit dominus, quia si fuerit Ieconias filius Ioachin regis iuda an anullus in manu dextera mea inde enellam eum & dabo te in manum, quærentium animam tuam. Quinto legauit virgini paranymphum cū dixit, Mulier ecce filius tuus. Quod quidem voluit triplici ratione. Primo ratione sui, dederat enim legem. Exod.20. Honora patrem tuum & matrem tuam. Decebat igitur vt conditor legis legem suam seruaret. Secūdo ratione nostri vt nos doceat quod de parentib⁹ nostris non tantū in vita sed etiam in morte curam habere debeamus. Tertio ratione virginis. Amittebat enim filium & ideo pro consolatione dimittebat sibi fidelem discipulū, sed tamen talis consolatio sufficiēs sibi esse non poterat. De quo dicit Bernardi, O qualis commutatio. Iohannes pro IESV traditur. seru⁹ pro domino discipul⁹ pro magistro, filius. Zebedæi pro filio dei purus homo pro puro deo.

¶ Sexto legauit latroni paradisum dicens, Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Ecce qualis mod⁹ fuit intrandi, q̄a hodie ecce quāta celeritas; mecū eris: ecce quam beata societas in paradiso, ecce quanta loci amœnitas. Ideo ait CHRISTVS isti latroni tam fuit liberalis, quia in illa societate triū erat vn⁹ totaliter bonus, scilicet Christus, erat alter totaliter malus sicut latro a sinistris posit⁹, terti⁹ mediocriter bonus & mediocriter malus: sicut latro a dextris positus, ipse enim nec omnino erat malus, quia culpabilem se cognoscebat, nec erat omnino bonus quia adhuc gratiam non erat assecutus. Habuit igitur se laudabiliter ad totaliter bonum quia ipsum excusauit, ad

totaliter malum quia ipsum increpauit. Ad se mediocriter bonum & mediocriter malum, quia veniam postulauit.

¶ Septimo legauit peccatoribus infernū cum dicet. Mat. 25. Discedite a me maledicti ignem ęternum. Quod quidē legatum valde cōpedit eis qui a pulchrius stant in inferno quā starent in paradiso. Quod ostenditur triplici exemplo. Primum est quia potius manet porcus in luto, quam in viridi prato. Porcus est luxuriosus qui semper in immūdiciis volutatur, 2. Petr. 2. Sus lota in volutabio luti ideo porcus potius manet in luto infernalis fœditatis, quā maneret in proto florido cœlestis amœnitatis. Secundum exēplum est, quia potius stat seruus in cloaca quam in camera picta. Seruus est auarus. Colo. 3. Auaritia est mulacrorum seruitus. Talis seruus potius stat in cloca infernali quam in camera picta cœlesti. Tertium exemplum est quod potius stat latro in patibulo quam in regali sedeat solio. Latro est superbus qui furatur deo illud quod est proprium dei, scilicet gloriam; Isai. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Talis igitur latro potius stat in pacibulo infernalis tormenti quam staret in solio maiestatis dei.

☞ Octauo legauit crucem pœnitentibus. Lucæ. 9. Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Quid autem sit abnegare semetipsum di. Gregorius in homil. Relinquamus nosmetipsos quales peccando fecimus nos, & maneamus quales per gratiam facti sumus. Ecce enim qui superbus fuit, si humilis factus est seipsum reliquit si luxuriosus vitam mutauit, seipsum negauit in hoc quod fuit. Si auarus largiri didicit, & aliena rapere desistit seipsum reliquit: est quidem ipse per naturam sed non ipse per maliciam. Vnde subditur tollat crucem suam & sequatur me, vbi dicit ibidem Gregorius duobus modis crux tollitur, cum scilicet per abstinentiam affligitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus.

¶ Dixi secundo tangitur sanguinis effusionis ratio cum subditur, qui pro multis effūdetur. Et hoc multiplici ratione & vtilitate. Primo vt esset fœdis & immundis in ablutionē sordium. Secundo vt esset laborantibus in pœnitentia adiutorium. Tertio, vt esset pugnantibus in præsidium. Quarto de mundo exeuntibus in salutis signum.

¶ Dixi primo effusus est sanguis CHRISTI vt esset fœdis

& immũdis in ablutionẽ sordium. Apoca. 1. Dilexit nos & lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris. Heb. 9. Si sanguis hercorum aut vitulorum aut taurorum aut cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiẽdum deo viuenti. 1. Iohann. 1. Sanguis Iesu Christi filii eius emundauit nos ob omni peccato. Hieronym. Nihil tam efficax ad curandum conscientiæ vulnera nec non ad purgandum mẽtis faciem quam sedula passionis Christi, mediatorio, & sanguinis nobis valde reuerendi quem Christus in cruce fecit nostrum precium, in altari nostrum poculum, in exilio nostrum viaticum, in deserto nostrum conductum, in cœlo aduocatum: passio enim tua domine est vltimum refrigerium, singulare remedium. Sed miseri peccatores hoc sanguine inquinãtur quantum in seipsis est, & polluuntur cum mortali peccato consentiunt. Quibus apostolus dicit illud horribile. Hebræ. 10. Irritam quis faciens legem Mosi sine vlla miseratione duobus aut tribus restibus subple conuictus moritur. quanto magis putatis maiora & deteriora mereri supplicia qui filiũ dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est. Glos. conculcat Christum qui libere peccat absque timore & pœnitentia & qui eo indigne participat sanguinem pollutum ducit si ab eo mũdatus ad vomitum reddit & pœnitere negligit. Bernar. Væ tibi quicunque es qui desideras redire ad lutum, reuerti ad vomitum, putas quod placidos habebis in iudicio quos modo tam non desperato vis habere animo. ☞ Et nota quamuis peccator sanguinem Christi polluat, Christus tamen eum quamdiu viuit ad emundationem vocat & inuitat, Hebræ. 12. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel, quia ille vindictam, iste salutem: ille damnationem, iste saluationem clamat. Bernardus Clamat vulnus clamat clauus, quia misericordiæ dei non est numerus. Fodiuntur pedes, fodiuntur manus, vt foramina mihi liceat sugere mel de petra, oleum de saxo, durissimo. Secũdo CHRISTI sanguis est in adiutorium in operibus pœnitentiæ laborantibus alliciens eorum voluntatem, si

cut sanguis datur canibus ad lambendum vt allicientur ad sequendum cum magno labore prædam suam. Psalm. 67. Intinguatur pes tuus in sanguine, scilicet passionis vt sic ardentius & frequentius prædam tuam videas & Christum sequeris quod apparet. Apo, 19. ĩ illo q̃ erat vestitus veste aspersa sanguine. & exercitus cœli, id est cœlestium virorũ sequebantur eum. August. autem dicit. O homo noli timere mortem & cõtumelias & crucẽ, quia si hoc noceret hoĩ non pateretur filius dei. ¶ Tertio est pugnãtibus in præsidium. Ipse enim animat homines ad aggrediendum certamen. Quod bene signatum est. 1. Mach. 6. vbi dicitur, Ostenderunt elephantibus, quod est animal naturaliter timidum & frigidum, sanguinem vuæ & mori, id est, sanctorũ martyrum, ad acuendos eos ad prælium, Et hoc naturale exẽplum est, Sanguinis enim aspectus dat audaciam pugnãdi propter quod dicitur. 1. Pet. 4. Christo in carne passio & vos eadẽ cogitatiõe armamini. Ber. In hoc mundo in stadio pugnamus & in certamine positi sumus. Verbi gratia. Mortuus enim est dominus noster vt qui huius liuorem & plagas nõ susceperit, in futuro iudicio gloriosꝰ miles non apparebit. Et Augu. Ideo mortuus est dominus pro seruo, vt seruus non timeret mori pro domino. Item sanguis Christi pugnaturos confortat a sustinendum. Heb. 12. Recogitate eum qui talẽ sustinuit aduersus semetipsum contradictionem. Et postea dicitur. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis. Ideo aduersus sanguinem pugnantes indui debemus tunica Christi sicut boni milites, ne timeamus si sanguinem pro Christo fundamus sicut pugiles faciunt. Ber. Bonus miles vulnera non sentit sua dum benigni regis intuetur vulnera. Item sanguis Christi pugnãtem roborat ad triumphum. Vnde cum iusti & probi deficiunt in lite. tamẽ viso regis signo & ipso rege in pressura existente vires resumũt. Apoc. 12. Vicerunt enim per sanguinem agni Propter quod di. Bernardus. Respice fidelis anima in faciem CHRISTI tui, & videbis eum dorso flagellato, latere aperto, capite spinis coronato, pedibus & manibus clauis perforatis, volue & reuolue a capite vsque ad pedes a latere in latus, & nihil inuenies nisi dolorem & cruorem,

¶ Quarto CHRISTI sanguis de mundo exeuntibus est in securitatem & in signum gloriæ percipiendæ At-

tendendum quod in morte quæ est mediũ in vitam præsen tem & futuram habitant dæmones infestando & tentan do.Gene 3. Tu insidiaberis calcaneo eius. Propter quod di. Gregor. Assidua tentatione tentat vt saltem tędio vincat Et sicut componitur signum regis super aliquam domum timẽt hostes eam inuadere, sic & dæmões, vt dicitur Psal. 64. Timebunt gentes quę habitant terminos a signis tu- is. Et propter hoc etiam non sine causa ante oculos mo- rientium ponitur crux in signum huius quod dicitur. Exo. 12. Cum dominus viderit sanguinem in superliminari & in vtroque poste transcendet ostiũ domus, & non sinet in- gredi percussorem domos vestras & lędere, Item Gloss. Sanguinis Christi memoria ab exterminatore nos conser- uat item ibidem. Videbo sanguinem & transibo vos, id est non percutiam nec erit plaga, scilicet ęterna disperdens, quando percussero terram Aegypti, id est, ciues huius secu li. Non solum autem sanguis Christi conseruat hic exi- stentes, sed introducit in gloriam ęternam ibi gauden- tes. Est enim signum quo ostenso intratur ad cœlum cum August. di. Sanguinis effusio inebrians angelos satians san ctos, potans sitibundos, viuificans mortuos, iustificans pec- catores, inferos dissipans, muudum redimens, cœlum repa rans, sanctis omnibus conferens gaudium sempiternum.

Attendendum quod si aliquis ingreditur curiam regis, om nes qui habent similes vestes possunt intrare, quia præsumi tur quod sint de familia eius. Sic certe intrabunt curiã cœ- lestem qui vestem CHRISTI habuerint sanguine tin- ctam pati ratione. Apocali. vlti. Beati qui lauant stolas su- as in sanguine agni, vt habeant potestatẽ in ligno vitæ & per portas intrent ciuitatem sicut Christus intrauit. Hebrę. 9. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine CHRISTI. Propter quod dicit. Ansel. O quam glorio sum nostræ salutis precium per quod de inferni miseria li- beramur, per quod in vita reficimur & potamur, per quod in patria gloria & honore coronamur. ☞ Item nota quod sanguis Christi habet alias quatuor virtutes, per hunc enĩ venditus redimitur, mortuus viuificatur, reus reconciliatur & animus delectabiliter potatur & inebriatur. Primo ven ditus & captiuus liberatur. Isaiæ. 52. Gratis venundati e- stis, & sine argento redimemini, Sed quo precio ostendit

Petrus.1.Pet.1.dicens.Non corruptibilibus auto vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternę traditiõis,sed præcioso sanguine quasi agni immaculati Christi Attende quanti valoris sit quod pro te datum est,cogita & noli vilipendere. ☞ Secundo per sanguinem Christi mortuus viuificatur.Ioannis.6.Nisi manducaueritis carnẽ filii hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, Non solum autem dat vitam graciæ sed spẽ veniendi ad vitam gloriæ.Vnde subditur,Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam ęternam,scilicet nunc in spe & tandem in re.Aug. Venit Christus in carne homines menducarent,& manebat apud patrem vt angelos pasceret. ¶ Tertio per sanguinem Christi reus & discors reconcialitur siue pacificatur.Collos.1.Pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in cœlis,siue quæ terris sunt.Pacificauit enim deus vno die hominem & angelum cœlum & terram, Vt sit vna die gloria Deo ĩ cœlis & in terra pax fieret homini liberato.ad Rom.5.Iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum.Bernar. Ille cibus est ægrotis medicina,peregrinantibus diæta,debiles confortat,& delectat valentes,languoram sanat,seruat sanitatem,corpus nutrit,cordis palatum saporosum facit,fit homo inde mansuetior,ad correptionem patientior, ad laborem sagacior,ad cautelam humilior,per conscientiam acceptior,ad obediendum paratior,ad gratiarũ actiones sollicitior ac deuotior. ¶ Quarto animus hoc sanguine delectabiliter potatur & sobrie inebriatur.Matt.27.Accepto calice gratias agens dedit discipulis suis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamenti,qui pro multis effundetur.Glo.O fœlix ebrietas,salutaris satietas,qui quanto copiosius bibitur,tanto amplius sospitatem mentibus donare dignatur.Psalm.22.Calix meus inebriãs quam præclarus est.i.sanguis Christi qui sic inebriat vt sobrios reddat quam præclarus est dat enim claritatem vitę æternæ.Bern. O Iesu fons indeficiens humana corda reficiens,ad te curro,te solum sitiens,tu mihi salus sufficiens. Hunc potũ boni & amici bibũt ad suã delectationẽ & salutẽ.Sed de multis dicitur illud.1.Cor.11.Qui manducat & bibit indigne,iudicium sibi manducat & bibit.Bonis autẽ dicitur illud.Canticorum quinto,Bibite & comedite ami-

ci mei & inebriamini chariſſimi. Hi ſunt de quibus dicitur Ezech.39. Comedetis adipem ad ſaturitatem, & bibetis ſanguinem ad ebrietatem de Victima quam immolaui vobis Hi enim ſunt pulli aquilę de quibus dicitur: Iob.36. Pulli eius lambunt ſanguinem. Ipſi ad hoc ſunt vocati vt cũ medulla tritici gloriam corporis Chriſti, & ſanguinem vuę biberent meraciſſimum, vt dicitur Deutero.32. Gloſ. De quo ſcriptum eſt. Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine. Quam mirabiliter autem iſte potus conficiatur. Bernard. oſtendit di. Deus qui mirabilis eſt in omnibus in ſacerdotibus mirabilior oſtenditur dum mirabilia per eos operatur nam quod nullis angellorum ordinib⁹, & nullis terrenis poteſtatibus eſt conceſſum, ſignificauit dominus facere in eis vt conſecraretur, et idipſum faciat in altari quod ipſe Chriſtus propriis manibus fecit in cœna paſchali.

Feria.iiii. Sermo. I.

Vlneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore ei⁹ ſanati ſum⁹. Iſa.53 ¶ Legitur quod pellican⁹ quum pullos ſuos excubauerit, tũc ſerpẽs multũ perſeq̃t pellicanũ et dum pellicanus non adeſt, ſerpens reperiens arborem pullos occidit. Pellicanus autem rediens, & videns pullos interfectos, tribus diebus plangit eos mortuos, tertia autem die cum roſtro vulnerat cor ſuum, & de ſanguine ſuo pullos ſuos aſpergit: & ſic illi reuiuiſcunt. Spiritualiter per pellicanum intelligitur CHRISTVS. qui dicit per Pſalmum. 101. Similis factus ſum Pellicano ſolitudinis, &c. Serpẽs eſt diabolus qui humanum genus occidit, ſed Pellicanus, id eſt CHRISTVS in quinque partibus corporis vulnerari voluit, & ſic homines mortuos viuificauit. Oſeæ.6. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & viuem⁹ in conſpectu eius. Sumus enim viuificati in prima die paſſionis ſuæ, & in ſecunda die ſepulturæ, ſed ſuſcitati ſumus die tertia reſurrectionis ſuæ. Ideo Leuiti.17. Anima omnis carnis in ſanguine eſt, ſcilicet CHRISTI, quem ſanguinem effudit pro nobis abunde: de quo thema. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. In verbis præmiſſis duo in

nuuntur. Primo quomodo passio Christi fuit pœnosa, ibi. Vulneratus est. Secundo subditur fuisse fructuosa, ibi. liuore eius sanati sumus, De primo dicit. Vulneratus est. Di. Hiero. Isaias non tantum fuit propheta, sed etiam euangelista, quia non tãtum prophetauit de futuro, sed etiã historiã passionis Christi scripsit in præterito. Nam ipse passionẽ Christi quingentos annos præuidens sic aperte describit, ac si per eam præsentialiter conspexisset dicẽs. Vulneratus est propter iniquitates nostras &c. vbi ponit quod ipsa passio christi fuit pœnosa. Et pœna christi describitur tripliciter. Primo fuit vulneratus & hoc ideo vt redemptionis nostrę præciũ de corpore suo emanaret. Corpus enim christi erat tanquam saccus plenus thesauro, & tanquam alabastrũ plenum vnguento, tâquã apotheca plena balsamo: homo vero erat captiuus, vulneratus & fœtidus. Voluit ergo christus vulnerari vt saccus scinderetur, & thesaurus inde exiret quo captiuus redimeretur. De isto thesauro dicitur. 1. Petri. 2. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis sed præciosa sãguine quasi agni immaculati Christus & incontaminati. De sacco vero in quo erat iste thesaurus dicitur. Prouerb. 7. Sacculum pecuniæ secum tulit, &c. Bernar. Saccum plenum misericordia misit Deus pater in terram. Saccum inquam in passione conscindẽdum, vt effundatur quod in eo latet. s. precium nostrum. Secundo corpus eius erat tanquam alabastrũ plenum vnguento, & ideo voluit vt illud alabastrũ multis vulneribus frangeretur, & inde vnguentũ preciosum exiret quo vulneratus curaretur. Ista vnguenta petebat sponsa dicens. Cantico. 1. Trahe me post te curremus in odore vnguentorum tuorum. Ista vnguẽta sunt suauia, quia delectant corda, & sunt sanatiua, quia curant peccata, Eccle. 38. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones conficiet sanitatis. Istis vnguẽtis est sanatus Samaritanus vulneratus. s. vino & oleo, id est sanguine Christi qui fuit tanquam vinum inquantum patrem lętificauit, & fuit tanquam oleum inquãtum ipsum ad misericordiam inclinauit. Tertio corpus Christi fuit tanquam apotheca, & ideo voluit quod ista apotheca plena balsamo aperiretur, & inde balsamum efflueret quo fœtid⁹ sanaretur. Tunc autem ista apotheca aperta est quando vnus militum lancea latus eius aperuit. De odore illius balsami di-

citur. Ecclesiastici vigesimo quarto. Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi. Omnia quæ sunt in balsamo dicuntur virtuosa, scilicet cortex, folia, semen & liquor. Sic etiam quicquid in Christo, primo cortex, scilicet corpus, folia, id est verba semen, id est anima ex eius corpore seminata: & liquor, id est sanguis preciosus. Item vulnera Christi sunt horrea quæ aperuit ioseph. Gene. 41. ad famelicos pascendos. Vnde dixerunt Aegyptii. Salus nostra in manu tua domine. Gene. 47. Item sunt cellaria vinaria aperta vt inebrientur animæ charitate. Cantico. 2. Introducit me rex in cellam vinariam. Ibidem. 5. Bibite & inebriamini charissimi. Bernardus. Patet arca cordis per foramen corporis. ℂ Nota principaliora vulnera Christi sunt quinque, quæ significātur per ciuitates refugii in terra promissionis. Deuterenomii. 19. Bernardus. Vbi tanta securitas & firma sicut in vulneribus Christi? Secundo Christus fuit attritur, Sicut enim succus herbæ atteritur, vt inde fiat emplastrū per quod apostema sanetur, sic corpus Christi fuit attritum vt fiat emplastrum quo tumor superbiæ frangeretur. Fit autem emplastrum de floribus, herbis & speciebus aromaticis aliquo liquore superinfuso. In Christo fuit caro tanquam verba, iuxta illud Isaiæ. 12. Omnis caro fœnum Fuit animo tanquam flos, quia fuit valde purissima et amœna. Cantico. 2. Ego flos campi. Fuit diuinitas tanquam species aromatica. Fuit sanguis tanquam liquor infusus. Ex istis ergo factum est emplastrū quod debet frangere tumorem nostræ superbiæ. ℂ Tertio fuit disciplinatus, ideo dicitur, disciplina pacis nostræ, &c. Homo enim Deum offendebat, & ideo disciplinari debebat. CHRISTVS autem flagellari voluit, & sic Deum nobis pacificauit. Ideo dicitur Disciplina pacis nostræ super eum. Olim pax tribus modis fiebat & firmabatur, scilicet percussione manuum, quia ad inuicem manus percutiebant, Secundo signi erectione, quod, scilicet aliquam columnam vel pilam lapideam erigebant. De istis duobus dicitur Iosue vltimo. Percussit Iosue in die illo fœdus, ecce percussio, Deinde subditur Et tulit lapidem prægrandem, posuit que eum subter quercum, quæ erat in sanctuario domini, dicens. En lapis iste erit vobis in testimonium quod audieritis omnia Verba domini quæ locutus est vobis, ne forte postea ne-

gare velitis, & mentiri domino Deo vestro. Tertio aquæ effusione, de hoc dicitur. 1. Regum. 7. Hauserunt aquam, & effuderunt in conspectu domini. Per quod volebant innuere quod sicut de aqua nihil remanet quando effunditur, nec substantia, nec sapor, nec color, nec odor. Sic si aliquis pacem non seruaret, nihil de illo nec de his quæ ad ipsum spectant remaneret, Vt ergo Christus firmam pacem cum deo nobis acquireret fuit disciplinatus, & percussus non tantum in manibus, sed etiam in pedibus fuit perforatus, & in toto corpore flagellatus. Fuit etiam tandem in signum in cruce eleuatus. Ioannis. 12. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Fuit insuper sicut aqua effusus, quia nihil sibi remãsit, nec sanguis nec aqua, nec vitia, nec familia. ❡ Dixi secundo eius passio fuit fructuosa quum subditur. Et liuore eius sanati sumus. ❡ Pro quo sciendum quod passio Christi multiplicem fructum nobis attulit. Primus est adiutorium contra hostes. Habemus enim triplicem hostẽ. Primus est caro quæ impugnat nos per concupiscentias malas. Galat. 5. Caro concupiscit contra spiritum. Sed sanguis Christi mortificat omnes motus carnales, Istud est figuratum. Exodi. 7. vbi dicitur quod Moses eleuans virgam percussit aquas fluminis, & versæ sunt in sanguinem, & pisces qui erant in flumine mortui sunt. Per pisces significantur motus carnales, qui nutriuntur in aquis deliciarum. Sed tunc in sanguinem aquę conuertuntur, & pisces moriuntur quãdo ad memoriam dominicæ passionis delitiæ refrenantur, Bernard⁹, Visa passione Christi, quis tam luxuriosus, qui se non contineat? quis tam deliciosus, qui se non abstineat? quis tam maliciosus, vt non pœniteat; Secundus hostis est mundus qui impugnat bonos per aduersa & tribulationes, Ioannis. 16. In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Has debet homo vincere per sanguinem Christi. Istud figuratum est Apocalypsi. 19. Ioannes vidit vnum, cui⁹ nomen erat Verbum Dei, & vestitus eius erat aspersus sãguine. Per hoc significatur corpus eius cruentatum, & sequebatur eum multitudo per quos significantur sancti passionem eius in memoria habentes qui ipsum sustinendo, aduersa imitantur. Bernardus. Vult benignus dux deuoti militis vultum & oculos in sua sustolli vulnera, vt ex hoc animum illius erigat, & exemplo suo reddat ad tolerandum fortio-

rem. Non enim sentit sua dum illius vulnera intuetur. Gregorius. Si passio CRISTI ad memoriam renocetur, nihil a deo durum est quod non æquo animo toleretur. Bernardus. Nihil dulcius in tribulatione quam passionem Christi cogitare quam enim asperitatem formidabit seruus si menti eius occurrat quod filii dei sanguine sit redemptus, si enim passionem Christi semper recordaremur illa sagitta dilectionis vulneraremur quod propter eum dulciter omnem tribulationem pateremur. Exemplum in beato Ignatio qui nullis poterat vinci pœnis ac tribulationibus & quum quæreretur ab eo quomodo tam fortis esset respondit. Crucem Iesu Christi in corde meo habeo quæ omnia vincere, facit quæcunque mihi poterint infrigi. Tertius hostis est diabolus qui impugnat suggestione. Iste etiam vincitur per sanguinem Iesu Christi. Istud etiam figuratur Apocalypsi duodecimo, vbi dicitur quod Ioannes vidit drachonem magnum septem capita habentem qui signat diabolum cum septem mortalibus vitiis. E Michael & angeli cum dracone pugnabant, & vicerunt eum per sanguinem agni, id est, Iesu Christi. Bernardus. Vbi firma & tuta requies nisi in vulneribus Christi, tanto illic securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum premit corpus per voluptates, fremit mundus per aduersitates, insidiatur diabolus per suggestiones, non cado quia vulnerum domini recordabor. Decipit enim eum secũdum Augustinum tanquam murem, quia tetendit tanquam muscipulam crucem in qua posuit sanguinem tanquam escam. Vnde dicit August. Venit redemptor, noster, & vinctus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro, tetendit muscipulam. s. crucẽ suam, & posuit in ea escã. s. sanguinem suum. Ille autẽ effudit sanguinem pro debitoribus propter quod diabolus recessit a debitoribus. Secundum autem Gregorium decepit eum tanquam piscem, quia posuit exteriũs escã. i. carnẽ & sanguinẽ, interius aũt occultauit ferreũ hamũ. i. diuinitatem, Diabolus autem volens capere escam carnis captus est ab hamo diuinitatis, Secundum vero Remigium decipit eum tanquam auem. Vnde exponẽs verbum. iob. 40. Nunquid illudes ei tanquam aui. dicit, illusus est diabolus in morte domini tãquã auis, Nã Christ⁹ sub carnis mortalitate abscondit diuinitatem vt laqueum

quo eum velut auem improuidam prudenter irretiuit deci pula. Refert valerius quod Thorenses & Athenienses dũ adinuicem decertarent, Codrus rex Atheniensis de euentu belli Apollinem requisiuit. Qui respondit. Si te occidi permitteres gens tua victoriam obtineret. Quum vero hostes istud oraculum audissent præceperunt ne aliqui regem Atheniensem tangerent. Ipse igitur rex ne cognosceretur rusticum habitum accipiens & sarmenta in humeris assumẽs ad hostes processit ibique quendam militem cum false prouocans ab ipso occisus est, Quo cognito Thorñ. memores oraculi fugerunt & Athenienses victoriam obtinuerũt. Iste rex fuit Christus qui ne a dæmonibus cognosceretur habitum serui accepit, sacramenta. i. crucem in qua fuerũt ligna diuersa in humeris baiulauit. Et sic mortuus fuit . Si enim dæmones cognouissent eum fuisse deum. nunquam eum occidi procurassent. 1, Cor. 2. Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, per suam autem mortẽ dæmones fuerunt expoliati & vincti. Col. Expolians principatus & potestates traduxi confidenter palam triumphãs illos in seipso. ❧ Secundus fructus passionis Christi est ꝙ per passionem homo ad paradisum reductus est. Erat enim homo a cœlo expulsus, igitur sanguis Christi fusus est vt hominem ad cœlum reduceret. Tria autem erant quæ hominem impediebant ne ad cœlum rediret primũ quod porta paradisi erat clausa. Quod signatum est. Gene, 3. per Cherubin quẽ dominus ad ianuã paradisi posuit vt ipsum custodiret. Secundum erat ꝙ flamma quædam erat interposita, quæ hominem ab ingressu prohiberet. Vnde dicitur, & flammeũ gladium atque versatilem ad custodiendũ viam ligni vitæ. Per quam flammã significatur reatus & obligatio ad pœnã æternam cui homo præuaricationis merito erat obligatus. Tertiũ erat iustitia Dei quæ multũ erat seuera quæ significatur per rumpheam bis acutã quũ Cherubin in manu tenebat. Iustitia autem dei dicebatur bis acuta quia corpus & animam incidebat. Et quia de commissis & amissis rationem quærebat. ideo sanguis Christi fuit clauis Dei, aqua Dei, & precium Dei. Primo fuit clauis Dei quia ianuam paradisi aperuit. De ista clauí dicitur Isaiæ. 22 Dabo clauẽ domus Dauid super humerum eius, aperiet & non erit qui claudat. Ista clauis secundum , Glos. fuit crux

Christi quam ipse super humerum baiulauit. Ideo sanguis Christi clauis est paradisi. Secundo fuit aqua Dei quæ ignē gehannæ extinxit, quia vlterius in bonis non poterat præualere. Ista aqua figurata est in aqua quæ de latere Christi emanauit, de ista aqua potest exponi quod dicitur. Eccle.3. Ignem ardentem scilicet infernalē extinguit aqua. Illa scilicet aqua quæ de latere Christi effluxit. Hierony. Flāmea illa rumphea & Cherubin præ foribus paradisi præsidentia Christi extincta & reserata sunt sanguine. Tertio fuit precium Dei quo diuinæ iustitiæ satisfecit. Psalm.68. Quæ non rapui, tunc exoluebam. q.d. Adam fecit furtum, & ego exolui debitum. Vnde canit ecclesia in benedictione cerei pascalis. Qui pro nobis æterno patri debitum exoluit. Secundo homo erat inclusus in inferno siue in lymbo, & ideo Christus sanguinem suum fudit, quia portas inferni cōfregit, & sanctos patres inde eduxit. Vnde dicitur Zacha.9 Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Legitur in historia schol, quod Salomon habebat struthionem habentē pullum quem pullum Salomon in quadam cauea nutriebat vitrea. Quum vero pater pullum habere non posset vermem quēdam de deserto portauit, de cuius sanguine caueam ipsam liniuit, & continuo fracta fuit, & sic pullum illum de cauea illa extraxit. Iste vermis est Christus qui in Psalmo.21. Ego sum vermis & non homo. Vermis enim non nascitur per generationem carnalem, sed de humoribus terræ virtute radii solaris producitur. Et sic vermis patrem habet in cœlo, scilicet solem, & matrem in terra, scilicet terræ humorem. Sic etiam Christus in cœlo habet patrem sine matre, & in terra matrem sine patre. Pulli inclusi in cauea erāt sancti patres inclusi infernali cauea sed venit iste vermiculus, & virtute sanguinis sui caueam illam fregit, & sanctos patres inde eduxit. Psalmo centesimo sexto. Contriuit portas æreas & vectes ferreos confregit. Tertio homo erat inclusus in exilio, id est in mundo. Ideo CHRISTVS sanguinem suum fudit vt hominem in exilio confortaret. Homo nanque erat mortuus, multis tribulationibus pressus, ad conuertendum se ad deum multum durus, a diabolo in seruitute detentus, Ideo Christus sanguinem suum fudit,

Primo vt hominem mortuum viuificaret. Leui.17. Anima omnis carnis in sanguine est. Ozeæ.6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos & viuemus in conspectu eius. Sumus enim viuificati in prima die passionis suæ. & in secūda die sepulturæ. Sed suscitati sumus in die tertia resurrectiōis suę. Tertius fructus est quod Christus sanguinem suum fudit, vt corda dura ad pœnitentiam frangeret. Hoc figuratum est. Matthæi.27. vbi dicitur. Terra mota est, petræ scisse sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerūt. Ex quo datur intelligi quod ad memoriam dominicæ passionis illi qui erant, terra, amando, scilicet terrena debent moueri ad amādum cœlestia. Illi que erant duri sicut petra, debent frangi per contritionem. Eorum monumenta, id est, ora debēt aperiri per confessionem. Et mortui, id est, mortalia peccata debent extre & exurgere per satisfactionem. Reperitur quoddam genus adamentis quod non frangitur mallei percussione, nec ignis adustione, nec aliqua temporis inueteratione, frangitur autem sanguinis infusione. Sic sunt multi qui ad pœnitentiam non franguntur, nec per flagellationem, nec per spiritus inspirationem internam, nec per ætatis vetustatem. Franguntur autem per dominici sanguinis meditationem atque virtutem.

☞ Quartus fructus passionis Christi est sanitas animarum nostrarum. Vnde Hierem.17. Sana me domine & sanabor. Prouerbio.20. Liuor vulneris absterget mala, & plagę in secretioribus in omnibus membris. Erat enim infirmus in capite, sed liuore Christi sanati sumus. Qui pro nobis in capite vulneratus est vt sanaretur caput animæ, id est intentio. Nam homo in his quæ faciebat non sanam habebat intentionem. Erat infirmus in manibus, id est, operatione quia opera mala faciebat. Erat infirmus in corde, quia habebat cogitiones noxiat. Erat infirmus in pedibus, quia habebat affectiōes immundas. Pes enim animæ secundum Augustinum est affectus & amor animæ. Sicut enim corpus vadit pedibus, sic anima vadit affectibus. Erat infirmus in toto corpore, quia habebat totam vitam mundanam & cōuersationem vanā. Vt igitur Christus suis liuoribus & vulneibus nos saluaret, voluit primo vulnerari in capite, vt sanaret nostras obliquas intentiones. Voluit vul-

nerari in manibus vt sanaret nostras malas operationes, Voluit vero vulnerari in corde, vt sanaret nostras noxias cogitationes voluit vulnerari in pedib⁹ vt sanaret nostras inmundas affectiones, voluit vulnerari in toto corpore per flagellationem, vt sanaret totam nostram vitam & cõuersationem. Hiere. 10. Tabernaculum eius vastatum est, & omnes funiculi eius dirupti sunt. Tabernaculum, id est, corpus, funiculi, id est, nerui. Suffecisset vna gutta, sed dic. Psal. 129. Apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Nã ipse erat mediator dei & hominum, vt dicit apostolus. Ideo habuit proprietates mediatoris, qui scilicet inter discordantes solet erigere manum ad sequestrandum litem & discordiam. Et plerumque euenit ita quod mediator maiorem suscipit plagam, & vulnera plura quã ipse reus. Spiritualiter sic euenit mediatori nostro Iesus Christo, qui manum protectionis erexit in cruce pro nobis peccatoribus ne plageremur a deo patre. Ipse autem suscepit vulnera & plagas pro nobis. De quo dixit dominus pater. Isai. 53. Propter populi mei percussi eum. &c.

In cœna domini. Sermo.I.
De epistola.

Robet autem semeitpsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Scribitur. 1. Corin. 11. & legitur hodierna die pro epistolari officio. Sicut inter omnes cibos corporales, panis est cibus virtuosior, spiritualiter sic loquendo de cibo mẽtis non est cibus præstans tantam virtutem animæ sicut panis, id est corpus Christi sub specie panis. De quo Psalm. 103. Panis cor hominis confirmat. Figuratur Gene. 2. In medio paradisi erat lignũ vitæ, & fructus in eo. Et si parẽtes nostri fuissent vsi hoc cibo, vixissent in æternum. Spiritualiter per paradisũ intellegitur ecclesia sancta, in cuius medio fuit lignũ situ͂ s. crucis. In hoc ligno pependit fructus vitæ, & qui comederit de hoc fructus sub specie panis nobis demonstrato habet vitam æternam. De quo iohan. 6. Qui manducabat hunc panem viuet in æternum, idcirco vt digne manducemus eundem, docet nos apostolus prius examinare conscientias nostras, dicens. Probet autem seipsum homo. In verbis præmissis duo innuuntur. Primo propriæ conscientiæ discussio, ibi, probet autẽ seipsum

homo. Secundo subditur sumentis indigne punitio, ibi, qui manducat indigne, & cæt. De primo dic. Probet autẽ seipsum homo. Videmus enim si aliquis debet aliquem cibum recipere, oportet quod videat & probet vtrum ille cibꝰ sit sanus & si stomachus eius sit dispositus. Si enim cibus esset bonus & stomachus esset male dispositus, vel ecõuerso, potius esset sibi ad nocumentum quam ad profectum. Cibus autem iste cœlestis non est probandus, quia bene est pręparatus. Vnde non dixit apostolus probet autem istum cibum homo. sed probet autem seipsum homo. Gregorius. Sicut cibus carnalis si ventrem inuenerit diuersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet & nullum pręstat auxilium. Ita cibus spiritualis si aliquem inuenerit malignitate pollutum, magis eum perdit, non sui natura sed accipientis vitio. ☞ Nota quod ille qui debet hunc cibum suscipere debet quatuor probare. Primo seipsum quantæ sit puritatis, & ista puritas attenditur, quantum ad manus quibꝰ ministratur, quãtum ad os per quod suscipitur, & quantum ad cor in quod suscipitur. Manus quidem debent esse mundæ. Psalmo. 25. Lauabo inter innocentes manus. Ideo sic dicit Dionysius. Sacerdos accessurus ad consecrandum lauat digitos, per quos peccata venialia designantur ad innuendum quod non tantum a magnis sed etiam a paruis peccatis debet esse mũdus. Debet ergo haberet manus mundas, id est munda opera, qui enim haberet opera indigna, non esset dignus tangere nec recipere illud sacramentum. Legitur secũdo Regum sexto quod Oza a Deo est percussus eo quod arcam Dei suis manibus tetigit. Et assignant rationem Iudæi quia in nocte præcedente iacuerat cum vxorẽ sua. Si igitur ille percussus est qui iacuerat cum vxore, qua percussione dignus est qui iacet cum meretrice. Si ille qui tetigit arcam ligneam, qua percussione est dignus qui indigne recipit carnem Christi veram. Si ille qui arcam tetigit vt iuuaret ne pateretur ruinam, qua percussione dignus est qui iuuat corpus CHRISTI ad proiiciendum in latrinam, id est, in conscientiam immundam. Secundo debet habere os mundum per quod suscipitur & maxime a duobus peccatis, scilicet detractionis & gulositatis. Vnde dicitur primæ. Corinthio. 11. vbi loquitur apostolus de hoc sacramento, Conuenientibus vobis in vnum, scilicet ad

ecclesiam audio scissuras esse inter vos,id est,peccatum detractionis. Et infra. Alius quidem esurit:alius autem ebrius est,ecce peccatum gulositatis, Primus.s.detractor est sicut canis. Secundus gulosus est sicut porcus. Ideo Matt,7.dicit. Nolite sanctum dare canibus neque proiiciatis margaritas ante porcos. Tertio debet habere cor mundum in quod suscipitur. Quia cum sit splendor & speculum sine macula,nō habitat nisi in mente pura. Sapien.7. In animas sanctas se trans fert. Cantico,2. Qui pascitur inter lilia , id est, corda pura auarus autem proiicit ipsum in terram , quia habet cor terreum amando terrena. Luxuriosus proiicit ipsum in lutum,qui habet cor immundiciis plenum. Superbus proiicit ipsum inuentum quia habet cor ventosum,id est,superbia & ambitione repletum.

¶ Secundo debet probare corpus dominicum quātę sit maiestatis,quia in ipso sacramēto totus Christus cōtinetur scilicet quātum ad corpus sanguinē,animā,& spiritum humanitatē & diuinitatē verā. Recipiēdo igitur corpus Christi corpori eius mystico vnimur:& bonorū omniū participes efficimur. Vnde dicitur.1.Cor.10, Panis quē frangimus nōne participatio corporis domini est? De hac participatione ne dicitur in Psal.118. Particeps ego sum omnium timentium te,& custodientium mandata tua. Recipiendo enim sanguinem eius ab omni impuritate conscientiæ mundamur. Hebræo,9. Sanguis Christi,emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruiendū deo viuenti. Recipiendo eius animam,ab omni seruitute redimimur. Iohā. 10. Bonus pastor,dat animam suam pro ouibus suis,scilicet redimendis. Matthę,20. Filius hominis non venit ministrari,sed ministrare & dare animam suā in redemptionē pro multis, Recipiendo spiritū eius omni ab morte corporis & animæ viuificamur, Iohan.6. Spiritus est qui viuificat,caro non prodest quicquam. Roma.8. Qui suscitauit Christū a mortuis,viuificabit & mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis. Recipiendo eius diuinitatem omni dulcedine satiamur. Iohan 10. Ingredietur,scilicet ad contemplationem diuinitatis,& egredietur,scilicet ad visionem humanitatis,& pascua inueniet. De hac refectione dicitur Matthæi.11, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& ego reficiam vos.

☞ Tertio debet probare indigne mentis periculum quantæ sit pœnalitatis. Incurrit enim pœnam temporalē spiritualem, & æternam. De temporali dicitur, primo Corinthio. 11. Ideo inter vos multi imbeciles, & infirmi, & dormiunt multi. Dicitur in libro Paschasiis, quod quicunque indigne communicat nisi bonitas Dei gladium suspenderit ab angelis ad hoc positis, perimeretur, Secundo incurrunt tales pœnam spiritualem, quia diabolus in eos maiorem accipit potestatem. Vnde dicitur de iuda Iohannis decimo tertio post bucellam intrauit in eum sathanas non tunc primo & de nouo: sed amplius quam ante. Et tamen illa bucella non erat corpus CHRISTI, quanto magis in illum intrat qui audet indigne recipere corpus Christi. Augustinus. Nullus malignus ad corpus Christi accedat, nullus fictus adueniat nullus infecto animo proximare audeat, ne quod Iudas sustinuit, patiatur. Nam in illum post communicationem mense introiuit diabolus. Nō quia suscepit corpus Christi, sed quia impundentia Iudæ, & malignitas mentis aduersarium inhabitare fecit vt discas quod indigne mysteriorum secreta celebrantibus diaboli insidię pręparātur. Tertio incurrunt pœnā æternā. Vnde super illud. Reus erit corporis & sanguinis domini, di. Ambrosius. Mortis Christi pœnas habebit, & ac si Christum occidisset, punitur, Quatuor enim reputantur occisores Christi, videlicet Iudæi, ingrati, recidiuantes, & corpus Christi ingni recipientes. Et istud patet per tale exemplū. Sit aliquis homo qui habeat quatuor marcas auri, & vna sibi auferatur violenter, aliam det ingrato, tertiam ponat in mercibus quę sibi auferūtur, quartā in latrinā proiiciat. Iste pōt dicere se marcas amisisse. Iudæi igitur sūt similes illis qui marcam violenter auferunt, quia vitam Christi cum violentia abstulerunt. Ingrati sunt similes illis qui beneficium non cognoscunt, quia illi tales passiones non cognoscunt, nec aliquod seruitium impendunt. Recidiuantes sunt similes illis qui merces auferunt. Christ⁹ enim animas sanguine suo emit. Et ideo ille qui ad peccatum reuertitur animam emptam sibi auferre conatur. Illi vero qui immunda mente corpus CHRISTI recipiunt, ipsum quantum est in seipsis in latrinam proiiciunt. ☞ Quarto debet probare digne recipientium fructum quantæ sit

Vtilitatis quæ quidem vtilitas attenditur in vita nostra & in morte. In vita enim illud sacramentum est nobis dimissum in memoriale dominicæ passionis, & in medicamentum nostræ curationis. Est ergo dimissum in memoriale passionis dominicæ, Vnum est in visu passio, scilicet Christi depicta, & istud affectum nostrum multum mouere de passionis Christi. Habemus enim triplex memorialebet. Secundum est in auditu, scilicet passio Christi audita seu prędicata, & istud mouere debet magis, Tertium est in gustu, scilicet passio Christi in hoc sacramento tam veraciter & tam signanter expressa, & istud mouere debet maxime, Secundo dimissum est nobis in medicamentum nostræ currationis. Est enim medicina efficax contra omnes infirmitates nostras sicut patet in illa oratione, Purificent nos quæsumus domine sacramenta quæ sumpsimus, & cætera, Est enim medicina curatiua, quia sanat omnes infirmitates & morbos viciorum. Vnde dicitur. Sit ablutio scelerũ. Et en medicina roboratiua quia roborat & cõfirmat recepta in sanitate. Vnde dic. Sic fortitudo fragilium. Est & medicina præseruatiua, quia conseruat hominem ne iterum cadat. Vnde subditur. Sit contra mundi pericula firmamentum. Est medicina melioratiua, quia viuos & mortuos ad meliorem statum perducit. Vnde subditur, Sit viuorum atque mortuorum fidelium remissio omnium peccatorum. Secundo attenditur vtilitas in morte, via enim per quam anima decedens de corpore est itura, est tenebrosa. Iob. 16. In calle meo tenebras posuit. Est & via periculosa. Psalm. 141. In via hac qua ambulabam absconderũt superbi laqueum mihi, Est via longa. 3. Regũ. 13. Grandis tibi restat via. Est ignota. Psalm. 106. Viam ciuitatis habitaculi non iuuenerunt. Cum enim corpus Christi animabus decedentibus datur: portant secum lucem ad tenebrosæ viæ illuminationem. Iohan. 8. Ego sum lux mundi, Eiusdem. 12. Ambulare dum lucem habetis vt non vos tenebræ comprehendant. Habent secum pugilem ad hostium defensionem. Iob. 17. Pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Psalm. 22, Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala quoniam tu mecum es, Habent secum cibum confortatiuum. Psalm. 103. Panis cor hominis confirmet. 3. Re-

gum.19. Ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montem Dei Oreb. Habent ſecum ductorem ad viæ directionē Michæ.2. Aſcendit paudens iter ante eos. Pſalm.106. Deduxit eos ad portum voluntatis eorum, &c.

De eodem, Sermo. II. De euangelio.

EXemplum dedi vobis, & quēadmodum ego feci vobis, & vos ita faciatis, &c. Scribitur Iohan.13. & legitur hodierna die pro euāgelico officio. Vinemus ad experientiā quando amici abinſeparadtur conſueuerunt inuicem conferre, & ſolent alterutrum clenodia inſignum dilectionis dimittere, & epulari. Spiritualiter, ſic Chriſtus diſcipulorum verus amicus, Iohan.15. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, antequam receſſit ab hoc mundo ad patrem, prius contulit diſcipulis ſuis de ſua traditione, & præbuit eis humilitatis exemplum in amicabili comeſtione in pedum lotione, & in communicatione corporis & ſanguinis ſui. Vnde dixit Lucæ.22. capi. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Figuratur Gene.43. Cum fratres Ioſeph venerunt in Aegyptum, tunc prius manducauit cum eis antequam receſſerunt ab eo. Spiritualiter, per Ioſeph intelligitur Chriſtus qui cum fratribus, id eſt, diſcipulis ſuis prius comedit antequam ſeparabantur. Et fratres Ioſeph prius lauerunt pedes antequam comedebant cū eo: ſic Chriſtus lauit per ſe pedes diſcipulorum nobis in exemplum, vt lauemus pedes, id eſt. affectiones malas antequam accedamus ad menſam domini. Et ſicut a menſa Ioſeph fuerunt excluſi Aegyptii, ſic de menſa Chriſti debent eſſe excluſi mali & indigni, ideo dic. Exemplum dedi vobis, &c. In verbis præmiſſis duo innuūtur. Primo dilectionis ſignum, ibi. Ante diem feſtum paſchæ cum dilexiſſet ſuos, &c. Secundo ſubiungitur humilitatis exemplum, ibi, Surgit a cœna, & cæt. miſit aquam in peluim, & cæt. De primo dici. Ante diem feſtum paſchæ, ſcilicet diem ſolennem, Intellige qui incipiebat ad veſperam diei paraſceues. Auguſtinus. Ante diem quo vicit mortem & proſtrauit hoſtem, ante diem quo coronatus eſt ad imperium cœli & mundi, & inferni: ante diem quo noſtræ redemptionis thezaurus apertus eſt militis lancea, Et ante

hunc diem scilicet in præsenti quinta feria factum est quod hic narratur, scilicet ante diem festum parasceuę. Nota Beda dic. Iudæi plurimas festiuitates habuerunt, sed apud eos celebrior & insignor erat paschæ festiuitas. Nota secundum Augustinum, primo celebrauit populus Iudaicus pascha quando ex Aegypto fugientes mare rubrū transierunt, Nunc vero figura illa prophetica impleta est in veritate cum agnus immolatus est Christus cuius sāguine linitis postibus nostris, id est, cuius signo, crucis signati a perditione husius seculi tanquam a seruitute Aegyptiaca transimus. Ideo dicitur pascha. i. transitus quia cum de diabolo ad Christum de vicio ad virtutes transimus pascha facimus. ℂ Nota si volumus transire de mundo ad patrem, debemus primo transire de vicio ad virtutem, & ille est trāsitus pœnitentiæ. Et figuratur per primum transitum filiorum Israel de Aegypto in desertū, id est, de peccato ad iustitiam per medium matris rubri. Mare, id est, contritio, rubrum, id est erubescentia cōfessionis. Isa. 51. qui posuit profundum matris viam vt transeāt liberati. Psalmo. 135. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Quia contritio & confessio debent fieri diuisim & in particulari de quolibet peccato, & nō coniunctim tantum. Sed transitus Iudæorū fuit de loco ad locum, & sic nos transire debemus de virtute in virtutem in deserto pœnitentiæ vsque ad Iordannem licet multa occurrunt eis vt patet in lib. Numeri specialiter. De quibus primus fuit Edom, qui curialiter requisitus fuerat vt transitum concederet. Num. 20, respondit, non transibitis. Contra quem filii israel non pugnauerunt, sed declinauerunt, & circumeūdo terram eius transierunt. Iste Edom ꝗ interpræatur sanguineus significat carnem. quæ licet trāsitum deneget pœnitentiæ, nō tamen est occidenda vt dic. Berna. Caro ancielletur & nō dominetur. Gal. 6. Spiritu ambuletis & desideria carnis nō perficiatis. Roma. 8. Qui in carne sunt, deo placere nequeunt. Secundus rex fuit Seon rex Amorreorum a quo Moíes transitum humiliter postulauit. Nume. 21. Sed quia noluit cōcedere fuit ab eis postea occisus, Seon interpretatur semen inutile. & significat mūdum transitum negātem sicut & caro. Vnde & affectꝰ eiꝰ occidendus est Galath. 6. Mihi mundus crucifixus est & ego mūdo. Tertius fuit Og rex Basan a quo Moíes transitū

non postulabat quia ille occurrit ,eis pugnaturus cõtra eos Num.21.quẽ filii Israel similiter occiderũt. Og.interpretatur cõgregãs abscõdita,& significat diabolũ.Hieron.Dũ hostis paruuus est, interficere eũ.Tertius trãsitus fuit de deserto in terrã promissionis,& est de mundo ad patrẽ,& fit per mediũ Iordannis,id est,per mortẽ.August.Spes est data membris ad patrẽ in transitu capitis.Sequitur,Sciẽs IESVS quia venit hora eius non fatatilis,sed necessitatis,scilicet illa de qua Ioan.2.Nõdũ,venit hora mea,scilicet passioni cõgrua Vt trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ.scilicet faciẽdo naturam humanã participẽ paternæ gloriæ,Augusti.de morte ad immortalitatem,de ignominia crucis ad gloriam æternitatis transiuit Christus vt illuc transiret Christianus.Cũ dilexisset suos qui erãt in mũdo in finẽ dilexit eos,id est,in tantum dilexit eos vt perduceret eos in finẽ,id est,in se,vel in vitam æternã quod id est.Ioan.17.Hæc est vita æterna vt cognoscãt te solũ verũ Deũ,& quẽ misisti Iesũ Christũ. Vel sic in finẽ, id est,vsque ad mortẽ perduxit cũ dilectiõe ipsorũ.Apoca.1.Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.Vel sic in finem,id est circa mortem maiora dilectionis signa ostẽdit eis.Ioan.16. Hæc ab initio vobis non dixi.q.d.Non vobis necessarium fuit vt ostẽderem quantũ vos diligerẽ nisi in recessu,vt sic amor & memoria mei in cordibus vestris arctiuis imprimeretur, & hæc dilectio magna consideratur ex multis.Primo in comestione, & sic est signum amoris quod Abrahã rogauit angelos vt comederent cum eo.Gene.18.Domine si inueni gratiam in oculis tuis,ne trãseas seruum tuũ,sed afferrã pauxillũ aquæ vt lauẽtur pedes vestri,& requiescite sub arbore.Ponã quę buccellã panis vt cõfortetur cor vestrũ,& postea trãsibitis Nam homines solent celebrare cõuiuia in tribus.Primo in nuptiis ad charitatẽ acquirẽdã.Matth.22.Rex quidam fecit nuptias filio suo,& vocauit multos.Sic Deus pater filio suo.Figuratur Hester.1.Assuerus iussit conuiuium magnificium præparari tertio anne imperii sui cunctis principibus & pueris suis fortissimis & intrauit omnem populum qui inuentus est Susis , & septem diebus iussit conuiuium præparari in vestibulo horti & nemoris,quod regio cultu & manu consitum erat.Spiritualiter per Assuerum intelligitur CHRISTVS,quæ præparauit conuiuium,id est,

Eucharistiæ sacramentum, et hoc est magnificum, quia est cibus cœlicus. Sapientiæ decimosexto. Panem de cœlo præstitisti eis omne delectamentum in se habenten, & omnis saporis suauitatem. Et hoc tertio anno imperii sui, id est, in tempore gratiæ non primo anno, id est, ante legem: nec in secundo. id est, in lege: sed in tertio anno, id est, post legem Cunctis principibus, id est. apostolis. Et inuitauit omnem populum qui inuentus est Susis, id est, pœnitentes. Nam Susis interpretatur reuersio, quia nisi homo reuersus a peccato ad Dominum sit, non præsumat accedere ad hoc sacramentum quia de in dignis dicitur. Iob vigesimo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Ideo Iob sexto. Quis potest, gustare quod gustatum affert mortem: Ideo reuocat dominus ad se animam peccatricem. Canticorum sexto. Reuertere reuertere sunamitis, etc. quater dic. reuertere. scilicet a peccato cogitationis, locutionis, operationis & malæ consuetudinis. Item istud conuiuium durauit septem dies, id est, per totum tempus vitæ pœnitentis Matthæi vltimo. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et inuitauit omnem populum in signum quod quilibet Christianus tenetur sumere corpus Christi, tempore suo ad minus semel in anno, alias em̄ peccat mortaliter. Vnde Ioannis sexto. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, id est ad manducandum vos præparaueritis digne non habebitis vitam in vobis sicut membrum separatum a corpore nō potest viuere. Vnde Nume. nono dicitur: Si quis mundus est & in itinere non fuerit si non fecerit phasę extermitab tur anima illa de populis, quia sacrificium non obtulit tempore suo. Et ex illo patet ꝙ tātū duo genera hominum excluduntur a comunione, & alii peccant mortaliter si non communicant tempore suo. Per immundos intelliguntur infideles qui nondum sunt purificati per fidem. Actuū. 15. Fide purificans corda eorum. Per illos. qui sunt in itinere signantur cathecumeni. Et omnes illi qui abstinent de consilio sacerdotis sicut solenniter pœnitentes, Ad literā quoque ex hoc sumitur argumentū ꝙ ꝓpter aliquā immūditiā potest hō differre cōmnionē, ita tamē ꝙ postea nō omittat eā. ¶ Pro quo nota. 7. sunt causę quib⁹ ostēditur ꝗ grauiter peccēt ꝗ nō cōmunicāt tēpore determinato ab ecclesia. Prima causa est contēptus manda

ti,quia vocatus ad cœnā domini venire noluit. Vnde Mat. 22. Perdidit rex homicidas illos.s.qui venire cōtēpsertā vocati ad prādriū, Mādat in cōcilio generali de pœ. & remis. Oīs vtriusq; sext⁹ fidelis postquā ad ānos discretiōis pnenerit oīa pctā sua ad minus semel in anno cōfiteatur, & reuerēter eucharistiæ sacramētū suscipiat in pascha: nisi forte sacerdotis proprii consilio, ex causa rationabili, ad tēpus abstineat, Alioquin viuens ab ingressu ecclesiæ arceatur & mortuus ecclesiastica careat sepultura, Augu. tr. 44. Nil intantum debet formidare Christianus, sicut separari a corpore Christi. Si enī separatur a corpore Christi non est mēbrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur a spū eius. Ro. 8. Qui non habet spiritum Christi, hic nō est eius. Secunda causa est iniuria quā ei faciūt illi qui saltē semel in anno nolūt eū recipere in hospitio suo quod cōqritur Matt. 25. Hospes fui, & nō collegistis me. Vere hospes est sub speciebus, quasi sub veste peregrina. Tertia causa est violatio testamenti domini qui nobis tradidit corpus suum sumendum in commemorationem suæ passionis. Vnde. 1. Corinthio. 11. Hic calix noui testamenti est in meo sanguine, &c. Quarta est quia tales quantum in ipsis est vnitatem ecclesiæ, scindunt. Hester. 1. non solum contristauit Vasthi regē, sed etiam omnes populos & principes eius. 24. questio, prima. alienus. Alienus est prophanus, hostis est, nec habere potest deum patrem qui vniuersalis ecclesię non tenet Vnitatem. Vnde. & . 1. Corinthi. 10. Vnus panis & vnum corp⁹ multi sumus omnes qui de vno pane & de vno calice pticipamus. Quinta causa est quia tales a fonte plenitudinis gratiarum se diuidunt, & ideo mirū non est si arescūt. Vnde Iob. 8. Nūquid virere potest scirpus absque humore, aut carectum crescere absque aqua Sexta est quia iam pie? armis se interficiendos hostibus tradunt, Vnde Thre. 1. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Corpus Christi confortat. Palmista. Panis confirmet cor hominis. 3. Regum. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius. & cæ. Septima quia quodammodo sibiipsi manus iniiciunt cū a se vitā repelllunt. Iohan. 6. Nisi manducaueritis carnem, &c. non habebitis vitam in vobis Et ibidem: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Anima enim non potest viuere sine hoc cibo. Psalm. 101. Aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem m[illegible] m

☞Item locus celebrationis conuiuii est vestibulum horti & memoris, id est. ecclesia militans extra quam non salubriter celebratur. Et dicitur vestibulum quia per eam est ĩgressus in domum nõ manufactam. Vnde Psalm. 117. Hæc porta domini: iusti intrabunt in eam. Genesis. 27. Non est hic aliud nisi domus dei & porta cœli. Dicitur etiam vestibulum horti & nemoris, i. paradisi cęlestis qui plantatus est cedris: & aliis arboribus pomiferis, i. sanctis angelis & vniuersis electis. Exod. 15. Introduces eos & plãtabis eos in monte hæreditatis tuę firmissimo habitaculo quod operatus es domine. Et de hoc conuiuio nuptiarum dicitur. Apoc. 19. Gaudeamus & exultemus quia venerunt nuptiæ agni. ¶Item secundo celebratur conuiuium in præcipuis festiuitatibus ad charitatem consummandam, vbi autem magis consummatur quam cum filio dei? Vnde Neemiæ. 8. Comedite pinguia et bibite mulsum, & mittite partem his qui sibi non præparauerunt, quia sanctus domini dies. ☞Tertio celebrantur conuiuia in pacis reformatione, sicut factum est filio prodigo, Lucæ. 15. Epulari oportet & gaudere quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit, perierat & inuentus est. Sic Christus in signũ pacis parauit nobis conuiuium. ☞Secundum signum dilectionis est salutaris & frequens allocutio. & sic Christus hodie fecit discipulis sermonem dilectissimum vt quilibet eorum potuisset dixisse illud. Can. 2. En dilectus meus loquitur mihi. Nã verum signum dilectionis est libenter loqui dilecto. Oseæ. 2. Ecce ego ducam eũ in solicitudinem, & loquar ad cor eius Tertium signum dilectionis est delinquentis correctio sicut dicitur. Apoca. 3. Ego quos amo arguo & castigo, Et sic Christus arguebat discipulos hodie ĩ cœna cũ fuerat cõtẽtio facta ĩter illos quis eorũ esset maior, vt habetur Lu. 22. Nã dicitur Eccle. 30. Qui diligit filiũ, assiduat ei flagella. Quartũ signum amoris est occultorum manifestatio. Et sic Christus. Matth. 26 ait. Amen dico vobis quod vnus ex vobis me tradet, Tunc subdit, Et cœna facta cũ diabolus misisset iã in cor vt traderet eum iudas scariotis. Nõ est intelligendum quod hæc cœna totaliter esset cõpleta, quia postea dicitur, Et cum recubuisset, sed tantummodo quo ad comestionem agni paschalis. Magister in historiis. Nunquã legitur Christũ comedisse carnes nisi in cœna, Et tunc

pedes discipulorũ lauit antequã dedit eis corpus suũ ad designandũ ꝙ spiritualis mũditia requiritur ad recipiẽdũ Eucharistiæ sacramẽtum. Nota Christus verus pastor pascha celebrare voluit. Primo propter legis durantis impletionẽ. Matth.5. Non veni soluere legẽ sed ad implere. & ne Iudæi scandalizarentur. Num.9. Omnis anima quæ nõ fecit phase, exterminabitur. Secũdo propter legis approbationẽ contra hereticos qui dicebant veterem legem non datam esse a Deo. Tertio propter sacramentorũ legaliũ exterminationẽ Quarto propter nouorũ institutionem, quia figura cessabat adueniente veritate. Quinto propter discipulorum dilectionem & sui iugem recordationẽ. Hieronym. Reliquit nobis hanc memoriã vt peregre proficiscens in signum amicitię. Sed dic. quomodo diabolus potest mittere in cor hominis? Respondetur. Mittere in cor potest esse dupliciter. Primo directe, & sic solus Deus potest mittere in cor qui habet potestatẽ mouendi interius voluntatẽ. Prouerb.21. Cor regis in manu Dei quocũque voluerit inclinabit illud, secũdo indrecte. s. per suggestionem & suggerendo exterius, et modo immittit diabolus. Aug. Immissio talis fuit mala subgestio spiritualis non necessaria impressio. Non quod mens non posset refugere vel repellere, quia tunc homo necessario peccaret ex diabolica suggestiõe quod est falsum. Aug. Nihil est peccatũ nisi voluntariũ. Nã vis imaginatiua cũ sit corporalis quando Deus permittit ex potestate dæmonis siue vigilando, siue dormiendo, format in ea aliquas species. Ex quibus opprehensis mouetur voluntas hominis ad aliquid appetendũ, Sic ergo immittit diabolus in cor hominis non directe per modum mouentis, sed indirecte per modũ suggerentis, de quo Psal. Immissiones per angelos malos, & cæte. Sequitur textus. Sciens quia omnia ei dedit pater in manus. i. in potestatẽ. Mat. vlt. Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra oĩa producẽdi. Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt. Secũdo oĩa manu tenendi, Heb.1. Portans oĩa, &c. Tertia oĩa hereditandi. Heb.1. Quẽ constituit hęredẽ vniuersorum. Quarto oĩa iudicãdi. Ioh.5. Pater om̃e iudiciũ dedit filio. quia a deo exiuit & ad deũ vadit. ¶ Sed di. Si Christus a deo patre exiuit quomodo cũ eo mãsit et sic cũ eo mãsit quõ ab eo exiuit? Respondetur secundũ Aug. exiuit a patre non deserendo naturã diuinã in qua cũ patre manet oc-

occultus,sed assumendo naturā humanā in qua de matre natus apparet manifestus. Et sic ad deū vadit quādo humanā naturā assumptā & iā glorificatā ad dexterā patris gloriose collocauit. Amb. super Beati immaculati. Descendit deus vt ascēderet homo verbū caro factum est, vt caro sibi solium in dextera dei vendicaret. Eph. 4. Qui descendit ipse est qui ascēdit. Verbi gratia Sicut solis radius a sole procedit nec tamen solē relinquit & vnitatē conseruat luminis, operantur que in terris colorē vigorē & splendorē, ita verbum patris descendēs a patre, & manens in patre operatur in terris splendorem cognitionis angelice, & calorē dilectionis, & vigorem benedictionis.

De eodem, sermo. iiii.

Surgit a cœna & ponit vestimēta sua Iohā. 13. ¶ Videmus quādo homo alicuius dignitatis magnæ se humiliat nō aspiciēs suā dignitatē & inclināsse ad humilia illius humilitas valde cōmendatur. Spiritualiter sic Christus rex regum dominus dn̄antium non recognoscens suā dignitatē, tantam assumpsit humilitatē vt etia exiberet se tanquā personam seruilem surgendo a cœna & deponendo vestimenta sua vt eo expeditus valeat ministrare. Et ideo eius humilitas summe est commendabilis, quod figuratur. 2. Reg. 6. Dauid expoliauit se vestimentis lauaens coram arca humiliando se di. Vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Spiritualiter per Dauid intelligitur Christus qui humiliauit se corā arca dei, id est corā quolibet discipulo, qui a māna hodie erat locatū in arca hac. i. in corpus cuiuslibet discipuli fuerat datum corpus christi, ideo Dauid. i. christus humiliauit se vt daret eis humilitatis exemplum, similiter & nobis, vt docuit Matt. 11. Discedite a me quia mitis sum & humilis corde. Hāc humilitatem exprimit euangelista dicens. Surgit a cœna & ponit vestimenta. ☞ Ista est secunda pars principalis istius euangelii in qu a dixi tangitur humilitatis exēplū cū subdit. Surgit a cœna & ponit vestimenta sua tanquam minister qui non sedet, sed stare dicitur ideo Matthæ. 20. Venit filius hominis ministrare & non ministrari. Et cum accepisset lintheum præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim & cœpit lauare pedes discipulorum. O mira humilitas, rex cœlorum ad ima veniens ad pedes se pester-

nit piscatorum non ad caput nec ad manus sed ad pedes dans nobis exemplum humilitatis. Mystice, quando deus patitur pro nostra salute, tūc residere dicitur. Sed stare quā do se erigerit. Psalm. 43. Exurge domine adiuua nos, & libera nos, &c. Vestimenta posuit quando maiestatem suam occultauit. Isa. 45. Vere tu es deus abscōditus. Litheo se præcinxit quando nostrā mortalitatem assumpsit. Phil. 2. Formam serui accipiēs in similitudinem hominum factus. &c. Deinde misit aquam in peluim dum memoriā passionis fidelibus impressit per fidem & deuotionem. Threno. 3. Recordare paupertatis meę & trāsgressionis meæ absintii & fellis. Et cœpit lauare pedes in signum videlicet quod quātumcunque sumus perfecti, adhuc tamen indigemus lauari. Prouer. 20. Quis dicere potest quia mundum est cor meum, purus sum a peccato. Sed tamen huiusmodi lotio debet fieri in pedibus spiritualibus, id est, affectibus, & in toto corpore. Et extersit lintheo, dum non solum maculas nostras lauit sed etiam pœnas pro eis debitas in seipso assumpsit. 1. Petr. 2. Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignū. Tunc subdit. Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes. Origen. dicit similiter & Chrys. quod CHRISTVS incœpit lauare pedes a Iuda & hoc ideo, quia medicus plurimorū ægrotorū intentus curæ ab his qui magis indigent medicina curā incipit. Sic Christus incœpit a Iuda qui erat magis fœdus, & inde venit ad Petrum qui dixit. Domine tu mihi lauas pedes, quasi di. Tu qui es agnus incontaminatus, speculum sine macula candor lucis æternæ mihi lauas pedes qui sum peccator, & tu qui es filius dei viui, lauas mihi pedes qui sum Simō bar iona. Tu qui es creator, lauas mihi pedes qui sum creatura & modicæ fidei. Hoc dicebat Petr⁹ territus ex cōsideratione diuinitatis & maiestatis Christi secundū illud Abacuc. 2. Consideraui opera tua & expaui. Respōdit Christus & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modo. i. hoc mysterium est secretum, & signat interiorem mundationem quæ nō potest fieri nisi per me & hoc iā nō intelligis sed scies postea. s. quādo recipies spiritū sanctū. Iohan. 16. Multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo dicit ei Petrus. Nō lauabis mihi pedes in æternum. Bernar. Quāto feruor charitatis vehementior, tanto debet esse intellectus vigilā

tior, vt ordinet charitatem per intellectum, & sic per affectum velit zelum. Hunc zelum habuit Petrus sed indiscretum & inordinatum, quia recusauit quod vtile erat & necessarium. Nam sicut dicitur, Roman. 8. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Ideo indiscrete recusamus accipere quod deus nobis largitur etiam si contrarium videatur, Respondit eis Iesus: Si non lauero te, non habebis partē mecum. Nullus enim particeps fieri potest æternæ hæreditatis nisi sit mundatus. Psalm. Domine qui habitabit in tabernaculo. &c. Respondet. Qui ingreditur sine macula. Dicit ei Simon Petrus, Domine non tantum pedes sed & manus & caput. Supra non potuit flecti, quādo dominus comminatus est seperationem ab ipso, tunc Petrus timore & amore percussus obtulit pedes lauando, manus & caput. Sed Christ⁹ eum corripuit, asserens quod non indigeret lotione capitis & manuum, sed tantum pedum cum subdit. Dicit Iesus. Qui locus est nō indiget nisi vt pedes lauet. Per caput intelligitur intentio & operatio quæ in petro munda erant. Et ideo lotione capitis & manuū non indigebat. Habebat enī in omnibus intentionem rectam & operationem mundam Affectio autem in Petro, & in cæteris sanctis aliquo puluere terrenę affectionis aspergitur, & ideo indiget vt lauetur Aug. Ipsi humani affect⁹ sine quibus in hac mortalitate nō viuitur quasi pedes sunt, vbi etiam & humanis rebus afficimur, Vt si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, quia humani affectus vtique sūt corrupti

¶ Secundo lauit pedes in documentum ad ostendendum quod prælati debent lauare subditos, Tunc enim caput & pedes lauantur quādo prælatus verbo & exemplo subditorum affectus purgat, & mundat. Sæpe cōtingit quod pedes nō lauātur aut quādo manus est inquinata aut quādo aqua est turbida & immūda aut immūditia impeditus est inueterata, his tribus de causis sæpe subditi nō lauā. Primo quādo manus prælatorū. i. opera eorū nō sunt munda. Ecclesiasti. 34. Ab immundo quis mūdabitur. Gre. Naziāzenus Mūdari pri⁹ oportet, & sic alios mūdare, sapiētē pri⁹ fieri & sic alios facere sapiētes, lumē effici, & sic alios illuminare. Accedere ad deū, & sic alios adducere. Sāctificari, & sic alios sāctificare. Man⁹ habere rectas, & sic recti eē cū filii et reclūda

re consilium. Secundo quando aqua est immunda. Aqua im̃műda est amor mundi, de qua dicitur Hieremiæ.2. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Talis enim aqua non lauat sed coinquinat. Augustinus. Quisquis es qui es in mnndo, ad te venit qui fecit mundum vt eripiat te de mundo. Quod sit adhuc aliqua delectatione te retinet mundus, habitet in te qui mundat mundos, & eris mundus Tertio quanbo ipsa macula pedum ex nimia frequentatione efficitur tenax & inueterata. Vnde dicitur Ecclesiastici. 3. Qui baptizatur a mortuo. i. qui lauatur a mortali peccato, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius. 3. Petr 2. Facta sunt posteriora deteriora prioribus. Contingit enim illis illud prouerbium. Canis reuersus ad vomitũ, & sus lota in volutabro luti. ☞ Secundo lauit pedes spiritualiter aqua sui sanguinis. De qua lotione dicitur Apocali. 7. Lauauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ex quo igitur sanguis Christi habet dealbare, videtur quod habet virtutem lactis & nõ sanguinis, lac enim est sanguis vberibus excoctus. Sanguis Christi fuit excoctus in corpore suo & in nostro corde. In corpore suo fuit excoctus ignis amoris, tam vehementer enim in corpore suo ebuliuit, quod aperto latere suo cum impetu emanauit. In corde autem nostro sunt duo vbera, scilicet intellectns & affectus, debet autem excoqui in vbere intellectus per meditationem, & in vbere affectus per deuotionem. Et in sanguis Christi excoctus in corpore suo per amorem & sic cordo nostro per meditationem & affectionem in albedinẽ vertitur, & animas nostras dealbat & mundat. Apocalip. 1 Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ad lauandas animas nostras Christus spirituale lixiuiũ fecit. In quo pro aqua posuit suum sanguinem preciosum. 1. Iohannis. 5. Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Pro cinere amaritudinem pœnarum. Psalm. 101. Cinerem tanquã panẽ manducabã. Pro igne calefaciente amorem intensum. Iohann. 13. Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Sed quia istud lixiuium nimis erat forte. tum propter nimium amorem, tum propter nimiam, ebullitionem amoris, ideo Christus illud lixiuium aqua duplici temperant. s. aqua lachrymationis quam in cruce effudit vt habetur. Hebræo. 5. & aqua regenerationis quæ de eius

latere emanauit. Sic igitur ex tali lixiuio sic facto ex aqua sanguinis sic cõmixto ex cinere amaritudinis sic calefacto ex igne amoris sic temperato ex aqua lachrymationis & regenerationis lauat pedes omnium, id est affect⁹ omnium animarum. Ideo subdit. Et vos mundi estis. Ex hoc textu habetur vt dicit Augusti. quod discipuli baptizati fuerunt baptismate Christi. Et si obiicitur illud, Ioan. 4. quod Christus non baptizabat sed discipuli eius. Respondetur non baptizaui turbas sed discipulos. Et si obiicitur quod baptism⁹ etiam abstergit sordes pedum ergo non indigebant pedũ ablutione. Respondetur qui post baptismũ statim decedit non indiget hac aquitione. Secus de aliis in quibus affectus terreni insurgunt ex sensualitate. Ideo Orige. Discipuli mundi erant sed adhuc maiori mundatione opus erat, quia semper ratio debet æmulari charismata meliora sẽperque debet virtutum alta conscendere. Apocali. 22. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. Sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit. Non estis mundi omnes loquitur de traditore suo Iuda. Pro quo sciendum quo duo vniuersaliter hominẽ mundant scilicet eleemosyna & misericordia in pauperes. Luc. 11. Date eleemosynam & omnia munda sunt vobis, & amor dei. Prou. 11. Vniuersa delicta operit charitas. Luc. 7. Dimissa sunt ei pec. mul. quoniã dilexit multum. Misericordia deficiebat in iuda quia fur erat, pauperes enim de fraudabat, Item deficiebat amor ad Christum, quia iam diabolus miserat in cor eius vt tradere eum principibus sacerdotum ad crucifigendum. Tunc subditur. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua & cum recubuysset iterum dixit eis. Scitis quod fecerim vobis. q. d. Facta vidistis, sed causam non intelligitis, vos vocatis me magister. Iohann. 4. Rabbi manduca. Et domine. Iohann. 6. Domine ad quẽ ibimus &c. Et bene dicitis. Matt. 23. Venus est enim magister vester. Et ipse solus dominus creans & recreans. Psalmo. 99. Scitote quoniam dominus ipse est deus ipse fecit nos, & non ipsi nos. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹ & magister & vos debetis alter alterius lauare pedes. i. officium pietatis & humilitatis proximo impendere. 1. Timo. 4. Exerce teipsũ ad pietatẽ quia pietas ad oĩa vtilis est ꝓmissionẽ habes vitæ q nũc est & futuræ. Exẽplũ enim dedi vobis vt queadmodũ ego feci

vobis & vos ita faciatis.q.d.In hoc facto illud intendebam quod simile debitis facere. ☞ Nota di.exemplū dedi vobis Primo dedit nobis exēplū charitatis in eo ꝙ officiū pietatis exhibuit inimico.Iuxta illud Mat.5.Diligite inimicos vestros & benefacite his q̄ oderūt vos.Nā volēs accedere ad cibū vitæ nō debet gerere rācorem corde,nā dicitur.1.Ioā. 4.Qui odit fratrem suum homicida est & oīs homicida nō habet vitam æternam in se manentem ideo Roma.12.Si esurit inimicus tuus ciba illum sit sitit potum da illi. Et hoc Christus fecit iudæ.similiter & nobis.Rom.5.Cum inimici essemus recōciliati sumus per sanguinem filii eius.Secundo dedit nobis exemplum, humilitatis in eo quod vnicus dei filius humiliauit se coram inimico suo & discipulis, lauando eorum pedes.Ideo Augu.Si se ita diuina maiestas humiliauit quid faciet humana infirmitas.q.d. Multo amplius deberemus nos humiliare.Sed heu plerique sunt dicentes Ego sum tentæ generositatis sicut ipse est non attendentes illud Bernardus.Humilitas est mater omnium virtutum, & necessaria ad vitam æternam sicut panis quotidianus ad vitam corporalem.Ideo Gregorius.Qui alias virtutes sine humilitate congregat est quasi qui puluerem in ventum spergit.Tertio dedit nobis exemplum puritatis in eo quod lauit discipulos.Pro quo nota quod debemus lauare omnia membra si volumus accedere digne ad sacramentum eucharistiæ.Primo pedes,id est affectiones cordis quod figuratur.Gene,18.in Abraham qui dixit,Afferam pauxillium aque & lauantur pedes vestri,& requiescite sub arbore.Et ponam bucellam panis vt confortetur cor vestrum,Spiritualiter per Abraham intelligitur Christus pater multarum gentium,qui per passionem attulit pauxillum aquæ,i.gratiam salutarem ad lauandū pedes, id est cogitationes cordis,iuxta illud Hieremie.7.Laua a malitia cor tuum hierusalē vt salua fias.Arbor est crux domica sub qua est quiescendum cōtra æstū carnalis dilectionis.Daniel.4.Sub ea habitabāt animalia.&c.Bucella panis est corpus Christi quod habentes mundiciam cordis digni sunt suscipere. Augustinus & habentur de conse.di.2.quotidie.Si mēs in affectu peccandi est,grauari magis dico eucharistiæ perceptione quam purificari,Et figuratur Exod.12.per baculum quem habere debemus in manibus ne cadamus intelliguntur bo-

na opera, Sed heu multi in baculo arũdino.i.in paruis operibus & vita lubrica.i.in consuetudine & occasionibus peccatorum accedunt ad illud sacramentum, sed quid prodest pedes lauare si non seruentur mundi. Ideo dicitur Cant.5. Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? Qui enim illotis pedibus intrauerit sancta sanctorum ad recipiendũ corpus christi, ipse sibi iudicium manducat & bibit. Quod figuratur, 2. Reg.19. per Miphiboseth qui venit ad dauid illotis pedibus & in tonsa barba vestesque suas non lauerat, & ideo incidit in iudicium vt partem hæreditatis amitteret, spiritualiter. Quilibet præsumptuosus illotos habet pedes dum in corde gerit irã vel odium vel barbã intonsam qui peccata nõ confitetur, confessio enim est sicut rasorium peccatorum, veste illota, id est, in honesta conuersatione, si talis venerit ad dauid, id est, ad christum amittit partem hæreditatis, De quo, Psalmus.15. Pars hæreditatis meæ dominus, & sic incidit iudicium æternæ damnationis.

¶ Secundo debem⁹ lauare manus.i.opera ad tractandũ diuinum sacramentum. Ad hanc mundiciam hortatur Iaco.4. Emundate manus peccatores & purificate corda duplices animo. Quid est emundare manus nisi reddere aliena si iniuste detines. Non rapinam & vsuram, sed opera bona facere, ista vero mundicia maxime est necessaria volẽtibus accedere ad sumendum agnum immaculatum sicut dicit Psalmus, vicesimo quinto lauabo inter innocentes manus meas. ¶ Tertio totum corpus lauare debemus per castitatem vt digni apparere possimus coram deo, sicut dicitur de conse.dist.4. non potest, vbi.di. Chrysosto. Nõ potest quisquam gratiam vitæ cœlesti accipere nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati. Figuratum est. Iudith.10. quæ lauit corpus suum & vnxit, se myrrha optima, & discriminauit crinẽ capitis sui. Corpus lauat qui se mũdat a peccato luxuriæ quæ mundicia est necessaria volentibus communicare secũdũ quod figuratũ est.1.Reg.21. Si mũdi sunt pueri maxime a mulierib⁹ mãducẽt hoc dicitur omnib⁹ fidelib. Bene ergo se vngit myrrha optima q se affligit ieiunado vigiliis ĩsistẽdo capitis crinẽ discrimiãt qui scit examinare & excutere cogitatiões mẽtis. ¶ Quarto debem⁹ lauare oculos mentis ad cõtẽplandũ cœlestia, q̃d fecit ille cæcus illuminatus, Ioh.9. Abiit & lauit, & venit vt vidẽs, ideo Can.

5. Oculi eius sicut columbę lacte lotę sunt super riuos aquarum &c. Dicit ergo Iesus lauans discipulorum pedes Exemplum dedi vobis, &c.

De eodem, Sermo. iiii.

SVrgit a cœna & ponit vestimenta sua. Ioh. 12. ¶ Quia ista præsens dies, dies cœnæ vocatur, ideo de cœna, animæ est dicendũ. Ambr. in hexame tã grãdis via restat homini decedẽti vt sit vę illi homini qui in suo obitu sacramẽto eucharistię dignus, nõ fuerit & meruit priuari. ¶ Et ideo notandum quod est cœna laudanda & amãda & est cœna detestabilis, & vituperanda: Est enim quadruplex cœna bona. Fecit enim CHRISTVS cœnam in corde iusti viri spirituali quadam consolatione hodie specialiter & quotidie in alta. i de suo corpore proprio, die crastina in ligno crucis mortem sustinendo. Vltimam fecit in cœlo bonos glorificando. Primam ergo cœnam fecit in corde viri iusti spirituali quadam consolatione, tunc enim mentem viri iusti reficit vespere descendente, scilicet sole, id est deficiente solis in corde claritate & calore. Psalmo. 64 Exitus matutini & vespere delectabis. Attende quod ortus gratiæ mane dicitur propter gratiam quæ oritur vespere quando in corde sumitur. Hæc cœna figuratur Iudith. 6. vbi dicitur quod ozias præcepit Achor vocari ad consilium finitoque consilio fecit cœnam magnàm. Et de hac cœna dicitur Apcoalip. 3. ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi intrabo ad illum & cœnabo cum illo & ipse mecum, Cœnabo cum illo quia fide & opere delector, & ipse delectabitur de opere meo, Psalmo. 91. Delectasti me domine in factura tua & in his quæ tuipse in me facies, sicut vult glosa.

☞ Secundã cœnã fecit hodie & quotidie in altari de proprio corpore de hac cœna. Luc. 14. Quidã hõ fecit cœnã magnũ q̃ dicit magna ꝓpter magna cibaria q̃ pręparat. Et ideo cũ magna reuerẽtia est ad ipsã accededũ. Apostolus. 1. Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnam iam non est dominicã cœnã mãducare, vnusquisque enim suam cœnã præsumit &c. ☞ Nota quod primo istituit quomodo ad corpus domini sit accedẽdũ. s. concorditer, ibi Cõuenientibus vobis in vnũ. Secũdo arguit eos qui nõ mãducãt reuerẽter

ibi. Iam non est dominicam cœnam manducare. Non enim videtur quod sit conueniens vt sic conueniant ad manducandum ac si possent melius & dulcius manducare in mensa domini, cum dicatur. Ecclesiastici. 24. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient. Quia ergo taliter veniunt pleni & satiati delectatione peccati. Ideo non sentiunt illius panis dulcedinem & delectationē in quo est omnis suauitas. Prouer. 17. Anima saturata calcabit fauū mellis. Sicut enim fauus mellis est sub cera. sic mel sub cera Christum significat sub specie panis & vini, ¶ Tertiam cœnam fecit in die crastina in ligno crucis moriendo. De qua cœna di. glo. super illa verba. Iohan. 13. Surgit a cœna. Cœna Christi significat passionem, Sicut enim post cœnam non fit prandium, sic etiam Christus postquam semel passus est iterum non patitur. hæc. glos. O quam inæqualis fuit illa cœna cœnis voluptuosorum. Illi nanque in cœnis suis vtuntur cibo & pot delicioso. Christus autem di. Psalm. 68. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto, Huius cibi recordentur deliciosi & confundātur pauperes recordentur & substententur, & ad omnia sustinenda animentur. Amb. Quantumcunque sint grauia. quæ pateris leuia tibi videntur si consideras eum qui pro te fel bibit & quod ad patibulum iuit qui te inuitat ad cœlum, Ideo di. dominus Thre. 3. Recordare perpertatis & transgressionis meæ absinthii & fellis. Marc. 15. Dabant ei bibere myrratum vinum, vbi di. glo. Hoc aceto succus letalis pomi alistergitur. Attende quod C H R I T V S in hac cœna mortis. suæ nuptias; fecit: tunc enim fœminam formauit id est eccclesiam. & eam sibi coniunxit, vt dicit glo. sup illud Geuesis. 2. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, id est synagogę carnalem obseruantiam de qua natus est in carnem, & adhęsit vxori suæ, id est ecclesiæ, vt sint duo in carne vna, est enim caput ecclesiæ & ipsa corpus eius: qui soporatus est sommo passionis, & eam sibi coniūxit, vt ecclesia formaretur: hæc glos. Istæ fuerunt mirabiles nuptiæ, quia sunt in ipsius sponsi morte celebratæ. De his intellitur illud quod dicitur in Apocalipsis. 16. Beati qui ad cœnam agni vocati sunt. Hanc vocem sancti martyres audierunt per passionis Christi imitationem, qui enim ad has nuptias peruenerunt multas tribulationes susti-

nendo, huius cœnæ volunt esse participes. Et qui fuerunt socii passionis erunt & consolationis. 1. Corint. 1, Scientes quoniam sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationum. ☞ Quartam cœnam fecit dominus in cœlo, & hoc erit quādo congregabit dispersiones Israel. Hæc cœna significatur per cœnam quam fecit Asuerus rex: sicut legitur Hest. 1. quod asuerus fecit cœnam magnam maioribus & magistratibus potentatibus, consulibus suis & præfectis. Ad illam cœnam quicunque qui domino fideliter seruierūt vocati sunt. Illi inquā serui de quibus dicitur Isa. 65. Serui mei comedēt & vos esurietis, serui mei bibēt & vos sitietis, serui mei honorabūtur & vos confundemini, serui mei lætabuntur præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis & præ cōtritione spūs vlulabitis. Et hæc oīa ponuntur secūdū glosā de malis qui premūtur in inferno, & de bonis qui lætātur in cœlo. ¶ Itē nota quod alia est cœna detestabilis & vituperāda, & hæc est quadruplex. Est enī cœna luxuriosorū, auarorū, superborū & dānatorum. Prima est luxuriosorū. & hæc significatur per cœnā illā quā fecit holofernes. Iudit, 12. Vbi dicitur quod holofernes dixit ad vagao eunuchū. Vade & sua de hebræā hāc vt spōte cōsētiat habitare mecū. Et sequitur postea quod mulier decepit eū dū esset ebrius. Secunda cœna est auarorū siue cupidorū hi sunt qui inter alios peccatores reputātur quasi infideles. Vnde & apostolus vocat eos idolorum seruitores, & ista fugienda est vt di. glo. Amb. Sicut idolatria vni deo nititur auferre gloriam ne solus nomen diuinitatis habeat, ita & auarus in dei res se extendit vt solus vsurpet quod de' omnibus fecit. Ideo qui veram fidem habet non quærit in his miseriis diues fieri cum talibus infidelib'. s. auaris, Et hinc est quod dicit apostolus. prima Corinthiorum, 10. Si quis infidelium vos vocat ad cœnam & vultis ire, omnia quæ vobis apponuntur manducare nihil interrogantes propter cōscientiam. Tertia cœna est superborum, & cum talibus nō est cœnādū aut cœnare securū. Psal. 100, Supbo oculo et I sa. cor cum hoc non edebam. De hac cœna dicitur Mat. 24. de pharisæis qui primos amant recubitus in cœna. & significata est in cœna illa quam fecit Herodes. Marc. sext. vbi dicitur quod Herodes, id est. glorians fecit cœnam magnam principibus. In qua cœna Iohannes decollatur

& interimitur per saltatricem, id est per inanem mūdi gloriam. Quarta cœna est damnatorum. Apo. 19. Venite congregamini ad cœnam dei magnam, vt mãducetis carnes regum tribunorum, &c. In ista cœna panis quotidianus erit mors æterna. Psalm. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Apoc. 16. Manducauerunt linguas suas præ dolore. De potu eorum dicitur in Psalm. Ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum Deute. 32. Fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile, & cæt. Et Isaiæ. 34. Amara erit potio bibentibus eam.

¶ De eodem. Sermo. V

HOmo quidam fecit cœnam magnam Lucæ. 13. Augustinus in libr. de moribus ecclesiæ dicit quod panis materialis hominem alit corporaliter & necat accipitrem. Spiritualiter sic panis sacramentalis alit hominem spiritualiter in anima, & necat accipitrem, id est hominem viuentē sui intellectu & ratione. De quo Iob. 20. Panis ei⁹ in vtero verteturin fel aspidum intrinsecus. Nam dicunt naturales quod de vna & eadem herba accipit serpens venenum & apis mel sicut dicit Bernar. in sermone. Sane in mēsa vna de vno pane in cœna domini consecrato Petrus & Iudas acceperunt vnus in beneficium, alter in supplicium. Petrus in salutem. Iudas in mortem. Idcirco requiritur discussio cōscentiæ ad volentem accedere ad cœnam vitę. De quo thema. homo quidam fecit cœnam magnam.

Pro quo sciendum hæc cœna figurata est in Exodo duode. in agno paschali quem Iudæi comederunt in liberatione sua de terra Aegypti. Nam sicut illi per agnum paschalem liberati fuerunt de Aegypto, nos per Christum de inferno. ¶ Nota historiam Exod, duodecim. Cumque vellet dominus liberare filios Israel de potestate Pharaonis. præcepit vt tollerent agnum qui esset sine miracula & illum deberent comedere assum igni, non crudum nec coctum aqua. Et sanguinem eius deberent signare super luminaria domorum suarum. Per filios Israel qui captiui fuerunt in Aegypto sub potestate Pharaonis. nota totum gen⁹ humanum quod erat sub potestate regis Aegypti, id est, tenebrarum plusquam quinque milia ãno

rum & per nullum liberali potuit. Tandem miſertus eſt do minus noſtri, & emiſit nobis agnum, id eſt filium ſuum. De quo Iſaias clamauerat cum deſiderio ad deum patrem dic. Emitte agnum domine dominatorem terrę de petra deſer ti ad montem filiæ Syon: Iſai. 16. Et per ſanguinem hui⁹ a gni liberati ſumus de poteſtate diaboli. 1. Petr. 1. Non cor ruptibilibus auro, &c. De illo agno dicitur Hiere. 11. Quaſi agnus māſuetus qui portatur ad victimam, id eſt ad mor tem, ſic fuit Chriſtus manſuetus in paſſione, & patienter ſuſtinuit mortem pro nobis. Nam cum male tractarēt ver bis & verberibus, non ſe vindicabat nec contradicebat. Iſaiæ. 53. Quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit. Iſtum a gnum dedit nobis pater cœleſtis in cibum. Hunc hortatur apoſtolus nos ad comedēdum cum dicit. Itaque epulemur. Quomodo autem debemus comedere agnum iſtum patet in illo quod filii Iſrael comederunt ſine fermento, ſcilicet peccati. 1. Corin. 5. Modicum fermenti totam maſſam cor rumpit, &c. De illo etiam quod ſcilicet, debet eſſe ſine ma cula peccati dicitur. 1. Cor. 11. Probet autem ſemetipſū ho movtrum ſit mundus de peccato & ſic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat indigne iudicium ſibi manducat & bibit, & reus erit corporis & ſanguinis domi ni ac ſi Chriſtum occideret. Ambro. Qui indigne Chri ſtum ſumit idem eſt ac ſi Chriſtum occideret. Augu. Ma gis peccat qui Chriſtum tradit peccantibus membris quam Iudas qui tradiuit Chriſtum crucifixoribus. De Iuda di do minus. Væ illi per quem tradetur filius hominis. Væ illi qui ad menſā domini accedit indigne. Iudas tradidit Chri ſtum Iudæis, ille tradidit meum dæmonibus quē in locum dæmonum ſumit, ille vendidit pro argento, iſte vendit pro modico peccato. De Iuda dicit dominus: Qui intingit ma num mecum in paropſide, hic me tradet, Ille manum cum domino in paropſidem mittit qui cum peccato ad menſam domini accedit. Et quamuis dominicum corpus ſumat non tamen ad Vitam æternam, ſed ad damnationem Auguſti. De vno pane Petrus accepit, & Iudas: Petrus ad vitā, Iudas ad mortem. Vnde cantat eccleſia in quadam ſequentia. Su munt, boni, ſumunt mali ſorte tamen inæquali vitæ vel in terit⁹. Mors eſt malis, vita bonis: vide paris ſumptionis quā ſit diſpar exitus. Ber. ponit exēplū ī flore Idē flos dat mel in

apibus venenum in aranea,sic idem corpus domini vita est bonis,& malis interitus. Iob.20.i.Panis eius id est corpus Christi in Vtero eius.i.peccatoris vertetur in fel aspidum Quantum displiceat deo quod immundi accedant patet in Oza qui cum tetigisset arcam in qua erat manna statim cecidit & expirauit,eo quod illa nocte cum vxore sua dormierat. Quod videns Dauid timuit arcam inducere in domum suam,2.Re.6.Greg.Intuendum quantum delinquat qui ad corpus domini reus accedit. Si ille morte mulctatur qui arcam dominici corporis figuratam gestantem minori quam debuit reuerantia tetigit.Si Dauid tunc timuit figuram dominici corporis inducere in domum suam qui adeo bonus erat quod dominus de eo dixit.Inueni virum secundum cor meum :multo magis debet Christian⁹ in peccatis existens timere corpus Christi in os suum sumere.Si Centurio dixit.Domine non sum dignus vt intres sub tectum meam,quomodo tu peccator præsumis eum sumere in os tuum. Ioannes baptista sanctissimus inter omnes natos mulierum contremuit,& nõ audebat tangere verticem Christi quon tu peccator?sciens te esse in peccatis audes corpus Christi mãducare.Et tamen licet nullus posset se reputare dignum nemo propter hoc tamen communionem prętermittere debere,Si enim dolet de peccatis & confessus fuerit dominus implebit quod in nobis deficit. ☞ Secundo nota quod agnus ille comedebatur igne assatus,per quod notatur quod illi qui volunt digne accedere debẽt esse igne charitatis accẽsi ad deum & ad proximum,Leui. 6.Ignis id altari meo semper ardebit,quem nutrie sacerdos subiiciens ligna mane & vespere per singulos dies.Gregor.Altare dei est cor nostrum in quo debet semper ardere ignis charitatis,quem mane nutrimus dum Christum mane iudicatum, & vespere crucifixtum recolimus.Bernar.Super omnia te mihi reddit amabilẽ calix quem bibisti in ara crucis.Vide ac autem quilibet nostrum quomodo nutriat ignẽ in altari cordis sic quod non ponat ignem alienũ.i.ignem luxuriæ inuidiæ,malæ concupiscentiæ,ne ei contingat sicut Nadab & Abiu,qui ignem alienum obtulerant coram deo in thuribulis suis.Et ingress⁹ ignis de cœlo extinxit eos,Nota bñ illam historiam quæ ponitur in Leuiti.10.Et sicut dicitur. Num.16.quod Chore & sui complices ducẽti quinquagin

ta, qui inuidebant Mosi & Aaron de principatu, cum sta
rent coram domino, & haberent thuribula in manibus:
egressus est ignis de thuribulis, & deuorauit eos. Sic contin
git illis qui habent ignem inuidiæ in cordibus suis. Ideo
quilibet ꝓbet seipsum antequam accedat, an habeat chari=
tem ad deum, quia qui non diligit deum excomunica=
tur ab ipso. Apostolus. 1. Cor. 16. Qui non diligit dominum
sit anathema, id est excommunicatus. Vnde talibus con=
sulendum est qui non habent claritatem deuotionis quod
abstineant quousque possint cum charitate accedere dum
modo videlicet sine aliquo scandalo possint supersedere.
Et si non instat necessitas vel scandalum, non debet enim
quis compellere vt in mortali communicet. Debet eum
habere dilectionem ad proximum vt prius eos reconciliet
quibus improperauit si quomodo potest, & dimittat om=
nem rancorem. Matth. 5. Si offers munus tuum ad altare et
recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum
te relinque ibi munus tuum ante altare, vade prius recon=
ciliari fatri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.

¶ Tertio præceptum fuit eis Vt baculum in manu tenerēt
Si qui, manducare voluerit de illo agno, debet habere bacu
lū. i. fidē catholicam. Sicut enim baculus iuuat & tenet ho
minem ne cadat: sic fides tenet hominem ne cadat in infer
nū, sed perueniat ad vitā ęternā, quia sine fide nemo pōt sal
ua ri. Apo. Heb. 11. Credere oportet accēdētē ad deū, Glo=
sa. scilicet quod sit vnus deus, et nō alius in cœlo & in terra.
Debemus ergo in hoc sacramento simpliciter credere quæ
nobis dicuntur. & nihil vltra scrutari quia humanus intelle
ctus non potest apprehendere virtutem huius sacramēti.
Eccle. 3, Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus
fueris, sed quæ præcepit tibi dominus cogita illa semper.
Nam ibi omnes sensus decipiuntur vt pater intuenti dem=
pto sensu auditus, vt figuratur. Gene. 27, Isaac quando be=
nedixit iacob. fuit deceptus in omnib⁹ sensibus præterquā
in sensu auditus; quia audiuit vocem iacob. Et sic omnes
fideles quando audiunt hoc est corpus meum, veraciter
credere debent. ¶ Sunt autem multa quæ simpliciter cre=
dere debemus. Primum est quod ille panis quem offert sa=
cerdos post consecrationem non est panis, sed corp⁹ CHRI
STI, & vinum sanguis CHRISTI.

oportet credere quod in singulis partibus hostie totus & tantus sit, & in vna parte hostiæ tantus quantus in ītegra. ☞ Tertio oportet credere quod tantum valet corpus christi a malo sacerdote consecratum sicut a bono. Vnde Augustinus dicit quod difformitas medici non impedit effectum medicinæ. Gregorius. Vim sacramenti non mutat Vitium ministri. Sicut enim deterius non fit de deteriore, sic non fit melius de meliore. ☞ Quarto ille agnus comedebatur cum lactucis agrestibus, id est, cum contritione & amaritudine animæ nostræ. & omniū scelerū. Iob. 3. Anteq̄ comedā suspiro, & quasi inūdātis aquæ, sic rugit⁹ me⁹ Et sic fecit Ezechias. Isaiæ. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, & sic ista lactuca debet conteri in mortariolo doloris. & cum succo fletus, Gregorius in Mortali. Carnes agni cum lactucis agrestibus sūt edendæ, Vt cum corpus redemptoris accipimus nos pro peccatis nostris in fletibus affligamur Quinto sanguis agni super vtrumque postem debet poni, id est non tantum sumēdo corporis ore sed ore mantis. Nam sumptio corporalis sine sumptione spirituali nihil prodest, vt dicit Augustinus, qui ille est spiritualis cibus. Ideo di. Auicenna, Cibus qui iratis cordibus sumitur, nihil nutrit. Ratio. Nam æstus iræ calorem naturalem a sua digestione impedit, & restringit Sic sumere corpus domini cum immundo spiritu nullum confert animæ nutrimentum. Nam videmus quod ignis non nutritur ab aqua. sed magis corrumpitur, & sic anima peccatrix non nutritur per sumptionem huius cibi. Sexto edebant caput cum pedibus & intestinis, Spiritualiter. caput istius agni est diuinitas, 1. Corinthio, 11. Caput CHRISTI deus est, Pes eius, caro ipsius est quæ est infirma in ipsa natura. Intestina eius est anima, Ista omnia debemus comedere per varam fidem & nobis incorporare. Fuerunt autem quidam hæretici qui dixerunt eum non habuisse diuinitatem. Illi autem non comedebant caput id est fidem diuinitatis sibi non incarporabant.

¶ Alii dixerunt ipsum non habuisse animam rationalem sed diuinitatem loco animæ, isti intestina non comedebant. Alii dixerunt ipsum non habuisse carnem humanam, sed fentasticam vel de cœlo delatam, ista pedes non comedebant id est eius carnem per fidem veram

non incorporabant, nos vero caput cũ intestinis & pedib⁹ comedamus. i. de eius diuinitate carne & anima fideliter: & catholice sentiamus, Septimo comedebant succinctis renibus. Spiritualiter sic nos cum continentia carnis & mentis, istud est cingulum renum. De quo. Gre. Lũbos præcingim⁹ cum carnis luxuriã coartamus. Figuratur. 1. Reg. 21. Cum serui Dauid voluerunt edere panes propositionis ait Abimelech sacerdos. Si mundi sunt pueri maxime a mulierib⁹ manducent. In quo datur intelligi quod ad sumptionem illius cibi hodie nobis propositi requiritur castitas. Nã Exo. 19. dicitur, cum populus deberet recipere legem fuit pærceptum ei. Estote parati vsque ad diem tertiam ne appropinquetis vxoribus vestris. Quanto magis hodie cum debemus recipere dominum et datorẽ legis. Octauo habebãt calciamenta in pedibus sic nos secũdum Greg. respicere debemus vitam patrum antiquorum. Cant. 7. quam pulchri sunt gressus tui filia principis in calciamentis. i. in consyderatione paternæ vitæ. Vel sic calciamẽta in pedibus id est. bonũ affectũ & desideriũ nõ peccando vt calcemus terrena desideria, ideo in figurã illius ante dationem illius cibi Christus lauit pedes discipulorum. Diceres quare hoc sacramentũ suã specie panis & vini datur, Respondetur propter quatuor Primo propter meritum. Vnde Greg. Fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Secundo propter peccatores, si enim eũ in maiestate sua viderent oẽs qui essent in malo statu perirent. Tertio propter nostram fragilitatẽ, nemo enĩ posset eũ videre in sua claritate ex qui videmus quod nequimus inspicere solem. Et hoc patet in filiis Israel qui nõ potuerũt inspicere Mosen nisi per vela mina. Quarto propter nauseã quia nausea esset hoĩ si videret cruda carnem, & Iudæi insultarent, dicentes. Christiani comedũt eorũ deũ, &c. ¶ Nota multa hodie fiunt in die cœnę ab ecclesia: primo hodie publice pœnitentes reconcilliantur. In capite enim ieiunii candele accensæ publice pœnitentibus dentur. Cilitiũ ab episco. eis traditur & sic ab ecclesia eiiciũtur per quod significatur quod cũ Adã peccasset posit⁹ est flãmeus gladius ante ostiũ paradisi qui significatur per candelas accensas, & tunica pellicea indutus est quod significat cilitium, & exclusus est a paradiso sicut ille qui ecclesiæ ianuis excluditur. Hac vero die reconcilliantur,

multiplici de causa, primo quia hac nocte Christus Petrum publice peccātē sibi reconciliauit qui publice pœnitentiam fecit, cū publice & amare fleuit. Secunda causa quia hodie fuit CHRISTVS captus & ligatus vt. s. sua captiuatione captiui soluerētur. Ideo publice pœnitentes debēt solui q͂a. Christus pro eis hac nocte voluit capi & ligari sicut ille q͂ est in carcere dimittetur, quādo sufficiens obses datur. Ioh. 18. Si me quęritis sinite hos abire. Tertia causa, quia Christus hodie pro peccatorib. pœnitētiā facere incepit, 1. Pe. 2. Peccata nostra ipse pertulit super lignum in corpore suo. Isai. 35, Vulneratus est propter iniquitates nostras attritus est propter scelera nostra, Secundū quia hodie institutū est sacramentū sacramētorū, scilicet corporis CHRISTI, Ideo conuenienter hodie conficitur chrisma quod est materia multorum sacramentorum, vt vnctionis confirmationis & ordinis sacerdotalis. Tertium quia vnus tantum celebrat hodie quod seruatur in collegiis & conuentibus ad significandum primo quod Christum imitemur qui solus celebrauit quando corpus & sanguinem consecrauit, & omnes discipulos communicauit, secundo ad innuendū quod istud est sacramentum vnitatis per quod fideles vniuntur 1. Corin. 10. Vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Tertio ad innuēdū quod omnes debēt obedire vni. s. vicario Christi summo pontifici. Gen. 27. seruiant tibi populi, id est, laici inferiores adorēt te tribus, id est, superiores esto domin* fratrum tuorum, id est carnalium & aliorū. Quartum hodie altaria denudantur ad signandum quod Christus fuit multiplici veste denudatus Primo materiali. Psalm. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea & superuestem meam misērunt sortem, secundo corporali. scilicet corpore quod fecit mater quia animam denudauerāt a corpore tertio spirituali, scilicet apostolorum. Isaiæ. 49. His omnibus velut vestimento vestieris. Matth. 26. Discipuli omnes relicto eo fugerūt. Qnintum quia altaria hodie abluntur aqua & vino & funditur in modum crucis ad designandum quod Christus ecclesiam suam lauit per aquam, & sanguinem. Apoc. 1. Lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris. Et lumina quinque in modum crucis in altari comburuntur ad designandum quinque vulnera que ardere hodie debent in nostra

memoria. Bernard. Super omnia te mihi reddit amabilem bonu Iesu calix quē, bibisti. Heb. 12. Recogitare eum qui talē sustinuit pro peccatoribus aduersus semetipsum cōtradictionem vt nō fatigemini animis vestris deficientes. Sextum tribus diebus mors Christi plangitur merito. Primo quia sol mortem Christi tribus horis plangit obscuratus. Secundo quia tribus diebus & noctibus mortuus erat CHRISTVS. Tertio quia Christus in tali passione ter potuisset mori primo est in flagellatione quia alius homo in tali flagellatione expirasset. Secūdo in crucifixione. Tertio in lanceatione, iā enim mortuum iterum occiderunt. Idcirco quolibet de tres lamētationes cantātur de libro Thren. 7. Septimū summus pontifex hodie large dat eleemosynas quia christus hodie nobis extitit valde liberalis. Ber. Dedit nobis; carnem in cibum & sanguinem in potum, aquam in lauacrū, sudorem sanguinis in medicinam.

In die parasceues, Sermo. I.

SCiens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur scriptura dicit. Scio, Illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius, cum igitur accepisset Iesus acetum, dixit consummatum est & inclinato capite tradidit spiritū, Iohan. 19. Christus in vita suas Iudæis multa salutifera documenta dederat, exibuerat multa sanctitatis exēpla multa beneficia & miracula. Sed hodie miseri Iudæi pro documento dederūt Christo dura verbera pro beneficiis dederunt sibi durissima crucis tormenta. Non restabat autem nisi vna pœna. s. vt ipsum felle & aceto portarent sicut in authoritate pręposita dicitur in qua quidam authoritate tria ponuntur ex parte Christi, primo ponitur eius feruens charitas cum dixit, Sitio. Secundo consummatas veritas cum subdit. Consummatum est. Tertio magna pietas, cum dicitur. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quarto ex parte Iudæorum magna crudelitas in hoc quod sibi ad bibendum porrexerunt acetum. Circa primum nota, quod in hoc quod Christus dixit sitio, eius feruens charitas denotatur. Non enim sitiebat aquā, sed salutē nostrā, nō sitiebat vinū, sed profectum nostrum. Nō sitiebat aliquē liquorē, sed nostrū amo

rem. Ber. Sitio, ait Christus non doleo. O domine quid sitis? Fidem vestram, salutem vestram, gaudium vestrum, plus animarum vestrarum quam corporis mei cruciatus me tenet & si non mei saltem vestri misereminі. Ista enim charitas tam intēsa omnes alios amores superat, & excellit scilicet amorem naturalem, matrimanialem, socialem, & animalem, Amor naturalis est qui est inter patrem & matrē filium & filiam. Et istum amorem excellit amor Christi. Nulla enim mater tantum filium dilexit quantum Christ⁹ nos hodie amauit. Isaiæ. 49. Nunquid obliuisci potest mater infantem, suum vt non misereatur filio vteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscari tui, Ecce in manibus meis descripsi te muri tui coram oculis meis semper.
Nunquam enim fui aliqua mater que filium suum intantū diligeret quod nomen suum in manibus pingi vel scribi faceret, Vt sic die ac nocte memoriam eius haberet. Christus autem in manibus suis nos scriptos die ad nocte portat vt semper memoriam nostri habeat. Et illa scriptura non fuit tacta cum calamo, vel attamento, vel in pergameno, Sed calami fuerunt accutissimi claui. Attamentum eius sanguis preciosus, scriptores iudæi peruersi, pargamenum caro manum. Secundo excellit amorem matrimonialem qui est inter virum & mulierem. Et hoc in duobus. Primo in hoc quod si vxor fornicatur vlterius a viro non recipitur, Sed si animæ nostræ sponsum CHRISTVM deserunt, & diabolo adultero consentiunt. Christus eas pœnitentes recipit. Et ideo in cruce manus extensas tenet, ad inueniendam quod peccatores ad se repertentes, protinus amplexatur.
Hiere. 3. vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid reuertetur vltra ad eum. Et infra. Nunquid non pelluta & contaminata, erit mulier illa, tu autē fornicata es cū amatoribus multis. Tamen reuertere ad me & ego suscipiam te, di. dñs. Secundo amor Christi excellit amorē matrimonialem in hoc, ꝙ si esset aliqua vxor q̄ maculas in facie vel in corpore suo haberet & nō posset ab istis maculis emūdari nisi se vir vulnerari faceret, & ī suo sāguīe vxor balnearet. Nō est aliqs vir q vxorē suā tātū diligeret ꝙ ista sustinere valet. Aīę aūt nostrę quę erāt Christi, maculis peccatorū erant plenæ, & ideo Christ⁹ in quīꝙ partib⁹ corporis vulnerari se fecit &

sanguinem suum fudit in quo sponsa sua se balneauit & ab omnibus maculis mundata fuit. Et hoc est quod dicitur ad Ephe. 5. Viri, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam suam & tradidit semetipsum pro ea vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Tertio amor Christi amorem socialem excellit qui est inter amicum & amicum, nullus homo inuenitur qui vellet mori, pro inimico, vix autē inueniretur qui vellet mori pro amico suo quantumcumque iusto sed pro amico bono, id est, simplici fideli, & innocenter decepto, forsitā a liquis morti se exponeret. Nos non eramus iusti, nos non eramus boni, sed eramus impii, & dei inimici, & tamen pro nos Christus mori voluit. Et hoc est quod dicitur. Romano. quinto. Cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, C H R I T V S pro impiis mortuus est: vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono qui audeat mori, commendat autem deus suam charitatem in nobis quoniam cum peccatores essemus secundum tempus pro nobis mortuus est. Potest tamen dici quod Christus habebat vnum amicum, scilicet deum patrem, & vnum inimicum, scilicet genus humanum, vt igitur Christus inter nos pacem faceret se mediatorem interposuit. 1. Timo. 2. Vnus mediator dei & hominum, homo Christus I E S V S qui dedit se in redemptionem pro omnibus. Sępe autem cōtingit quod vnus quando se inter duos rixantes interponit ab vtroque vlneratur. Sic Christus vulneratus fuit a patre. Isaiæ. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Vulneratus fuit ab homine. Zacha. 13. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. ☞ Quarto amor C H R I S T I excellit animalem amorem qui est inter animam & corpus. Anima enim intentum diligit corpus quod ab eo separari renuit, & omnem læsionem corporis fugit & vitat. Anima C H R I S T I intantum dilexit animas nostras quod a corpore suo pro nostra, salute voluit separari. Ioannis. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Intantum dilexit quod passus est corpus suum in quinque partibus cum multa lætitia lacerari vt sic præcium nostræ redēptionis abundanter efflueret. Vnde in persona sua dicit

propheta. Psal.29. Cōcidisti saccum meum & circundedisti me lætitia. ❡ Secundò ponitur consummata veritas cū dicitur consummatū est: Cōsummata quidē & cōpleta fuerunt oīa quę fuerunt scripta de sua natiuitate, de sua cōuersatione, & de sua passione, & de sua consummatione. Hodie quoq; cōsummatū fuit corpus suū, cōsūmatus fuit sanguis suus. Corpus quidē suū sic fuit cōsummatum & simul cōsūptū, quòd oīa ossa sua apparebāt, & numerari poterāt, Psal.21. Dinumerauerunt oīa ossa mea. Nec mirū si corpus eius sic fuit cōsūptū, quia fuit trib⁹ disciplinis grossis flagellatū. Est fortis quia carnē frangit: & alia quę fit cū spinis acutis & ista est fortior, quia vsq; ad ossa ista perforatio pertingit. Est enim quædam disciplina quæ fit cum virga: & ista est alia quę fit ferreis instrumentis, & ista est fortissima quia animam à corpore excutit. Ista triplici disciplina corpus Christi fuit flagellatū, & ideo totaliter consummatum. Primò enim Christus fuit flagellatus virgis siue funibus nodosis, quando, s. Pylatus ipsum ad columnam fecit ligari & flagellari. Et ista flagellatio totū corpus vulnerauit. Secundò fuit disciplinatus cum spinis, quando. s. spinis acutissimis fuit coronatus. Et illa flagellatio secundū Ber. os capitis perforauit, & vsq; ad cerebrum peruenit, secūdū Chry. Mil[illegible] [illegible]nctis caput eius impleuit. Et si dicatur quòd non vide[illegible] [illegible] quòd spinæ os capitis tā durum potuerūt perforare. Dicēdum quòd hoc non est factū secūdum naturā, sed secūdum volūtatē diuinā, nec est cōtrariū ei quod dicitur, Os nō cōminuetis ex eo, Ioā.19. Et Exo.12. quia os capitis eius nō fuit cōminutū sed perforatū. Tertiò fuit disciplinatus cū instrumētis ferreis. i. cū clauis acutis. Et talis disciplina animā à corpore excussit. Matt. 27. Iesus clamās voce magna præ nimio dolore clauorū emisit spiritū. ❡ Secūdò cōsummatus fuit eius sanguis, quia à corpore euacuatus. Omnia enim opera sua fecit Deus in numero, pōdere, & mēsura, vt habetur Sap.11. excepto opere redēptionis nostræ, ibi enim non seruauit numerū, vt scilicet vnam vel duas guttas sanguinis sui daret, cùm tamen vna sola sufficeret. Non seruauit pondus, vt scilicet vnam libram, vel vnam vnciam effunderet. Nō seruauit mensuram, vt scilicet vnum calicē mēsuraret, sed totum effudit & totum dedit. [illegible] 129 Copiosa apud eum redēptio. Prorsus copiosa, quia

non gutta sanguinis, sed vnda fluminis per quinq; corporis partes emanauit. Tertiò ostẽditur magna compassio & magna pietas: in eo quòd dicitur, Inclinato capite tradidit spiritum. Magna enim pietas, quia Iudæi spiritũ Christi ab eius corpore violẽter cũ multis suppliciis expulerũt. Psal. 37. Vim faciebãt qui quęre. ani. meã. Ex hoc aũt ꝙ dicitur, Et inclinato capite tradidit spiritum, quidã voluerunt dicere animã principalẽ partẽ & secundũ habere in capite. Super hócque inter sapientes quatuor fuerunt opiniones. Quidã enim dixerunt animã esse in capite. Et hoc propter illã authoritatẽ qua dicitur Gen. 2. Inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitæ: ista enim inspiratio nihil aliud fuit quàm animæ infusio. Alij dixerũt ipsam esse in corde, & hoc ꝓpter illã authoritatẽ qua dicitur Mat. 15. De corde exeunt cogitationes malę. Cùm igitur cogitationes exeãt ab aĩa, si cogitationes in corde, & aĩa est in corde, Hier. epistola ad Fabiolam, quia vitæ principiũ Plato posuit in cerebro. Christus monstrat in corde. Alij dixerũt ipsam esse in sanguine. Et hoc propter illud quod dicitur Leui. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Alij dixerũt ipsam esse in toto corpore, & in qualibet parte totã. Et hoc propter illud 2. Reg. 1. Adhuc tota aĩa est in meipso: non dixit in capite meo, vel in corde meo, vel in sanguine meo, sed in me ipso, hoc est in corpore meo. Iudæi igitur volẽtes Christi aĩam cruciare, vidẽtur saltem istas quatuor opiniones ipso facto sciuisse. Primò enim ipsam aĩam cruciauerũt ĩ capite, quãdo fuit spinis coronatus. Ansel. Coronatus incedit, sed ipsa sua corona cruciatus fuit. Quia mille pũcti preciosissimum verticẽ eius vulnerauerũt. Secundò ipsam cruciauerunt in corde, quando, s. fuit iuxta cor in latere vulneratus, vt si fortè ibi anima remãsisset, cruciatum secũ portaret. vt cùm triplex sit amor, scilicet sermonis, cordis, & operis. Christus ostẽderat nobis amorẽ sermonis in sapiẽtiæ prædicatione, amorem operis in miraculorũ exhibitione: non restat nisi vt ostẽdat nobis amorẽ cordis quẽ ostendit nobis in lateris apertione. Bern. Clauus penetrãs clauis reserans factus est mihi. Quid enim videã per foramina? clamat clauus, clamat vulnus quòd verè Deus sit in Christo mũdum reconciliãs sibi. Tertiò cruciauerunt eius animam in sanguine, quãdo scilicet cum clauis acutis eius venas ap-

runt,& totum sanguinem cum doloribus extraxerunt, ita quòd corpus eius in cruce remāsit arīdū sicut lignū. Psal. Aruit tanquā testa virtus mea. Idē: Ossa mea sicut cremiū aruerūt. Et assimilat Christus corpus suū testæ & cremio. Nā testa quæ prius fuit humida, postmodū ab igne fit arida: similiter cremiū est lardi adustum, à quo pinguedo omnis recessit. Corpus igitur Christi in cruce fuit testa, quia ab omnib⁹ humoribus suis fuit exiccatū: & fuit sicut cremiū, quia toto sanguine fuit euacuū. Quartò afflixerūt eius animam in toto corpore, quia à planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo sanitas. Cruciatus enim fuit in toto corpore, scilicet in parte suprema, media, & infima Nam in parte suprema fuit spinis vulneratus. In media fuit ad columnā ligatus. In infima in pedibus perforatus, vbi magnum dolorem sensit, quia locus erat neruosus. Et quia vnus super alium positus, & quia grossis clauis perforatus, quia innitebatur clauatis pedibus totū corpus. Quartò ponitur ex parte Iudęorum magna peruersitas, quia os Christi aceto potauerunt. Duæ enim magnæ rusticitates hodie ori Christi factæ fuerunt. vna est quando acetum dederūt sibi bibere. Secunda quando Iudas ore suo turpissimo os Christi sanctissimum osculari præsumpsit. Istas duas rusticitates adhuc multi faciunt ori Christi. Quidam enim adhuc sibi dant acetum, id est, opera acerba. Psalm. 6. Exacerbauit donum peccator. Cùm enim deberēt dare ori Christi vinum suaue, id est, opera bona & Deo placita, dant sibi acetum, id est, opera acerba. Isa. 5. Expectauit vt faceret vuas & fecit labruscas. Secūdò sunt quidam qui adhuc cum Iuda Christum osculantur. Quatuor enim personæ osculatæ fuerūt Christum. Nam ipsum osculata fuit mater eius, & hoc quando eum infantem in suis brachiis baiulauit, tunc enim ipsum osculabatur, & hoc in signū amoris. Osculatus etiam eum fuit Simeon, quando scilicet in vlnas suas eum accepit, & illud osculum fuit in signum reuerētiæ & deuotionis, sicut quādo quis manus vel pedes episcopi osculantur. Osculata eum fuit Maria Magdalena in signum recōciliationis, sicut quando inimici ad pacem veniunt se mutuò osculantur. Osculatus eum fuit Iudas, & hoc in signū proditionis, sicut & Ioab osculatus est Amasan, vt habetur 2. Regum 20. Quicunque igitur hodie Christum o-

ſculatur, videat quomodo oſculetur. Ille enim qui nullum habet rancorem, & odium in corde, ſed ad Deum & proximum ſyncerum amorē, oſculatur cum Maria. Ille qui ad Christi paſſionē multa reucrētia & deuotione, & lachrymarum effuſione afficitur, oſculatur cū Simeone. Ille qui prius domini inimicus erat, ſed in iſta quadrageſima eſt ſibi reconciliatus, cū Maria Magdalena. Ille qui hodie crucifixum oſculatur, & in paſchate in mēſa altaris cum Chriſto epulatur, & poſt paſcha ad peccata reuertitur, oſculatur cum Iuda proditore. Magna enim proditio eſt hodie Chriſto oſculum dare, & in paſchate in mēſa Chriſti comedere, & poſtea de domo ſui corporis Chriſtū expellere, & inimicum capitalem ibi, ſ. dæmonē in cor ſuum introducere. Talibus poteſt Chriſtus dicere quod dicitur in Pſalm. 54. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus qui ſimul mecū dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu, veniat mors ſuper illos & deſcendant in infernum viuentes, &c.

¶ *In vigilia Paſchæ.*
Sermo I.

VEnit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulchrum. Matt. vlt. ¶ Videmus vbi homo amittit rem charam, valdè triſtatur & ſolicitè quærit illam. Spiritualiter ſic Maria Magdalena dilexit Chriſtum. Lucæ 7. Quoniam dilexit multum. Et hunc amiſit per mortis amaritudinem. Ideo ſolicita de eius amiſſione dolenter ibat videre ſepulchrum & eum querere à quo plura ceperat beneficia. ſ. ſeptem dæmonū expulſionem, fratris reſuſcitationē, multorum criminum dimiſſionem, vt illum quem dilexit in vita, poſſet amare & in morte, vt probaretur eius dilectio fore vera, iuxta illud Gregorij, Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Et ideo opus pietatis exhibere voluit corpori Chriſti ipſum vngendo. Ideo dicitur: Venit Maria Magdalene & altera Maria videre ſepulchrum. ¶ Pro quo ſciendum, circa ſepulchrum Chriſti tria ſunt videnda. Primò quale fuit, ſecundò qualiter fuit ſepultus, tertiò qualiter nos cū eo debemus ſepeliri. ¶ Circa primum notandū quòd ſepulchrum primò fuit nouū, ſicut dicitur Matthæi vigeſimoſeptimo. Et hoc triplici de cauſa. Primò ne e-

retur quòd non ipse sed alius surrexisset. Istam rationem tangit Amb. in lib. de Virg. dicens, Bene monumētum nouum dixit Matthęus, ne ex monumento veteri alius surrexisse crederetur. Secundò propter reuerentiam corporis Christi. Istā rationē assignat Aug. di. Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum & nemo post conceptus: ita in hoc monumento nullus sepultus est ante eū, nullus post eum. Tertiò ad signandū ꝙ qui vult corpus Christi sumere, debet habere nouitatem in corde: corpus quidem nostrum primò est nouum, vt in iuuentute: modò putridū, vt in morte. spiritus autem noster debet semper variari. i. in melius renouari. Sunt tamen quidam quorum spiritus est vetus per peccati malitiā, ideo monet nos Apostolus, di. 1. Cor. 5. Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua cōspersio. Alij sunt quorum spiritus est putridus per longam consuetudinē. Iohel. 1. Computruerūt vt iumenta in stercore suo. Alij sunt quorum spiritus semper est purus atque nouus interius per puritatem. 2. Cor. 2. Licet is qui foris est noster homo corrūpatur, tamē is qui intus est renouatur de die in diē. talis qui habet istā nouitatem dignus est recipere corpus Christi. 1. Cor. 5. Epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Secūdò sepulchrū Christi nō fuit suum proprium sed alienū, & hoc tribus de causis. Primò ad ostendendū quòd nō debebat incinerari & detineri à morte. Istā rationē ponit Amb. di. in li. de. virgini. Bene secundū literā alienū fuit monumentū Christi, nā habēt tumulos qui sub lege sunt mortis, victor autē mortis tumulū suū nō habuit. Nō. n. ille sepulchrū mortis desiderabat qui de morte triūphabat. Itē in li. sermo. Vt quid illi sepulchrū qui triduo tēporis spatio nō tanquā in sepulchro mortuus, sed quasi in lecto valdè dormiens requieuit? Secūdò ad ostendendū quòd non pro sua, sed ꝓ aliena salute moriebatur. Amb. Ideo in aliena sepultura dominus potius quàm in propria sepeliri voluit, quia pro aliena moriebatur salute. Vt quid illi propria sepultura, qui in se mortem non habuit propriam? Tertiò ad ostēdendum suam paupertatē. Sicut enim in aliena domo voluit nasci, & in aliena voluit cōuersari: sic in alieno monumēto voluit sepeliri. Mat. 8. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput [illegible]m reclinet. Ac si dicat, In morte mea non habui foueā

propriã, vt possem sepeliri: neq in vita mea habui nidum, id est, domum in qua possem cõmorari: nec in natiuitate mea babui lectũ, in quo aurẽ meã possem reclinare. Tertiò monumentum Christi fuit grandi lapide clausum. Cuius triplex est ratio, quarum primæ duæ sunt literales, tertia est mystica. Prima ne locus bestiis peruius esset. Secũdam rationem tangit Glo. Aduoluit magnum saxum ad ostium monumenti, vt non posset aperiri sepulchrum sine auxilio multorum. Tertia ratio est mystica, per hoc enim insinuatur quòd illi qui corpus Christi suscipere volunt, debent esse clausi, ne peccatũ possit ingredi, vt dicit. Ber. s. pudore, dolore, timore, & amore. Multi enim sunt, qui propter pudorẽ hominum dimittũt peccare, & propter dolorẽ. Alij sunt qui cessant peccare propter timorem pœnę ęternę ne ipsam incurrãt. Alij ꝓpter amorẽ glorię ne ipsam amittãt. Ista sunt quatuor saxa incidẽtia quę debẽt monumẽtũ cordis claudere ne aliqua peccata possint illuc intrare. Dicit tamẽ idẽ Ber. quòd duo prima, scilicet pudor, & dolor, nõ sunt multum fortia ad resistendũ, quia sæpe pudor solatiũ capit de peccãtiũ multitudine. Dolor de aliquo huiusmodi consolationẽ capit. Validissimum autẽ ad resistendum peccatis in viris ꝑfectis est amor Dei. in imperfectis autẽ timor supplicij. Quartò monumẽtũ Christi fuit monumẽtũ iusti, scilicet ipsius Ioseph qui erat vir bonus & iustus. vt dicit Luc. 23. Voluit autem Christus sepeliri non in monumẽto impij sed iusti, ad ostendendum quòd Christus nõ requiescit nisi in corde iusti. Ambrosius super Luc. dicit ꝙ Christus in monumẽto iusti sepeliri voluit, ad innuẽdum quòd in animo iusti filius hominis caput suũ reclinat. Christus enim nõ requiescit in animo auari cùm sit spinosus, nec in animo superbi cùm sit ventosus, nec in animo luxuriosi cùm sit lutosus, sed in animo iusti cùm iste sit floridus, iuxta illud Cã. 1. Lectulus noster floridus. Secũdò ad innuẽdũ ꝙ nõ debebat pro peccatoribus immolari. Natus enim fuit in medio animaliũ, quia hoĩes bestiales facturus erat spirituales. Vixit inter homines peccatores vt ipsos iustificaret. Mortuus est inter hoĩes latrones vt lucrifaceret vnũ: sed hodie requieuit in monumẽto iusti, non enim amplius voluit interesse cõsortiis peccatorũ, quia amplius pro ipsis moriturus nõ erat. Ro. 6. Christus resurrexit ex mor. iã

mo.&c.Tertiò ad innuēdū quòd licet in hac vita sint mixti boni malis,post mortē tamē boni in cœlo erūt per se, & mali in inferno perseuerabūt,mediocriter boni & mediocriter mali.s.pueri erunt lymbo. Secūdò videndū qualiter Christus fuit tumulatus.Nā ipse fuit sindone inuolutus,vt dicitur Matt.27.fuit vnguento cōfecto ex myrrha & aloë vnctus vt à putredine seruaretur,vt habetur Ioā.16.fuit linteis cū aromatibus ligatus,vt habetur ibidē.Per ista aūt signātur illa quæ debet habere ille qui corpus domini vult recipere,corpus enim Christi dicimus esse tanquā cādorē æternū.Sap.Cādor enim est lucis æternę,&c.tanquā panē angelicū.Psal.77.Panē angelorū mādu.hō. Tāquā carbonē diuinū.Ioā.Damas. Diuinū carbonē assumam⁹ vt ignis eius qui est in nobis sancti desiderij,assumētes eam quę ex carbone ignitionē inflāmat nostra peccata,& corda nostra illuminet.Est etiā tanquā cœleste electuariū quod cōfecit cœlestis vnguentatius de quo dicitur Eccles.38. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones cōficiet sanitatis.In quantū igitur corpus Christi est candor,in hoc requirit magnā mētis puritatē,& hoc significatur per sindonem mundam,vt dicit ibidem Glos.Sindone mūda Christum inuoluit,qui pura mente eū suscepit.Inquantū est panis angelicus debet recipi cū deuota oratione.Et hoc significatur per aromata.Apoc.8. Ascēdit fumus aromatum incēsorū de orationibus sanctorū de manu angeli corā deo. Inquantū est carbo diuinus debet recipi cū mente ab omni humore vitiorū desiccata.Sicut enim ignis non inflammat ligna humida sed tantū desiccata, sic ignis diuinus nō imflammat corda, nisi quādo inuenit ea ab humoribus vitiorum desiccata.Et hoc signatur per aloes,quæ habet virtutem desiccatiuam.Inquantū est cœleste electuariū requirit corda à cibis noxiis peccatis euacuata.Et signatur per myrrham quæ est amara,& significat cōtritionē quę omnia peccata expellit & euacuat. Tertiò vidēdum est qualiter debeamus cū Christo spiritualiter sepeliri.Dicit enim Apostolus Romano.9. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.Sepulchrū autem illud in quo debemus sepeliri est ipsa religio in qua ipse religiosus spirituali modo debet mori & sepeliri. Assimilari autē debet [illegible]uo & sepulto quātū ad plura.Primò quātū ad sensum

rerũ. Sicut enim mortuus & sepultus nihil habet propriũ, sic religiosus nihil debet retinere, sed omnia in commune diuidere. Quilibet laicus potest dicere illud Iac. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, &c. Religiosus pl⁹ debet dicere, quia debet esse nudus in ingressu vt nihil sibi retineat, & nudus in progressu vt nihil possideat. Nudus in egressu vt in morte nihil relinquat. Secundò debet assimilari mortuo quantũ ad sensum carnis & motum. Sicut enim mortuus priuatus est sensu & motu, sic & religiosus debet esse mortuus quantũ ad delectationes quę ad sensus carnis pertinent. Et sicut mortuus non mouetur motu proprio sed alieno: sic verus religiosus non debet duci motu propriæ voluntatis, sed ad imperium sui rectoris. Et sicut mortuus se mouẽti nõ contradicit: sic & religiosus prælato se regenti non debet contradicere, sed in omnibus obedire, vt dicat illud Isa. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autẽ non contradico, retrorsum nõ abij. ¶ Tertiò debet assimilari quantũ ad domiciliũ, quia sicut mortu⁹ clauditur in sepulchro, sic religiosus ĩ claustro: & sicut mortu⁹ de monumẽto nisi ac iussionẽ Dei nõ exit. s. in die iudicij quando dicetur, Surgite mortui venite ad iudiciũ: sic etiã religiosi non debent exire de claustro sine iussione prelati. Et sicut mortuus non murmurat quãdo tansfertur de monumento in monumẽtum: sic etiam religiosus non debet murmurare quando transfertur de monasterio ad monasterium. Quartò debet maximè assimilari morti Christi, iuxta illud Roma. 6. Si cõplantati similes facti sumus similitudini mortis Christi, simul & resurrectionis erimus. In morte igitur Christi anima fuit à corpore separata, tamem anima & caro diuinitati fuerũt vnitæ: sic in vero religioso anima debet esse separata à carne. s. ne ei consentiat in aliquo amore carnali: anima tamẽ tua & caro debẽt Deo vniri, anima per amorem, caro per incorruptionẽ: vt possis dicere cum propheta: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, &c.

Sermonum Quadragesimalium Thesauri Noui

FINIS.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

2a [illegible]

[illegible]

[illegible]

2a Conclo. [illegible]

[illegible]

11

144


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm